

# Forgotten Books

— [www.forgottenbooks.com](http://www.forgottenbooks.com) —

Copyright © 2016 FB &c Ltd.

All rights reserved. No part of this publication may be reproduced, distributed, or transmitted in any form or by any means, including photocopying, recording, or other electronic or mechanical methods, without the prior written permission of the publisher, except in the case of brief quotations embodied in critical reviews and certain other noncommercial uses permitted by copyright law.

COLLECTIO ⑧  
PISAURENSIS

OMNIUM POEMATUM, CARMINUM, FRAGMENTORUM LATINORUM,

SIVE AD CHRISTIANOS, SIVE AD ETHNICOS, SIVE AD CERTOS, SIVE AD INCERTOS POETAS,

A PRIMA LATINÆ LINGUÆ ÆTATE

Ad sextum usque Christianum Seculum & Longobardorum  
in Italiam Adventum pertinens,

*Ab omnium Poetarum Libris, Collectionibus, Lapidibus,  
Codicibus exscripta.*

TOMUS QUARTUS  
CONTINENS

ETHNICOS POETAS MINORES,  
ETHNICA CARMINA MINORA INCERTORUM,  
ETHNICOS POETAS MINIMOS,  
ETHNICA CARMINA MINIMA INCERTORUM.

---

---

---

---

PISAURI )( MDCCLXVI. )(


---

---

EX AMATINA CHALCOGRAPHIA:  
PUBLICA AUCTORITATE.



PA  
6121  
A7A56  
t.4



# PROLEGOMENA

## PARTIS PRIMÆ

### ETHNICOS POETAS MINORES CONTINENTIS.

#### DE M. TULLIO CICERONE.

**M** TULLIUS CICERO, Romanus, ex equestri familia, natus est in villa Arpinate A. U. C. DCXLVIII. Q. Servilio Cæpione & C. Atilio Serrano CoSS. diē [a] tertio Januarii. Vitam ipsius e veteribus, ne perditos *Tullii Tironis*, & *Cornelii Nepotis* libros memorem, *Plutarchus* scripsit, & brevius *Aurelius Victor* cap. LXXXI. Inter recentiores copiose eam atque diligenter singulari libro tradidit Franciscus Fabricius (b) Marcoduranus, digestam per annos ætatis, qua vixit Cicero,

(a) Conferatur illustris Doctrinæ Viri Steph. Baluzii dissertatio de die natali Ciceronis, & Epistola ad Em. Cardinalem Norisium, quæ exstat ad calcem notarum in librum Lactantii de mortibus persecutorum editionis Trajectinæ V. C. Pauli Bauldri 1693. 8. p. 118. 119.

(b) Prodiit hæc vita primum separatim Coløn. A. 1563. 8. ac deinde sæpius recusa est variis formis locisque ut notatum Tho. Crenio parte 2. animadvers. p. 193. seq. Etiam adjuncta legitur melioribus quibusdam editionibus Ciceronis, ut Gruterianæ, Hamb. 1618. fol. apud Frobenium. Ante Fabricium hoc argumentum tractaverant *Christoph. Mylæus*, *Henr. Bullingerus* ejus narrationem de vita Ciceronis Romæ repertam A. 1553. edidit *Wolfgangus Peristerus* Boruffus. *Jac. Angelus de Scarparia*, *Leonhardus Aretinus*, qui pro Plutarchi interpretatione novam ipse Ciceronis vitam dedit, inter Plutarchi parallelas latine editas plus semel excusam: *Constantius Felix Durantius* libris duobus de exilio & glorioso reditu Ciceronis Lipsiæ, 1535. 4. *Christophorus Preyffius* Pannonius, Basil. 1535. 8. *Sebastianus Corradus* vir pereruditus in Egnatio sive Quæstura, qua Ciceronis etiam mores adversus Plutarchum aliosque tuetur, Bononiæ anno eodem: & *Petrus Ramus* in Ciceroniano, Paris. 1556. Post Fabricium memorandus venit *Lambinus* in sua Cic. editione: *Benedictus Herbostus* A. 1568. tum *Jo. Brantius*, qui cum elogiis virorum illustrium e Cicerone collectis Tullii vitam Chronologico ordine digessit, Antwerp. 1612. 4. *Davidis Chytræi* tabula Chronologica, cum Scarpariæ libello edita Berolin. 1587. 8. *Sim. Vallambertus* in vita Cic. Paris. 1587. 8. *Rudolphus Capellus* in Protheoria Ciceroniana, Hamb. 1683. fol. *Casp. Sagittarius* libro de vitis Plauti, Terentii, ac Ciceronis Altenburg. 1671. 8. Libro de lectione, & imitatione Ciceronis, ibid. & in Historia vitæ ac mortis Tullii filii, Jen.

1669.

quatuor & sexaginta. In præsentī annotare suffecerit, Consulatum gessisse Anno U. C. DCXCI. & Catilinæ furoribus patriam feliciter liberasse. Ab eo tempore missum esse in exsilium Anno DCXVI. sed mense decimo sexto post, omnium consensu atque *Italiae humeris*, ut ait ipse, in Urbem reportatum, præfuisse Ciliciæ cum imperio Anno DCCII. Hinc cum semper omni ope Reip. partes quantum poterat in bello civili tutatus esset, a Cæsare victore veniam consecutus, sed tandem Lepidi, atque Antonii maxime, adversus quem in Philippicis constantissime & gravissime verba fecerat, oppressum, Octaviano Augusto, qui Ciceronis suffragio Consulatum [c] acceperat, aliquamdiu frustra obnitente, proscriptum misereque obtruncatum (d) periisse VII. Id. Decembris, anno post C. Cæsarem in senatu transfossam, qui erat U. C. DCCXI. ante CHRISTUM XLIII.

Tullia gens utrum a Tullo Rege Rom. ducat originem, vide Claud. Dausquejum & Nic. Heinsium notis ad Siliii VIII. 407. Fuit & Tullius Cimber Rhetor, in quem scizontes in Catalectis Vett. Poetarum. Ciceronis pater fullo, si Dioni fides, cujus inde scomma lib. 46. ubi ait Ciceronem τὸς κρείσσονας αὐτῆ πατρὶς καὶ πλύνειν λοιδορίαις τισὶν ἐξ ἐργαστηρίων καὶ τελοδων. &c. Mater Ciceronis Helvia, pater equestris ordinis ex regio Volscorum genere. Vide Prosperi Chron. p. 679. ex Hieronymo. Cicero natus Arpini, Serrano & Cæpione CoSS. Anno 106. ante Christum natum. Vide Gellium XV. 28. & Pontacum ad Eusebii Chron. p. 481.

Cice-

1669. 4. Tullii vita nescio quo auctore Parisiis edita 1681. 8. Vide sis etiam Petrum Lambecium lib. 2. de Bibl. Vindob. p. 726. seq.

(c) Plutarchus in Cicerone p. 884.

(d) Ad si placet Senecam Suasoria VII. & quæ ad Cornelii Severi fragmentum Theodorus Gorallus sive Joannes Clericus V. C. De invento Ciceronis sepulchro in Zacyntho insula exstat Epistola Desiderii Lignaminei, Venet. 1547.



## II

Ciceronis effigies extat in nummo Magnesium apud Tristanum Tom. 2. 429. & in alio apud Lambecium Tom. 2. pag. 726. atque in veteri Cyriaci Matthæi marmore ibid. nec non in gemma apud Laur. Begerum pag. 71. thesauri Palatini: & in veteri anaglypho porticus tenerissimi Ducis magni Hetrurix apud Jac. Gronovium Tom. 3. thesauri Græcar. Antiquitatum. De peregrinatione sua & studiis Cicero ipse in Bruto cap. 91. seq. cui jungendæ C. V. Jo. Georgii W. lchii amœnitates historice de Ciceronis peregrinatione, Lipsi. 1715. Quis vero non miretur Ciceronem, hominem novum, primo statim quo petere eum licebat tempore, hoc est quadragesimo anno ætatis Consulatum Romæ & petiisse & impetrasse & gessisse tanta cum auctoritate. Confer Orat. contra Rullum c. 1. seq. & de Catilina a Cicerone Consule oppresso Excerpta Peiresciana pag. 797. & Orationes Catilinas, Sallustium &c. Nummus in Ciceronis ex Cilicia triumphum apud Begerum Tom. 2. thesauri Brandenburg. Consulere etiam juvabit ejusdem Begeri examen dubiorum quorundam, ubi Ciceronem Proconsulem non Ciliciæ tantum, sed Cypri quoque & Asiæ fuisse disputat, Berolin. 1704. fol. Ex illa præfectura annua ad quingenta millia thalerorum ad eum redierunt, licet satis abstinentem. Unde colligas quantum exigere potuerint iniqui & avari locupletiorum Provinciarum Romanarum præfecti.

De Ciceronis majoribus consulendæ notæ virorum doctorum ad caput 1. Orationis contra Rullum Tom. 3. edit. Grævianæ p. 339. Uxorem ipsius Terentiam fuisse sororem Fabiæ Terentiæ virginis Vestalis, notat Plutarchus in Catione minore pag. 768. Filius Ciceronis Marcus Tullius ex paterno ingenio nihil admodum habuit præter affectationem urbanitatis sive jactandi joci, cujus exemplum affert Seneca Suasoria ultima. Non minus tamen ac pater Consulatum obtinuit, gessitque eodem quo Augustus An. U. C. 723. iussus ex Idibus Sept. & in consulatu suo auctor fuit, ut statux, imagines, ornamenta M. Antonii omnia dejicerentur, sancireturque edicto, ut ex Antoniorum familia nemo Marcus nominaretur. Vide Plinium XXII. 6. & Plutarchum in Ciceronis patris vita pag. 886. Appianum &c. Multi sunt in hujus Ciceronis filii laudibus efferendis scriptores duo recentiores, quorum unus Latine, alter Gallice vitam ejus consignarunt, & simul

nonnulla attigerunt de rebus patris, fratrisque ejus Quinti, & quem hic habebat filium cognominem, Quinti Ciceronis. Uterque ad manus mihi est, & Latinus quidem, quem ex auctione Kielmannianæ Bibl. locupletissimæ nactus sum, raro obvius, scriptus diligenter terloque stilo, nec indignus qui prælo iterum subjiciatur. Titulus libri est. (e) *M. Tullii Ciceronis Vita continens rerum cum ab aliis tum ab ipso domi forisque præclare gestarum historiam*, Simone Vallamberto, *Heduo Avalonensi auctore*, Paris. apud Barthol. Maczum 1587. 8. Auctor posterioris quæ Gallice lucem vidit Hagæ 1715. 12. (f) *Histoire des quatre Cicerons*, ex Vallamberto profecit, licet vix usquam citet de nomine, nisi pag. 222. vitiose *Valembert* pro Vallamberto.

De Tullia Ciceronis filia & genero Dolabella (g) eruditam observationem leges in *A-cerra Philologica Hallensi Germanice A. 1715. 8. edita pag. 533. seq.* De sano, quod Tullia filia suæ defunctæ Cicero monumentum dedicasse se innuit XII. 25. 27. ad Atticum, Dissertatio Nicolai Mongalti inserta *Memoriis. Academiæ Regiæ inscriptionum, vulgatis Gallice T. 2. p. 473.*

In Academiam & thermas Ciceronis, quæ oculis medebantur, argutum Epigramma Laureæ Tullii ejus liberti servatum a Plinio XXXI. 2.

De nece Ciceronis Plutarchus pag. 884. seq. Joannes Antiochenus in excerptis Peirescianis pag. 798. Valerius Max. V. 3. 4. Martialis III. 66., & quæ ex Livio & Seneca Suasor. VII. E recentioribus Jo. Conradus Diericus in vita Augusti Imp. pag. 78. seq. & Theodorus Gorallus sive Jo. Clericus ad fragmentum Cornelii Severi.

Desiderii Lignaminei Patavini ad Jo. Baptistam Privitellium Cenetensem descripta, & Venetiis A. 1557. edita facies monumenti Ciceronis, reperti ut ajunt A. 1544. in Zacyntho insula cum inscriptione M. TYLLI CICERO HAVE ET TU TERTIA ANTONIA, cumque urna inscripta verbis MAR. TUL. AVE, & vasculo excipiendis lacrimis, recusa exhibetur in *Ampliss. Viri Burchardi Got-*

(e) Henr. Jo. Buremeisteri programma Wireb. 1720.

(f) *Acta Erud. A. 1715. pag. 155. Journal littéraire Tom. V. pag. 118. Neve Bibl. XXXIX. pag. 188.*

(g) Duo Dolabelle, de quibus Grævius ad Svetonii Cæsarem pag. 776.



Gotthelf Struvii Bibliotheca librorum variorum, theca 1. Jen. 1719. 4.

S. Hieronymus, cujus Epistolæ selectæ sub Tullii Christiani nomine a Monaco quodam Benedictino vulgatæ sunt novissime Parisiis A. 1718. 12. Eustochio suæ Epist. 22. narrat febricitanti sibi visum se coram divino tribunali vapulare, quod Ciceronianus magis esset quam Christianus. Pro re vere gesta accipiens Petrus Blesensis Epist. 140. B. Hieronymus, inquit, fere usque ad internecionem flagellatus est ab Angelo, quia rhetorici lepore sermonis illectus vanitati operam dabat. In Corpore Canonico Can. legimus 7. distinct. 37. Legimus de B. Hieronymo, quod cum libros legeret Ciceronis, ab Angelo est correptus, eo quod vir Christianus pagorum figmentis intenderet.

Vitam Ciceronis scriptam a Plutarcho præter Hermanum Crusium & Guil. Xylandrum Latine vertit Achilles Bochius. Cum Christophori Preussii Pannonii vita Ciceronis & studiorum rerumque gestarum historia ex ejus ipsius libris testimoniisque potissimum observata, prodiit Oratio de imitatione Ciceroniana, quod illa sola ad genus quodcumque elocutionis sufficiat, Basil. 1555. 8. Benedictus Herbestus Polonus, verbis Ciceronis vitam ipsius consignavit A. 1568. de cujus aliis scriptis Simon Starvolscius in Polonorum scriptorum hecatontade cap. LIII. De Seb. Corradi quæstura, quo libro vita Ciceronis insigniter illustratur, conferenda Bibl. selecta Jo. Clerici Tom. XIV. pag. 143. seq.

Vita Ciceronis scripta a Francisco Fabricio occurrit etiam in editione Veneta Manutiorum commentariis illustrata in fol. & in Gronoviana, adpersis quibusdam Jac. Gronovii notis.

Verissime prodidit Vellejus perfectum profæ eloquentiæ decus sub principe operis sui Tullio erupisse: atque S. Hieronymus, in arce eum Romanæ stetit eloquentiæ. Quæ enim vis, quæ suavitas, quanta copia in ejus oratione, quæ dignitas, quanta rursus abundantia rerum, honestas sententiarum: cumque familiariter agit cum amicis ac necessariis suis, quantus in simplicitate inimitabili nitor, quantus delectus verborum, ecquod porro doctrinæ genus, quæ pars, quam ille ingenio suo non dicam attigit, sed mirifice illustravit & amplificavit: quid tam abstrusum aut difficile, quod pro illo usu rerum & doctrinæ, qua abundabat, ubertate non potuerit explicare facillime, atque quam pulcherri-

misluminibus exornare. Ex innumerabili autem multitudine eorum, quibus admirabilis semper Cicero visus est, unicum dumtaxat adscribo testimonium Plinii VII. 30. Hist. *Salve primus omnium parens Patriæ appellate, primus in toga triumphum linguaque lauream merise, & facundia latinarumque litterarum parens: atque, ut dictator Cesar, hostis quondam tuus, de te scripsit, omnium triumphorum lauream adeptem majorem, quanto plus est ingenii Romani terminos in tantum promovisse, quam Imperii.* Antonil Schultingii erudita Oratio de jurisprudentia Ciceronis subjuncta est viri illius clarissimi dissertationibus editis Franqu. Ann. 1708. 4. & recusa ad calcem dissertationum ejus de recusatione judicis Lugd. Batav. 1714. 4. Cornelius van Bynkershoek in opusculis varii argumenti, de quibus acta Eruditorum Ann. 1720. pag. 111. & 116. seq. Nicolai Harschei diatribe de divinatione Ciceronis (Reip. mutationem prælagientis,) in exemplum divinationis civilis proposita, Marpurg. 1710. 8. Jac. Perizonii Oratio inauguralis de Ciceronis eruditione & industria, proposita in exemplum juventuti Academicæ, Franqu. 1682. Jo. Sam. Bergeri Cicero Medicus, Witeb. 1711. Jo. Casp. Haferungii Cicero Teologus, Witeb. 1701. Jo. Philippi Treuneri diss. de Theologia Tullii; Jenæ edita. Ex utroque horum, sed longè magis ex ipsa Ciceronis lectione constare puto, alienum fuisse ipsum ab errore Epicuri, quem illi impingit vir doctus Jo. Matthias Gesnerus, qui in Chrestomathia Ciceroniana, libro utilissimo alioqui & commendando adolescentibus pag. 277. providentiam Divinam ab Cicerone negatam fuisse affirmat.

Vim dictionis Tullianæ innuere videtur Ennodius Epist. 5. scribens de Avieno: *Aurum Demosthenis & ferrum Ciceronis expendit.* Idem Epistola XVI. *Adbibita, credo, adversus me fuisset Tulliani profunditas gurgitis, Chryssippi proprietas, Varronis elegantia.* Manus Ciceronis sive chirographa ejus adhuc superabant temporibus Quintiliani, quo judice X. 1. Tullius effluxit vim Demosthenis, Platonis copiam & Isocratis jucunditatem: atque, ut ait Vellejus, effecit ne quorum arma vicerant Romani, eorum ingenio vincerentur. Hieronymus Prologo quæstionum Hebr. *Sed & Tullius, qui in arce eloquentiæ Romanæ stetit, rex oratorum & Latine Lingue illustrator, repetundarum accusatur a Grecis.* Similiter Regem eloquentiæ appellat Pa-



Schafius Ratbertus prologo in Evangelium Matthæi. Et Themistio Græco scriptori Oratione XIII. ad Gratianum Imp. pag. 173. audit ὁ πάντοφ Τάλλι, ὁ τῆς πλῆξις, Ρωμαίων σοφίας ἡγεμῶν, qui nihil ignoraret, dux & auctor veteris Romanorum sapientiæ.

Inter ejus Opera Poetica est. *Pars Metaphraseos Phænomenon ac Diosemion, Arati, Heroico Carmine.* Nam poetam quoque non omnino malum fuisse [b] Ciceronem, & quædam illius λείψυχα poetica fidem faciunt & contendit Plutarchus in vita pag. 861. Hanc Arati Metaphrasin admodum adolescentulum se composuisse testatur Cicero II. de natura Deor. cap. 41. & videtur integram adhuc habuisse Lupus Ferrariensis [i] Epistola LXIX. Fragmenta quæ sola hodie supersunt, cum Græcis comparavit præter Perionium & H. Stephanum in libris modo laudatis, Carolus Sigonius in sua fragmentorum Ciceronis collectione, quibus addendæ observationes eruditissimorum virorum Pauli Leopardi XVI. 14. & XVIII. 16. seq. emendationum & Hadr. Turnebi VIII. 17. Adversar. Petri item Lescaloperii notæ ad Ciceronem de natura Deor. pag. 408. seq. & Hugonis Grotii viri summi Aratea, in quibus non modo fragmenta Ciceronis eo ordine quo Arato respondent exhibet, sed & alio litterarum caractere versus qui deerant ex suo ingenio suppletos interserit atque adjungit, Lugdun. Bat. 1600. 4. Johannis denique Cochanoii editio neutiquam prætereunda, qui Aratum Ciceronis recensuit & illustravit Cracov. 1579. 4. & quæ ad Aratea Tullii annotavit Janus Gruterus. Reliquias *Metaphraseos Arateæ* recensuit etiam inter fragmenta Ciceronis Andreas Patricius, quas e Gudiana Bibl. accepi emendatas ex MSS. Fragmenta cæterorum scriptorum Ciceronis subjiciuntur etiam editioni *Officiorum Lipsiensi* 1611. 8.

*Elegia Tamelastis.* Serv. in 1. Æneid.

Jocularis quidam libellus, e quo Quintilianus VIII. ult. hocce duos versus producit:

*Fundum Varro vocat, quem possim mittere  
funda,*

*Ni tamen exciderit qua cava funda patet.*

[b] Ciceronem non malum fuisse Poetam notavit etiam nuper Regnerius Desmarais ad Gallicam suam librorum de Divinatione versionem.

[i] Lupus Ferrariensis Epistola LXIX. ad Ansbaldum: *Tu autem huius nostro cursori Tullium in Arato tradidisti, ut ex eo quem me impetraturum credo, quæ desse ille Egil noster aperuit, suppleantur.*


His adde poema Jambicum ab adolescentulo compositum, quod inscripserat *Pontius Glaucus.* Plutarch. Cic. p. 861.

Videtur etiam nonnulla loca insignia & forte libros integros *Homeri* latinis reddidisse verbis. Vide A. Patricii notas ad sectionem quartam fragmentorum p. 38. seq. De *Epigrammate* Ciceronis in *Tironem suum* videndus Plinius junior VII. 4. Epist.



## DE VALERIO CATONE.

**D**ira Valerii Catonis (Grammatici, temporibus Sullanis, qui Patrimonium amisit, de quo Svetonius Tranquillus, & Catullus loquuntur) in Battarum fluvium, quas copioso neque inerudito commentario illustratas separatim. edidit Christophorus Arnoldus, Lugd. Bat. 1652. 12. Num ob agros suos inter creditores divisos in has execrationes se effuderit, vide, si placet, disputantem Boxhornium p. 41. seq. Epist.



## DE PEDONE ALBINOVANO.


**C**æciliæ Pedonis Albinovani elegia in obitum C. Mæcenatis, quam Pedonis esse negat Vossius p. 32. de Poetis latinis, & II. 27. de arte Grammatica, Pedoni vindicat post Scaligerum Henricus Meibomius, qui notis illustratam commentario suo de vita Mæcenatis inseruit, Lugd. Bat. 1653. 4. & Theodorus Gorallus, de cujus editione mox dicam. *Elegiam in obitum Mæcenatis* Pedoni Ovidii æquali [k] tribuendam negant Caspar Barthius in *Claudianum* pag. 163. Jo. Masson in *vita Horatii* pag. 143. seq. & Petrus Burmannus præfat. ad *Petron.* in notis pag. 520. & in libro *Gallice* adversus Jo. Clericum edito pag. 212. & pag. 117. en effet, la latinité, la versification, les expressions peu poetiques, & tout le système de cette elegie font voir clairement, que c'est le sordide & miserable production d'un esprit scolastique

[k] Ad hunc Pedonem Ovidius IV. 10. e Ponto; *At tu, non dubito, quum carmine Thebes laudes, Mæcæiæ titulos quum tueate sua.*



*Atque dos' derniers siecles. Ultima verba Mæcenatis, quæ incipiunt a versu: Sic est Mæcenat, atque in anterioribus editionibus cum elegia in obitum Mæcenatis post versum 144. cohærebant, sed divellenda ex Scaligeri judicio statuit Theod. Gorallus.*

Ejusdem *Pedonis elegia* perquam elegans ad *Liviam Augustam de morte Drusi Neronis, & de navigatione Drusi Germanici per Oceanum septentrionalem, A. U. C. 769. CHRISTI 16.* suscepta fragmentum ex Senecæ *Suasoria I.* Has *Pedonis reliquias universas recensuit, ac seorsim cum interpretatione notisque & suis & Scaligeri ac Lindenbrogii, atque in Elegiam de morte Drusi annotationibus Nic. Heinsii, & utili indice edidit Theodorus Gorallus, sive quem supra latere sub hoc nomine dixi, vir doctissimus Jo. Clericus, Amstelod. 1703. 8.* In codicibus antiquis Ovidio tribui *Elegiam de morte Drusi* Nic. Heinsius affirmat, quod tamen ipsi nullo modo videtur verisimile, licet nec *Pedoni* eam certo adscribere velit. Recensuit tamen illam atque illustravit in *Ovidio suo.* Confer *T. 1. edit. Gnippingianæ p. 761. seq.* Vide etiam *Lipsum lib. III. Epist. quæst. 3.* ac de *Pedone ipso Gaddium T. 1. de scriptoribus non Ecclesiasticis pag. 253.* In *Elegiam de morte Drusi, haud indignam Pedone, commentarium suum memorat Barthius pag. 209. ad Claudianum. Janus Passeratius in præfationibus pag. 286. veterum editt. & quorundam Codicum fidei obsecutus consolationem hanc ad Liviam Ovidium habere auctorem sibi persuasit, & Senecam in suis ad Polybium, Martiam, Elbiamque sive Helviam consolationibus ex istoc poemate profecisse. De Pedone ipso vide Nic. Fabrum ad Senecæ suasoriam 1. De editione Goralli quæ Amst. 1715. 8. recusa est, Acta Erud. 1703. p. 494. & Bibl. selectam Joannis Clerici, qui sub Goralli illius nomine latet, T. XIV. pag. 236.*




## DE AULO SABINO.

**E**Xtant Ovidii *Heroides* sive *Epistolæ XXI. legis versibus. 1. Penelope Ulissi. 2. Phyllidis Demophoonti. 3. Briseis Achilli. 4. Phædra Hippolyto. 5. Oenone Paridi. 6. Hypsipile Jasoni. 7. Dido Æneæ. 8. Hermione Orestæ. 9. Dejanira Herculi. 10. Ariadne Theseo. 11. Ca-*

*nace Macareo. 12. Medea Jasoni. 13. Laodamia Protefilao. 14. Hypermnestra Lyncco. 15. Sappho Phaoni. 16. Paris Helenæ. 17. Helena Paridi. 18. Leander Heroni. 19. Hero Leandro. 20. Acontius Cydippæ. 21. Cydippe Acontio. Hoc scribendi genus tenerum, solers, eruditum primus invenit Ovidius, atque ut ipse ait III. artis amatorix v. 346.*

*Ignotum hoc aliis ille notavit opus.*

*Penopes ad Ulysses, reliquasque, quas simili caractere exprimi curavi, ipse agnoscit, lib. 2. Amorum elegia 181. Ex ceteris quædam forte Epistolæ auctorem habent Aulum Sabinum, quem eodem loco Naso laudat, sub cujus nomine tres Epistolæ habemus Ovidianis respondentes. & inter Ovidii poemata post editionem Venet. 1485. & Parmensem 1489. sæpius vulgatas. 1. Ulyssis ad Penelopen (1). 2. Demophoontis ad Phyllidem. 3. Paridis ad Oenonen. Non me fugit Vossium patrem in lib. de Poetis latinis eas Sabino indignas judicare. Sed malo sententiæ aliorum virorum doctorum subscribere, quibus genuinæ Sabini videntur: in his Nicolai Heinsii, qui etiam notis illustravit.*



## DE GRATIO.

**G**RATIUS patria Faliscus [m]. Poeta vixit cuiquam veterum memoratus nisi uni Ovidio æquali suo, qui lib. IV. ex Ponto Epist. ult. eum laudat his verbis:

*Atque venanti Gratius arma (n) daret. Utrum Manilius quoque ad eum respexerit lib. II. v. 44. ut in notis ad hunc locum conjiciebat Josephus Scaliger, vide sis disputantem Barthium LVII. 17. Adversar. Certe Nemefianus*

(1) Hanc Epistolam e MSto, in quo sine nomine auctoris Ovidianis adjuncta erat, recenset & illustrat Eustachius Swartius libro primo *Analectorum* capite undecimo.

(m) Gratius v. 40.

*At contra nostris imbellia lina Faliscis, Hispanique alio spectantur Sætabes usu.*

Ad nomen suum alludit v. 74. & 216.

(n) Gratius v. 23.

*Carmine & arma dabo venanti, & persequar artem armorum cassesque, plagarumque ordiar astus.*

Ita enim potius videtur legendus hic locus, pro eo quod *Ulitius* edidit, & *arma dabo venandi.*



## VI

aus præter rem se gloriatur primum de venatione latinum poema condidisse, quod canit:

*Castaliusque mihi nova pocula fontis alumno  
Ingerit, -- ducitque per avia, qua sola numquam*

*Trita rotis --- --- ---*

Exstat ejus *Cynegeticon* sive de Venatione carmen Epicum pure & eleganter scriptum, sed extrema parte mutilum. Prodiit primum cum (o) Ovidii Halieutico, Nemesiano & Calpurnio Venetiis apud Paulum Manutium 1534. 8. quæ editio manu Ulitii notata fuit apud Marquardum Gudium. Eodem anno eademque forma recusum habeo Augustæ Vindelicorum. *Gorgio* autem *Logo* Silesio Gratium, Ovidii Halieutica & Nemesianum nos debere, ex præfata illius ad Antonium Fuggerum Epistola apparet, qua edendos refert accepisse se illos Romæ a Joanne Lucretio Æliandro Germano, qui illos descripsit e vetustissimo Codice, quem *Sannazarius* Longobardicis scriptum litteris e Gallia aliquando in Italiam secum attulerat. Ab eo tempore post editionem Lugdunensem 1573. 8. Gratium cum Nemesiano & Calpurnio notis illustratum ediderunt *P. Pitæus* inter poemata vetera Paris. 1590. 12. recusa Genev. 1596. 8. *Robertus Titius* Florent. 1590. 4. *Caspar Barthius* Hanov. 1613., & *Janus Ulitius* Archigrammateus Bredanus, Lugd. Bat. 1645. 12. qui postremus utinam Barthio non ita aspere insultasset, neque Matthæo Logo ansam dedisset vindicias nominis Barthiani scribendi, in quibus notæ ac præfatio Ulitii ad examen revocantur, Lipsiæ 1659. 4. Ediderat etiam idem Ulitius in scriptores Venaticos diligenter a se recensitos, neque indocte illustratos curas secundas circa A. 1655. excusas. Gratium e latino Anglum fecit & cum eruditis notis edidit *Christophorus Wasius*, (idem cujus senarius sive liber de legibus & licentia veterum latinorum Poetarum (p) exstat) Lond. 1654. 12. cujus metaphrasin laudat ejus discipulus *Henricus Newton* Epist. 53. ad *Gisber. Cuperum*. Denique Gratium & Nemesianum ad MSS. Codices recensuit, & cum variis lect. & notis perpetuis in lucem emisit *Thomas Johnson*. A. M. Lond. 1699. 8. Gra-


tius (q) cum Nemesiano, & Calpurnio recusis Lugd. 1527. 8. apud Sebastianum Gryphium. Sed & Tigurinam illius anni a Froshovero excusam editionem laudat Barthius, qui juvenis admodum scriptoribus illis illustrandis animum applicuit. *Janus Ulitius* in præclaris suis curis secundis ad Gratium laudat præter Codicem Thuanæum schedas vetustissimi exemplaris Mediolanensis. Ad nomen suum alludit Poeta vers. 74.

*Exige si qua meis respondet ab artibus ergo  
Gratia, quæ vires fallat collata ferinas.*

Et vers. 216.

-- -- -- quem plurima semper

*Gratia per nostros unum testabitur usus.*



## DE CORNELIO SEVERO.

**Æ**Tna, quod Poema *Cornelio Severo* tribuendum esse observavit *Josephus Scaliger* ex hoc loco *Senecæ* Epist. LXXIX. ad *Lucilium*: donec Ætnam describas tuo carmine, & hunc solennem omnibus Poetis locum attingas, quem quo minus *Ovidius* (Lib. XV. *Metamorph.*) tractaret, nihil obstitit, quod jam *Virgilius* (lib. III. *Æneid.*) impleverat, ne *Severum* quidem *Cornelium* uterque deterruit. *Quintiliano* Varo adscribit *Julius Cæsar Scaliger* Pater in *Hiper-critico* pag. 786. *Manilio Barthius* pag. 1044. ad *Claudianum* & *Stadium* X. *Theb.* pag. 911. Eideam plane in mentem venit *Christiano* scriptori vindicare XLIX. 6. *Adversar.* Jam olim esse de auctore dubitatum scribit *Tiberius Donatus* in *Virgilii* vita: *Poeticam* puer adhuc auspicatus in *Bulistam* ludimagistrum ob infamiam latrociniorum coopertum lapidibus distichon fecit. Deinde *Catalecton*, & *Priapeja*, & *Epigrammata* & *diras*, item *Cirim* & *Culicem*, cum esset annorum XVI. Scripsit etiam de qua ambigitur Ætnam. *Fulvius Ursinus* in *Virgilio* cum Græcis scriptoribus collato pag. 272. memorat Codicem manu *Pomponii Læti* scriptum, quo Ætnæ poema *Cornelio Severo* diserte tribuitur. Præter rem tamen in *Diario Veneto* Tom. X. pag. 266. traditur illud excusum esse jam sub *Galli*, jam sub *Manilii* nomine. *Theodori Goral-*

(o) Halieuticon hoc quoque Gratio tribuit Ulitius, sed perperam omnino, ut e *Plinio* annotavi.

(p) Oxonii 1687. 4. e theatro Sheldoniano.

(q) Gratium cum Nemesiano comparat *Julius Cæsar Scaliger* VI. 7. *Poeticæ*.



Goralli sive Jo. Clerici editio recusa Amstel. 1715. 8. Valde corruptum hoc carmen ad nos pervenisse queritur Petrus Burmannus V. Cl. (r) qui illud in editione quam parat Catalecton ac poematum Veterum, quamque avidè harum literarum studiosi mecum expectant, nova atque insigni luce perfundet. De Severo videndus Nic. Faber ad Suasoriam secundam Senecæ. Quintilianus X. 1. magno ingenio & facili in versibus scribendis eum fuisse professus, addit morte præmatura impeditum non potuisse quæ inchoaverat consummare. Ovidius IV. 16. e Ponto. *Quique dedit Latio carmen regale Severus.*

Cornelii Severi carmen sive fragmentum in necem M. Tullii Ciceronis, ex M. Annæi Senecæ Suasoria VII. Hoc & superius Severi carmen cum perspicua interpretatione & eruditis notis Scaligeri, Lindenbrogii, suisque, & indice separatim edidit, & alia quædam Severi fragmenta, Petri item Bembi Ætnam prosa latina scriptam adjunxit Theodorus Gorallus, sive qui hoc sub nomine latet Jo. Clericus V. C. Amstelodami 1702. 8.



## DE M. MANILIO.

**M** [f] MANILIUS, gente Romanus, non diversus forte a Manlio Mathematico, quem Plinius lib. 36. c. 10. ait auratam pilam apici obelisci addidisse in campo Martio ad deprehendendas solis umbras instituti ab Imp. Augusto. Scripsit Romæ post Varianam cladem ad eundem Augustum Epico carminis genere *Astronomicum*, Poema eruditum & juven-

(r) Libro *le Gazetteier menteur* pag. 212.

(f) Sunt qui Msti auctoritate, quod ab Antonio Panormita accepit Bonincontrius, nummorumque, in quibus C. Manilii effigies habitu peregrino cum sphaera Astronomica cernitur, Manilium prænomine Cajum appellant, non Marcum. Sed vide Scal. sub initium notarum, & Barthium p. 112. ad Claudian. ubi observat Marcum Manilium de Astologia etiam appellati a Gerberto Epist. 130. Porro diversus est ab hoc Manilio T. Manilius senator, Syllanis temporibus, quem diligentissimum rogarorum vocat Plinius lib. 10. c. 11. & laudat Cicero Orat. pro Roscio, Varro lib. 4. de lingua lat. Arnobius lib. 3. Vide Vossium p. 40. de Hist. latinis. Hic Marcus Manilius perperam dicitur a Glandorpio p. 567. Onomastici, a P. Victorio Mamilius. Confer Tho. Crenium in limine partis XII. animadversionum philolog. Eadem quoque Syllæ tempora Man-

lius

dum pluribus (r) ut videtur libris, sed quorum quinque tantum, neque quintus integer ad nos pervenit. Gerbertus live Silvester II. Papa Epist. 130. *Nosti quanto studio librorum exemplaria undique conquiram, nosti quot scriptores in urbibus aut in agris Italiae passim habeantur. Age ergo & te solo conscio ex tuis sumtibus fac, ut mihi scribantur M. Manilius de Astrologia, Victorinus de Rhetorica, & Demosthenes Ophthalmicus.* Cum Gevartio ad Statii Silvas lib. 3. cap. 8. pag. 186. aliisque Manilium perperam ad Theodosiana tempora retulit Vossius lib. 3. de Analogia f. 300. edit. novæ: qui tamen ipse rectius sentit alibi, ut lib. de poetis latinis, & de scientiis Mathematicis. Rectius etiam Tristanus, qui ad Augusti ætatem refert Tom. 1. Imperator. pag. 71. seq. & 113. -- 119. Barthius ad Claudian. p. 112. seq. Crenius animadvers. parte 12. cap. 1. &c.

Cor-

lius Antiochenus attigisse videtur, quem Astrologiz conditorem vocat, & cum Plinio minographo consobri- suo, & Staberio Erote Grammatico eadem navi vectum refert idem Plinius lib. 35. c. 17. quare & hic diversus a nostro Manilio, qui scripsit postremis annis Augusti Imp. Licet Blancanus in Chronologia Mathematicorum utrumque confundens, nostrum vocat C. Manilium Antiochenum Astrologum, qui primus latinis carminibus quamvis Græcus Astronomica cecinerit. Manilium Antiochenum Plinio 35. 17. memoratum cum Manilio poeta confundit Ricciolus in Almagesto. Sed hic nomen ab eo diversus est quam T. Manilius Senator Syllanis temporibus Anno U. C. 656. P. Licinio & Cn. Cornelio COSS. quem diligentissimum togatorum vocat, & maximis nobilem doctrinis doctore nullo fuisse testatur idem Plinius X. 2. Hist. Andreas Schottus Manilium appellat indice scriptorum a Plinio laudatorum. Alias etiam Manilius Colinus in veteri marmore Patavino apud Ursatum lib. 1. sect. V. & Camillum Silvestrum p. 352. ad Juvenalem, a quo Manilia memoratur VI. 242. Fuit & Manilius Chrestus, quem de Deorum hymnis laudat Fulgentius in *injuges boves.*

[r] Scaliger ad librum V. pag. 348. notat periisse librum secundum sphaeræ Barbaricæ & suffragia Planetarum, h. e. librum sextum & septimum. Sane de occasu siderum & de planetarum viribus dicturum se plus simplici vice recipit. Eidem Scaligero in præf. Manilius est *Poeta ingeniosissimus, nitidissimus scriptor, qui obscuras res tam luculento sermone, materiam morosissimam tam jucundo charactere exornare potuerit, Ovidio suavitatem par, majestate superior.* Inprimis omnia ejus præmia & πρεκβεχτες extra omnem aliam posita sunt. Nihil illis divinius, copiosius, gravius & jucundius dici potest. Audiamus itaque eorum canentem. Alibi affirmat Martineos non valde consultum fuisse, quod de Arato quoque notatum est & Firmico. Fati Astrologici assertor strenuus fuit Manilius, ita ut etiam fato se existimavit impulsam ad hoc componendum poema. *Hoc quoque fatale est, sic ipsum expendere fatum IV. 118.*



## VIII

Cornelium Severum Manilii imitatore[m] fuisse notat Theodorus Gorallus sive Jo. Clericus ad Ætnam pag. 90. 91.

Primus Manilium circa A. 1416. reperit Poggius, [u] quo jam anno 1459. Florentiæ 30. Octobr. æt. 78. defuncto, lucem demum viderunt Manilii Astronomica Bononiæ A. 1474. fol. Deinde Laurentius Bonincontrius Miniatensis commentarium etiam qualemcumque addidit Florent. 1484. De Bonincontrii in Manilium commentario Scaliger ad lib. V. pag. 406. *Quibus Bonincontrius in Manilium potest satisfacere, illis ego nunquam mirabor nostra displicere: quia ab illis neque confessionem ab ingenuitate, neque sensum literarum a genio eorum exigimus.* Ab eo tempore prodiit Manilius Norimb. ex officina Jo. de Regiomonte sine anni nota in 4. & apud Aldum 1492. fol. quæ editio collata cum Codice Gemblacensi fuit in Bibl. Jo. Mori Episcopi Eliensis, & in Germania cum Firmico fol. Basil. 1551. tum Lugduni forma minore A. 1566. Quæ editio lucem vidit apud Jo. Tornælium, ac debetur Antonio Molino Matiscenensi, qui ex antiquo Codice Manilium emendasse se profitetur. Postea una cum Josephi Scaligeri notis, qui primus præ ceteris insigniter de hoc Poeta meritus est Paris. 1579. 8. & ap. Commelinum 1590. 8. cum variantibus Lectionibus, notatisque Francisci Junii, qui multa itidem præclare observavit, *quod cum Scaliger in suis in Manilium distimulavit, candorem in eo requiro*, inquit Vossius Epist. ad Grotium pag. 24. Editio Commeliniana A. 1590. 8. collata cum MS. Collegii Corporis Christi Oxon. fuit apud clariss. Virum Jacobum Perizonium, qui eam legavit Bibl. Leidensi. Cum secundis Scaligeri curis Manilius iterum recusus Lugd. Bat. 1600. 4. cum iisdem Scaligeri notis ex auctoris MS. tertium auctis & emendatis, adjectisque etiam Thomæ Reinesii & Ismaelis Bullialdi ad quædam loca animadversionibus cura Jo. Henr. Boecleri Argentorat. 1655. 4. Denique in usum Delphini cum paraphrasi & notis Mich. Fayi & Observationibus illustris viri Petri Danielis Huetii adjectis imaginibus ære descriptis, omniumque

(u) Vide elegantissimum & eruditiss. Virum Jo. Baptistam Recanatum in Poggii Vita p. X. & Poggiana a viro itidem eruditissimo Jacobo Lensant edita Gallice p. 22. nec non Michaelis Maittaire Annales typographicos pag. 103. qui pag. 176. Manilium cum Bonincontrii commentariis scribit prodisse Romæ 1484. fol.

vocabulorum indice Paris. 1679. 4. Prodiit etiam hic scriptor ex officina Sebastiani Cramoisi, Typographi Regii Paris. ut ex ejus Catalogo pag. 69. didici. Audio præterea existare Sphæram Manilianam Anglico carmine redditam & observationibus illustratam a Nobilissimo viro Eduardo Scherburne. Non alio opere magis se jactavit magnus Scaliger, quam notis in Manilium, nec in alio sæpius est hallucinatus, judice Huetio, quem vide lib. V. commentariorum de rebus ad se pertinentibus pag. 291. Credas notas illas a primo ætatis fervore extrusas, adeo scatent castigationum facilitate, ut monet Jo. Conradus Dietericus in vita Augusti Imp. pag. 9. Trajectiones in Manilio & aliis scriptoribus antiquis line necessitate hariolantem perstringit Salmalius ad jus Atticum pag. 408. qui sæpius etiam ab Scaligeri sententia in interpretando Manilio discessionem facit commentario ad Solinum & libro de annis climactericis. Non raro præterea Scaligerum reprehendit Huetius in suis ad Manilium notis pridem editis, quem novas etiam notas & varias lectiones Codici suo adscripsisse testantur Jesuitæ Parisienses in Memoriis Trevoltinis 1707. mensis Augusto pag. 1426. Ex iisdem didici Manilium laudato Huetio videri patria Chartaginensem. *Scaligeri Manilium Rex Gallorum grate accepit*, inquit in Epistola quadam Andreas Schottus, *& annuam pensionem bis mille francorum dedit. Bene res habet &c.* Commentarios in Manilium suos memorat Jo. Crojus Observatt. in Nov. Test. cap. 35. p. 273. sed necdum in lucem prodierunt, uti nec *Gevariani*, de quibus vide Colomesii Opuscula pag. 101. nec quos ab præstantissimo *Bentlejo*, vel novissime a clariss. *Ruggero Corsio* jussi sumus expectare. Varias Lectiones ex Codice MS. Lipsiensis Paulinæ Bibliothecæ diligenter excerptas ad celeberrimum Bentlejuna ante multos annos misit Nobiliss. Vir Jo. Fredericus Fellerus: Lectiones libri primi ipse servo adnotatas ad margines editionis Argentoratensis. Capitum argumenta e MS. edidit Barthius X. 26. Adversar.

MSum Manilii antiquissimum membranceum vidi Lipsiæ in Bibl. Paulina, ubique fere exhibens lectiones, quas ex Gemblacensi codice passim laudat Scaliger, etli illud oculis nunquam usurpavit, sed tantum usus est variis Lect. quas ex eo descriptas acceperat. Novam editionem Manilii meditatus pridem est apud  
Anglos



Anglos vir doctissimus Rich. Bentley. Anglicæ Thomæ Creech Metaphrasi facta, tristia facta intercesserunt. Loca quædam hujus Poetæ feliciter castigavit Salmasius ad Solin. & de annis Climactericis If. Vossius ad Catullum. Nonnulla etiam Gevartius in electis, Barthius in Adversar. &c. Idem Salmasius affert versus quosdam ex apotelesmaticis *Dorothei Sidonii* Græci Poetæ, quem in suis Astrologicis secutus esse fertur Manilius. Legisse etiam videtur & in quibusdam verbo tenus pene reddidisse *Manethonem*, de cujus Apotelesmaticis dixi lib. II. I. Bibl. Græcæ c. 20. Firmicus autem latinus scriptor non creditur Manilium oculis usurpasse, quod pluribus se argumentis docere posse ait Salmasius p. 587. de annis Climactericis, etsi Scaliger contendit multis in locis ipsissima verba Manilii exscripsisse. Vide imprimis notas ad librum Poetæ quintum p. 348. & Reinesii Epistolas ad Bosium p. 176. ubi non dubitat librum octavum Firmici e quinto Manilii esse compilatum, uti alii caput tertium libri primi Firmicum contendunt petiisse e Manilii præmio libri IV. Saltem non per omnia Manilium secutum, neque ubi eum secutus videri possit, in Manilii verba jurasse, probe observat Huetius in notis ad Manil. p. 65. & 68. Et licet multos Græcos laudat Firmicus, innuit tamen excepto Figulo neminem se nosse ex latinis, qui apotelesmaticen litteris prodiderit. Multo minus autem Firmicum Manilius carmine expressit, quod Vossio Patri aliquando in mentem venit lib. 2. de arte Grammatica c. 26. quodque ipse retractat libro de Poetis latinis. Nam profecto falluntur, qui Manilium Constantini M. ætate tradunt vixisse, ut ab eruditis nescio quibus fieri scribit Harduinus ad Plin. vel qui ad Theodosiana tempora referunt cum Gaspare Gevartio ad Statii Silvas lib. 3. c. 8. pag. 186. atque Jacobo Gothofredo notis ad veterem expositionem mundi p. 25. Paganinoque Gaudentio in disp. Hetrusco sermone conscripta, qua Poetarum a Platone e rep. ejectorum causam agit.

IV. Ansa erroris doctissimis viris fuit, quod præeunte Gevartio Manilium eundem esse conjicerent cum Manlio Theodoro, quem a siderali scientia celebrat Claudianus. At quæ Manlius iste de astris scripta reliquit, non carmine sed soluto sermone exarata sunt, ut ex ipsis Claudiani verbis licet colligere, qui in Panegyrico Manlii v. 251. ipsius sermonis *mella politi* præfert blandis Orphei cantibus. Cla-

rissime autem apparet ex Salmasii præfatione ad Ampelium; in qua de Manlii libro hæc habet: *Non dissimile genio quo Ampelius etsi dissimili argumento scriptus Theodori Manlii liber (a) de rerum natura causisque naturalibus, de astris & aliis ejusmodi qui adhuc in Bibliothecis extat manu exaratus & pedestri sermone compositus. Is est Theodorus Manlius, cujus consulatum (b) celebravit carmine Claudianus, ut & opus ipsum. Inde occasionem arripuit vir quidam doctissimus transcribere illud Manlii, si-ve Manlius sit, cujus hodie Astronomicon habemus, ut idem sit Manlius ille Claudiano laudatus. Nos alibi pluribus pugnativius rationibus & quidem invictissimis, non posse, cum tot argumenta sint, quibus probari possit eum Manilium vixisse sub Augusto. Hæc Salmasius dicta præfatione, quibus adde Huetium ad Manil. p. 84. seq. Ruperti Epistolas ad Reines. pag. 660. seq. & Albertum Rubenium in dissertatione de vita Fl. Manlii Theodori, quam a præstantissimo Bentlejo, qui illam a Nobiliss. Eduardo Sherburno curandam acceperat, transmissam Cl. Grævius non ita pridem Ultrajecti in lucem emisit p. 27. & Jo. Clericum V. C. T. 2. Bibl. selectæ p. 240. Idem Bentleyus in litteris ad J. G. 4. Jul. 1692. Est apud nos Eduardus Shernburnus eques auratus, qui librum primum Manlii Anglice vertit, & commentario doctissimo auxit. Is abhinc annis aliquot apparatus Gasp. Gevartii ad Manilium ab ejus hærede emit Antverpiæ, mihi que non ita pridem, quem novam ejus scriptoris editionem parare inaudiverat, schedas Gevartianas perlegendi copiam fecit. Comperi autem Virum Clarissimum omnem operam in eo posuisse, non qui Manlii textum corrigeret, vel illustraret, sed qui infelicem suam [mea quidem sententia] conjecturam de Theodoro Mallio Cos. quem Astronomici auctorem esse voluit, adversus Barthios & Salmasios & Tristanos (c) & Possinos defenderet. Nihil tamen in medium profert, quod momenti habeat quidquam ad opinionem suam stabiliendam, præterquam quæ dudum in lucem ediderat in Pampinianis & Variis Lectionibus.*

b

Ita-


(a) Hujus libri editionem quondam molitus fuit vir doctus Phil. Jacobus Maiffacus.

(b) Bis consul fuit Manlius si-ve Mallius iste A. C. 399. & 405. Priorem consulatum iClaudianus celebrat.

(c) Tristan. T. 1. Imperator. p. 113. 119.



Itaque cum toties repetita crambe mihi fastidium moveret, mirifice tamen recreatus sum aureolis duabus Epistolis, quæ in isto chartarum fasce latitabant, quæque celeberrimum Grævii nomen ferebant inscriptum. Illud vero me perculisse fautor, quod ad Gevarti (d) sententiam de ætate Manilii videris accedere.



## DE CÆSARE GERMANICO.

Germanici ætas. 1. Ejus metaphrasis Arati. 2. Editiones & antiquus in illam qui fertur scholiastes. 3. Epigrammata Germanico tributa, & scripta deperdita. 4.

**C**Æsar Germanicus, Augusti Imp. Nepos, Drusi F. præter alias virtutes, quæ Imperium (e) illi, ni sapius reculasset, conciliare potuissent, ingenium in utroque eloquentiæ (f) genere excellens nactus, veneno periit Antiochiæ, quod licet omnia alia præ se ferens Tiberius (g) qui ex Augusti voluntate adoptaverat, jussit illi præberi a Cn. Pisone A. U. C. 772. ætatis 35. Christi 19.

II. Extant (h) *Aratea Phenomena* latinis

(d) Alienum se a Gevartii sententia esse innuit Grævius in Epistola ad Bentleium vitæ Manilii præmissa.

(e) Vide Dionem lib. 57. pag. 604. seq. & 615. Suetonium in Cajo Caligula c. 3. seq.

(f) De Poetica Germanici facultate Ovidius i. Falor. v. 13.

*Scimus & ad nostras cum se tulit impetus artes,  
Ingenii currant flumina quanta tui.*

*Scilicet & fas est. vates roge vatis habenas.*

Idem IV. 8. e Ponto v. 67.

*Non potes officium vatis contemnere vates,  
Judicio pretium res habet ista tuo.*

*Quod nisi Te nomen tantum ad majora vocasset,  
Gloria Pieridum summa futurus eras.*

(g) Tacitus III. Annal. 14.

(h) Etiam C. Julium Cæsarem Dictatorem præter libros de ortu & occasu siderum Arati poema latino carmine reddidisse Autor est Julius Firmicus lib. 2. proem. & lib. 8. cap. 5. Priscianus & Svidas: Sed forte Germanicum Cæsarem confuderunt cum Julio. Ceterum Metaphraseos Germanici meminit etiam S. Hieronymus ad T. 1. In *phenomenis Arati* legitur quem Cicero in latinum sermonem transtulit, & Germanicus Cæsar, & nuper Aræus & multi, quos enumerare perlongum est. Ante Hieronymum Lactantius V. 5. Ut Germanicus Cæsar in Arateo loquitur carmine. Cæsarem in Arato laudat plus simplici vice etiam Priscianus, versiculos nostri repetens.

versibus Hexametris non infeliciter etsi liberius paulo expressa ad Augustum Imperatorem jam senem.

*Diosmeion* sive prognosticorum fragmentum; at quæ non tam ex Arateis petita Diosmeiis quam ex aliis Græcis Astrologis depromta videntur, & singulorum siderum in quovis dodecatemorio apotelesmata exponebant.

Equidem Poemata hæc non Germanici Cæsaris, cui Ovidius ingeniosi vatis laudem tribuit Fastosque dicavit, sed Domitiani Imp. esse, quem Germanici (i) nomen velut a victa gente adicivisse constat, vix dubitant Gerh. Jo. Vossius de scientiis Mathematicis p. 169. de Poetis latinis p. 48. & Janus Rutgersius lib. 2. c. 9. Var. Lect. quem liquido hoc ostendisse ait Colomesius ad Gyraldum p. 271. ac demum Nic. Heinsius ad Val. Flaccum pag. 165. Sed non inficiandis argumentis Augusti nepoti vindicantur a Galp. Barthio lib. 10. c. 21. Adversar.

III. Prodierunt Bononiæ A. 1474 quam editionem innuebat idem Barthius cum Bononienses Membranas allegaret lib. 47. cap. 18. Inde Venetiis ex Aldi officina, & plus vice simplici Basileæ, & Parisiis 1559. 4. ap. Guil. Morellum, cum castigationibus. Etiam cum Proclo, Leontii sphaera, Arato ipso, Metaphraseos a Cicerone compositæ reliquiis, Rufi Festi Avieni Metaphrasi, & antiquo qui vulgo appellatur Germanici Scholiaste (k) in Sicilia reperto,

(i) Vide quæ viri docti ad Martial. VIII. 65. ad Suetonii Domitianum cap. 13. Barthium ad Statium T. 1. p. 352. Silium lib. 3. 607. At in transcendens Germanice facta suorum.

(k) Aldus edidit hoc titulo: *Fragmenta Arati phenomenon per Germanicum in latinum versi cum commento in Sicilia reperto*. Proprie vero hoc quod vocat commentum non est commentarius in Arati Metaphrasin, unde H. Grotius illud tamquam alienum in Arateis suis prætermisit: Sed ut Jo. Fellus Oxoniensis Episcopus in sua Eratosthenis editione pulchre observavit, latina versio *catasferismorum Eratosthenis*, additis quibusdam excerptis e Nigidii Figuli sphaera Græcica, & recentioribus quibusdam e Plinio, Fulgentio Planciade, & Isidoro de natura rerum assumens. Persuasit sibi nempe Fellus commentarium istum (quidquid Scaliger alique viri docti aliter senserint) Germanici ipsius esse (quod & Politiano c. 38. Milc. & Barthio pridem visum) ab eoque non Aratum modo sed & Eratosthenem translatum esse latine. Neque hanc sententiam tantum conjecturis niri, quod in veteri MS. exemplari, quod olim in Sicilia traditur repertum, nec non altero veteri exemplo Collegii Eto-



perto, quem Aldus & Guil. Morellus ante ediderant, lucem adspexerunt A. 1589. 8. ex officina Sanct. Andreana. Denique elegantissime sed scholiaste illo antiquo omisso in Syntagma Arateorum, quod Jos. Scaligeri ductu adornavit notisque illustravit Hugo Grotius tum admodum adolescens Lugd. Bat. 1600. 4. In hac editione præter versus aliquos hætenus ineditos Diofemeion ex veteri MSto codice (1) literis Romanis capitalibus exarato, quem a Jac. Susio Grotius acceperat, quique postea in Bibliothecam Is. Vossii pervenit, accesserunt formis æneis expressæ imagines XLIV. signorum cælestium, etsi toto cælo eas læpius aberrare ipse, qui vulgandas curavit, Grotius non diffitetur. Hæc imagines ab insigni artifice Jacobo de Geyneri luculenter incisas seorsim postea luci exposuisse comperi Joh. Jansonium Amst. 1621. fol. Eisdem minoribus formis expressas in Mythographis suis exhibuit, & Poeticon Astronomicum Hyginianum exornare iussit Tho. Munckerus, ibid. 1681. 8. Germanici Aratea cum integris Hugonis Grotii notis, suisque & variorum animadversionibus, & una cum Epigrammatis Græcis & Latinis Germanico Druti F. tributis, carminibusque sive fragmentis carminum perpaucis Julii Cæsaris Augusti, & Neronis vulgavit vir egregius Jo. Conradus Julius Schvartz, (m) Coburgi 1715. 8. additæ explicatione nummorum, miscellaneorumque Theologorum appendice. Non


Etonensis Regii utrique simul compareant, aut quod restrictior stellarum in singulis asterismis numerus ævum proficetur saltem Claudio Ptolemæo antiquius: sed Lactantium Firmianum hoc statuere affirmat lib. I. cap. XI. ubi Cæsaris Aratum laudans illa ipsa refert verba, quæ in commentario illo pariter & in Græco Eratosthene reperiuntur. M. Antonio Delrioni auctor commentarii præsentis, vocatur Calpurnius Bassus, aliis Cæsius Bassus incetta plane conjectura. Thomas Munckerus in dissertatione de auctore Mythologiæ, quæ sub Hygini nomine ambulat, refert se in pervetustis Puteanæ Bibliothecæ membranis Arateorum Germanici scholiasten deprehendisse latinum ab edito satis diversum, sed cum jam describendum eum sibi proposuisset, deprehendisse paulo post, esse Græca in Aratum scholia latinitate donata. Idem Vir Clariss. loca complura scholiastæ quem vocant Germanici sanavit non infeliciter in notis ad Mythographos Latinos. Indicem auctorum in hoc commentario allegatorum dedi in Bibliotheca Græca lib. III. cap. 18.

(1) Mentio hujus Codicis apud Joseph. Scaligerum Epist. 25.

(m) Acta Eruditor. 1715. pag. 397. Journal des Savans 1717. August. p. 223.

ingratam opinor rem fecisset eruditus, si Germanico veterem etiam quem vocant scholiastem recensitum a se emendatumque adjunxisset. Epigramma in Thracem puerum illustrat Angelus Decembrius lib. VI. de poliria literaria c. 69. Scholiastes quem vulgo vocant Germanici, ipse ille qui Metaphrasin Arati condidit, Germanicus est, si Barthio credimus T. 1. ad Statium pag. 465. & ad Claudianum p. 123. ubi eum in Grotii Arateo prætermisum dolet. Aliud videtur Hadriano Junio, quem vide lib. VI. cap. 20. animadversionum. Sane Barthius ipse alibi observavit versus, qui sine nomine p. 143. a scholiaste Germanici afferuntur, esse Prudentii, tot sæculis Germanico junioris. Nonnulla etiam cum iis, quæ scholiastes Germanici habet pag. 141. 143. eadem leguntur in mythologicis Fulgentii ut lib. 1. pag. 780. & lib. 2. pag. 822. nec non apud Plinium XVIII. 26. Fulvius Ursinus p. 114. Virgilii cum Græcis scriptoribus collati, scriptorem commentarii illius Calpurnium Bassum vocat. Nonnulla ejus loca tentat aut illustrat Meursius Critici Arnobiani IV. 3.

IV. Epigrammata quædam sub Germanici nomine occurrunt in appendice Virgilii & inter Poemata vetera collecta a P. Pithæo, ut Græca in præsentem præteream, quæ leguntur in Anthologia Epigrammatum Græcorum. Oravit causas Germanicus, etiam triumphalis, atque inter cætera studiorum monumenta reliquerat & Comœdias Græcas teste Sveton. Calig. cap. III. Sed horum omnium nihil quidquam ad nos pervenit.



## DE PHÆDRO FABUL. SCRIPTORE.

Phædri ætas & fabularum libri 1. Falli eos qui Phædri has esse negant. 2. De Perotto & Faerno qui ante Pithæi editionem fabulis Phædri dicuntur usi fuisse, ibid. Editiones. 3. Obiter de Anonymo latino fabularum scriptore & Laur. Astemio, ibid. Fabule Phædri e Gudiano primo Codice prolatae in lucem. 4.

**T** Phædrus (n) Thrax, Augusti Imperatoris libertus, sub Tiberio Imperatore, b 2 atque

(n) Marquardus Gudius maiebat Phæder, licet non latebat virum doctiss. quod veteres etiam dixerent Teu-  
crus,



atque ipso fortassis jam defuncto (a) verbis senariis suavissimis expressit.

*Libros quinque fabularum (p) Æsopiarum,* quorum quatuor priores Eutycho (q) postremum Phileto Urso Particuloni inscripsit, non vane illi ominatus chartis nomen victurum suis, latinis dum manebit pretium litteris. Quamquam inter veteres vix quisquam Phædrum meminit præter Martialem III. 20. & Avienum præfat. ad suas fabulas. Vincentius Gravina V. C. lib. I. de ratione poetica pag. 92. *picciol ritratto di Terenzio son le favole di Fedro per la purità, semplicità, e grazia. Phædrus* dicas, an quod Gudio magis placet, *Phæder*, ciccum non interdum: usus tamen & aurium convicium magis fert, ut Phædrus dicatur: neque id veterum consuetudini adversum, sicut *Periandrus* apud scholiastem Germanici p. 114. & apud Propertium *docte Menandre*, & *Menandrus* apud Philastrium c. 30. ne afferam alia notata Isaaco Verburgio ad Ovidii 2. Trist. 369. De aliis Phædris & illo Platonis & altero Atheniensi Epicureo dixi lib. 3. Bibl. Græcæ c. 1. §. 12. & cap. 33. pag. 814. De Thoma Phædro, recentiore scriptore, Bælius in Lexico. Thracem fuisse Phædrum negat Deniseus (r) qui Gallicis versibus ejus fabulas

*crus, Istrus, Evandrus & sexcenta talia, quæ vide sis apud Claud. Dausquium T. 1. Orthographiæ pag. 72. Tho. Munckerum diss. de Hygino p. 31. & Jac. Gronovium pag. 59. ad Artian. Idem Gudio pag. 257. malit scribere Threx quam Thrax, quod tamen usus & Græcorum Ὀπαξ mihi suaserunt retinendum esse.*

(a) Ita visum Rigaltio, & Gudio, qui fab. 2. libri 1. per hydram putant serum Caligulæ ingenium denotari.

(p) Æsopias vocat non Æsopi, quia ipse materiam quarundam reperit. *Usus vetusto genere, sed rebus novis*, ut ait. limine libri V. At mirantur viri docti, quod Æsopios logos intentatum Romanis ingeniis opus vocat. Seneca c. 27. consolatur ad Polybium. *Non audeo usque eo producere, ut fabellas quoque, & Æsopios logos intentatum Romanis ingeniis opus solita tibi venustate connects.* Num igitur Phædrus Senecæ ignotus erat, aut noluit ille Thracem, ut Lipsio videbatur, ingeniis Romanis annumerare? Vel quæ Bælii est conjectura, Phædrum libelli adhuc versabantur in manibus paucorum dumtaxat privatorum, vel certe illorum Seneca cum scriberet haud meminit. Potest etiam aliter ad illum locum responderi. Nam cum trigésimum caput ejusdem libri Senecæ consulo, video eum loqui de Æsopiis logis non versu latino, ut Phædrus fecerat, sed latina prosa digerendis, atque, ut ipse loquitur, connectendis.

(q) De hoc Eutycho, qui apud Caligulam Imp. graciosus fuit, mentio apud Josephum XIX. 3. Antiq.

(r) *Memoires de Trevoux* 1708. p. 790.

reddidit: sed negat sine causa, nam Phædrus ipse discrete scribit in Pierio se natum jugo esse, & turpe ducit Threissæ gentis patriæ decus inerti somno delerere, cum auctores illa numeret Apolline & Musa parentibus editos, Linum atque Orpheum. Pro Thrace in antiquis inscriptionibus, & Codicibus quandoque occurrit *Thres*, veluti *Threx Ὀπιξ*, ut apud Gruterum p. 955. 4. nec minus *Thrax*. Vide Burmannum ad Petronium pag. 225. Usu tamen & aurium consuetudine Thrax magis probatur. Phædrum autem inter captivos Romam fuisse adductum (f) tunc, cum Thraces magno prælio fusi essent, de quibus Sveton. c. 3. August. non est opido verisimile, quoniam inter Caligulæ imperium & illud tempus, quo non Augustus, sed ante ejus principatum Octavius Augusti pater Thraces fudit, intercedunt plus quam septuaginta anni. Per hydram a Phædro notari Cajum Caligulam, de quo Tiberius apud Sveton. c. XI. Calig. prædicavit *senatricem populo Romano, Phætonem orbi terrarum educare*, Gudio & Tristano (t) adsentitur idem Burmannus ad Petron. p. 384. Apud hunc Caligulam graciosus fuit Eutycho, cui libellos suos Phædrus inscripsit, ut notavit etiam Christianus Wase libro de senario p. 32. Nic. Perottum videtur auctorem fabularum Phædrum facere Petrus Scriverius. Certe scriptori antiquo Tiberiani ævi illas proæsus eripit & abjudicat ad Martialis III. 20. ac Perottum sane si audimus, [u] is cum testatus esset se adolescentem ex Avieno fabulas jambico carmine transtulisse, mox iisdem verbis deinde recitat integram fabulam, qualis de arboribus in Deorum tutela apud Phædrum III. 17. legitur, nisi quod rectius in Phædrum hodie extat Codice *pinus Cybelæ*, quam quod Perottus: *pinus Neptuno*, & Faernus: *Pinum humidi tridentifer rector sali*. Cæterum nec fabulæ cæteræ Perotti editæ usquam sunt: neque in Avieno fabula illius argumenti reperitur, quam carmine exprimere Perottus potuerit. Igitur Barthius

(f) Placet hoc virq. erudito, M. Gabrieli Schumanno, qui dissertationem de vita & scriptis Phædrum Germanico edidit in nova acerra Philologica Hallensi 1715. 8. pag. 170. 171.

(t) *Histotia Imperatorum e numinis*, Gallice exposita T. 2. p. 303.

(u) In Cornu Copiæ pag. 999. Confer Leonhardi Nicodemi additiones ad Bibl. Neapolitanam Nic. Toppi p. 184. & Bernh. Monetam ad Menagiana Tom. IV. p. 118. seq.



thius lib. XXXV. Adversar. c. 35. & p. 827. ad Claudian. Phædrum *citra omnem exceptionem Tiberiani scriptorem ævi* professus, Scriverium refellit, Perottum autem imponere lectoribus suis voluisse non dubitat, ratum apud se solummodo Phædrum extare; itaque versus illius pro suis audacter venditari a se posse.

II. Lucem debent Phædri libelli viro optimo, & juvandis literis nato *Petro Pithæo*, qui primus e fratris Franc. Pithœi Codice MS. vulgavit Augustoduni Tricassium Anno 1596. 12. Laudatur eo nomine Pithœus a Thuano ad Annum 1596. libro 117. Hist. Ad calcem primæ hujus editionis subjæctæ sunt lectiones vetustissimi, quem consuluit, Codicis: diligentius hoc deinde fecit Rigaltius in editione Anni 1599. usus etiam Remensi Codice, quem a Sirmondo accepit, lectiones tamen nonnullas Pithœo notatas prætermisisse mireris. Habeo primam Pithœi editionem notatam manu Clarissimi Gudii. Ante Pithœum in illos incidisse oportet Nicolaum Perottum, qui suppresso Phædri nomine nonnullos ejus versus pro suis in copiarum cornu recitat. Etiam *Gabrieli Faerno* hoc datum vitio est, quasi in suis Fabulis elegantissimis sane illis Phædrum imitatus vel æmulatus scripta ejus, ut ait lib. 28. Thuanus, *quæ legerat & penes se habebat suppressisset*. Sed Perraultus, qui Faerni fabulas carmine Gallico reddidit, inficiatur Phædrum Faerno umquam visum fuisse. Fabulas vero a Pithœo editas antiqui illius Phædri esse negarunt Vossius in Aristarcho II. 16. & Petrus Scriverius ad Martial. III. 20. Sed negarunt præter rationem, cum nihil illis fabulis sit tersius, ac venustius, & Tiberii se temporibus perspicue vindicet Phædrus ipse de Sejano actore teste ac judice suo conquerens prologo libri tertii.

III. Prodierunt ab eo tempore cum notis *Conradi Rittershusii* (x) [ qui eodem anno 1596. Altdorffii Phædrum recensuit illustravitque ] & spicilegio *Gasparis Scioppii* Lugd. Bat. 1598. 8. In hac editione habentur etiam *Celii Symposii* ænigmata cum notis. Josephi Castalionis, fabulæ Græcæ Babrii & Ænigmata veterum Poetarum Græcorum Latinorumque. Repeti-

(x) Operam a Rittershusio, in Phædri fabulis præstitam laudat, & a Rigaltio contemptam ægre fert atque indignatur doctissimus, & de Phædro singillatim præclare promeritus Petrus Burmannus ad Petronium pag. 512.

ta editio est Antwerp. 1610. 8. additis animadversionibus *Joannis Meursii*, parum felicitis in hoc scriptore, ut jam observatum viris doctissimis, Aristarchi. Eodem anno *Isaacus Neveletus*, Phædrum cum notis suis recudi curavit inter fabulas variorum auctorum Græcas 297. Æsopi, [y] 40. Aphthonii, 54. Gabriæ S. Babriæ, & Latinas 60. *Anonymi* veteris (z) in Bibl. Palatina reperti, versibus elegis, tum fabulas 42. *Avieni* (aa) eodem carminis genere scriptas, denique *Laurentii Abstemii*, Maceratensis, [ qui circa A. C. 1522. scripsit, & cujus annotationes quasdam in varia auctorum loca Gruterus inseruit tomo primo Lampadis Artium ] fabulas 199. sermone soluto, ap. Commelinum 1610. 8. Repetita hæc editio Francof. 1660. 8.

\* Aphthonius, Gabrias, & cum Rigaltii notis Phædrus Hanoviæ apud Wechel. 8. Phædrus separatim cum *Neveleti* notis Lubecæ 1622. 8. apud Samuelem Jauchium. *Anonymi* veteris Christiani fabulæ 60. versibus elegis non incite descriptæ, in Ulmensi editione distinguuntur in libros duos, alias in tres. Sed Neveletus illas distinctiones, quarum in Palatino MS. & Veneta editione nullum vestigium reperit, recte prætermisit conjiciens illam confictam

(y) De Æsopo & aliis Græcis fabularum scriptoribus dictum a me est lib. II. Bibl. Græcæ cap. 9. •

(z) Nonnullas ex his fabulis Rigaltius e MS. Victoriano inseruit notis ad Phædrum, & ad lib. 1. Fab. 2 scriptorem vocat fabularum ante centum annos Venetiis excusum, & in Bibl. Pauli Petavii V. C. & in Victoriana Parisiensi MS. Editus est plus simplici vice non tantum Venetiis, sed Ulmæ quoque in Germania & in Galliis. In Ulmensi editione distinguuntur fabulæ hujus Anonymi in libros duos (non tres, ut legas in Menagianis p. 72.) ita ut liber secundus incipiat a fabula 21. Sed Neveletus illam distinctionem, cujus in Palatino MS. & altera editione nullum vestigium reperit, recte prætermisit, conjiciens illam confictam esse a *Rinuncio* quodam, qui has fabulas soluta oratione latina & Germanica convertit. Idem Neveletus notat hunc scriptorem passim Phædri vestigiis insistere, ita ut *Phædri simia* dici mereatur. Qualis autem fuerit, vel quando vixerit, incertum est, etsi constat eum jam a scriptoribus sæculi XIV. allegati. Apud Jul. Cæsarem Scaligerum lib. IV. Poetices p. 728. *Accius* vocatur, & laudibus effertur in cælum. Alii *Romulum* appellant vel *Salonem* teste Daumio. Vide & Barthium III. 22. Adversar. ubi *Romalii* vel *Bernardi* venit nomine. In Codice Regis Galliæ 893. inscribuntur hæc fabulæ *liber Hæsiopi* (Æsopi) teste Labbeo Bibl. nova MSS. p. 66.

(aa) De hoc infra lib. III. •



fiatam esse a *Rimicio*, qui *Æsopi* fabulas nonnullas soluto sermone latino, & Germanico circa A. C. 1452. expressit, inscripsitque Antonio tituli S. Chrisogoni presbytero Cardinali A. 1459. defuncto. Prodiere Mediolani 1480. 4. & sæpius deinde una cum Anonymo illo alibi. Idem Neveletus notat Anonymum passim Phædri vestigiis insistere, ita ut Phædri simia dici mereatur. Qualis autem fuerit, vel quando vixerit, incertum est, etsi constat cum jam scriptoribus sæculi XIV. allegari. Apud Jul. Cæsarem Scaligerum lib. IV. Poetices pag. 728. *Accius* vocatur, & laudibus offertur in cælum. Alii *Romulum* (bb) appellant, vel *Salonem* Parmensem teste Gyrardo & Daumio. Vide & Barthium III. 22. Adversar. ubi *Romalii* vel *Bernardi* venit nomine. Diversæ sunt tamen licet itidem 60. quæ sub *Romuli* nomine ad Tibertinum sive Tiberinum filium a Rimicio & aliis editæ sunt, prosa non versu scriptæ ante annos circiter quingentos. Ex his fabulæ quinque & quadraginta respondent totidem fabulis apud Anonymum. Cæteræ quindecim, extravagantes a Rimicio vocantur, quod nempe Anonymus illas non habet, habet tamen plerasque Phædrus, ejus etiam verba ipsa sæpe servavit iste Romulus, perinde ut alter *Auctor antiquus*, cujus fabulas 67. ex Phædro fere desumptas & soluta oratione expressas e Codice MS. Il. Vossii, quem ab avunculo suo Jacobo Gronovio utendum acceperat, primus edidit notasque suas & Romuli fabulas addidit Jo. Fridericus Nilant, Lugdun. Bat. 1709. 8. (cc) Ejuscemodi fabulas in prosam leviter e Phædro solutas in codice Divionensi quoque Gudius reperit, a quo restitutas primus Clariss. Burmannus dedit quinque, in prioribus Phædri editionibus haud obvias. Laur. Astemii, Hecatomythium utrumque, (dd) quorum prius A. 1498. alterum 1505. primum edidit, prodiit etiam Tiguri in 8. sine anni nota cum *Æsopi* fabulis, quas Hermannus Canonicus S. Augustini ait ex oratione ligata se in solutam vertisse, nec non fabulis Aniani, quas Hadr. Barlandus & idem Guilelmus in prosam transtulit, fabulisque *Æ-*

sopi, quas verterunt Laur. Valla & Rimicius: nec non fabulis excerptis e variis scriptoribus. Phædrus. Paris. 1629. apud Sebast. Chapeletum, forma minore. Cum Gallica versione profaria *Albini* (D. de Saint Aubin, ejusdem qui Terentium quoque Gallice transtulit) Paris. 1647. 12. Hanc versionem cum animadversionibus in eam suis Phædro secundum a se recensito atque illustrato adjunxit Tan. Faber Salmur. 1665. 12. quæ editio recusa Anno 1673. 1689. &c. Jo. Scheferus Phædrum primum cum notis suis perquam eruditis & *Francisci Gujeri* Andegavensis castigationibus edidit Upsal. 1663. 8. quam editionem habeo notatam passim manu Gudii. Deinde iterum recensuit Anno 1666. & tertio 1673. Hamburg. 8. in quibus duabus posterioribus editionibus non raro Tan. Fabrum castigat, & in tertia addidit Freinsheimii indicem ex editione Argentoratensi, de qua statim dicam. Recusus est Scheferi Phædrus Hamburg. Anno 1686. 1693. 1706. 8. habetque subinde adjunctam Gallicam Albini versionem; & addita Belgica Jo. Hilaridis Metaphrasi Franequeræ 1694. 8. In editione Ratisbonensi 1657. 8. quam notis & indice illustravit Jo. Henricus Ursinus, nonnulla rescissa sunt, quæ adolescentum pudori obesse vir præstantissimus existimavit. Jo. Lud. Praschii notæ ad Phædrum Giessæ 1660. 8. Cum notis *Alexandri Arnoldi Pagenstecheri* Duisburg. 1662. 8. Cum notis *Nic. Rigaltii* prioribus & posterioribus, [ex edit. Paris. 1599. & altera perquam nitida 1617. tertia (ee) Anno 1630.] *Petrique Axenii* in librum 1. vulgata Hamburgi est 1671. 8. Cum P. Syri mimis, notisque, & animadversionibus *Tan. Fabri*, Salmur. 1657. 4. & addita versione Gallica *Albini*, & in illam animadversionibus ibid. 1665. 12. Phædrus cum historia congruente ad singulas fabulas ex veterum scriptis annotata, postumisque Jo. Freinsheimii animadversionibus, quibus insertæ notæ *Ritthershusii*, *Rigaltii*, *Buchneri*, & copiosissimo indice

(bb) Romulus iunior, Petri Mosellani æqualis, vir doctus & Julii Phlugii in Italia præceptor. Vide Petri Albini Chronicon Misnense p. 357.

(cc) Memoires de Trevoux A. 1712. Jul. p. 1369.

(dd) Vide Menagiana T. 4. p. 203.

(ee) Hanc editionem, quam deinde securus est T. Faber, tamquam minus accuratam perstringit Marquardus Gudius Epistola 7. ad Nic. Heinsium. Rigaltinæ editiones exstant; una Paris. 1599. 12. altera perquam nitida typis Stephani descripta majoribus, literisque miniatis distincta 1617. 4. utramque habeo Salmasii manu notatam. Tertia ex Cramoisi officina 1630. 12.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



XVI

cum versione *Gallica* (ff) & animadversionibus, ordineque constructionis in puerorum usum per numeros singulis vocabulis impositos notatis Paris. 1702. 12. Huic editioni additæ octo fabulæ e Gallicis *Fontani*, qui inter plurimas, quas ingeniose vel excogitavit vel expressit Gallico carmine, quadraginta amplius fabulas e Phædro mutuatus aut imitatus est. Phædrus cum notis selectis variorum, Dispositini, Gronoviorum, Kæberi, Hoogstratani, &c. Tiguri 1713. 8.

Fabulæ Phædri LVIII. *Gallica* & *Germanica* prosa Hamburg. 1707. 12. cum fabulis politicis Pilpæi & aliorum. *Belgica* versio Ioannis Hilaridis prodiit Doccomii Anno 1695. Belgico carmine præter Davidem Hoogstratanum Amst. 1704. 4. donavit Jo. Jacobus Slaterus A. 1718. *Germanico* (gg) Salomo Francke, Secretarius Vinariensis Jen. 1716. 8. *Anglica* prosa, Thomas Dyche, Lond. 1715. In fabularum Æsopiarum delectu, quem Oxoniæ A. 1698. nitidis typis excudi curavit A. Allop, fabulæ *Græca* Planudis prosa quotquot respondententes reperiri potuerunt tabulis singulis Phædri præmittuntur, utili adolescentibus & jucundo ad comparandum utriusque linguæ usum consilio. Cum notis Germanicis M. Gabrielis Schumanni, laudabili studio in tironum usus concinnatis Halæ Sax. 1715. 12. Dissertationem de Phædro, quam huic editioni præmittere voluit, deinde vulgavit in nova *Aceræ Philologica* pag. 167. seq. Hall. 1715. 8. Phædrus cum metaphrasi *Gallicis versibus* non infeliciter composita a Deniso, (hb) additis notis Paris. 1708. 8. Cum prosaria versione *Gallica* tota propemodum nova live reficta & Tan. Fabri notis emendatius excusis, atque P. Syri mimis Amst. 1712. 8. Cum brevibus notis Jo. Christophori Walsii, vindictisque Gudianis adversus Jac. Gronovium, Flensburg. 1709. 8. Cæterum norit lector, fabulam quæ incipit:

*Ranæ paludis incolæ, ambiguum genus,*  
non esse antiqui auctoris, nedum Phædri, ut persuasum Tho. Crenio T. 2. method. p. 403. sed

Jesuitæ Galli, (ii) compositam circa An. 1670. cum Rex Galliarum bellum in Batavos instrueret. Vide artem metricam ab uno e Societate JESU jam quartum editam Viennæ Austriæ 1703. 8. in quo libro pag. 274. fabula illa sub titulo *appendicis ad fabulas Phædri ex Bibliotheca Leidensi* tamquam exemplum descriptionis Poeticæ bellum contra Batavos a Gallis initum A. 1670. allegorico mytho exponentis integra legitur. Jac. Tollii editio fabularum Phædri, cujus spem facit in dedicatione fortuitorum, non vidit lucem. Fontanus Phædro se inferiorem in fabulis scribendis esse confessus est. Fontenellus ait eum tam sinistre de se iudicasse *par bestise*; præiudicio occæcatum. Assentitur non inferior Fontano ne quidem familiari jocandi suavitate Mottæus. Dubitabunt alii, modestius ita de se Fontanus an verius iudicaverit.

IV. in editione Burmanniana p. 205. & p. 325. & iis, quæ deinceps eam secutæ sunt, accessere fabulæ quinque a Gudio e MS. Divionensi descriptæ, & numeris suis redditæ, quæ in prioribus desiderantur. *Crediderim eum plures*, inquit Burmannus, *ex eodem Codice descripsisse, nam ejus autographum, ex quo nos eas exhibemus, ut omnibus fere partibus, ita maxime in fine laterum & mutilum erat, & plura folia, quibus fabulas adhuc quasdam præscripserat [ut ipsius manus in capite primæ hujus fabulæ testatur, quæ, si bene memini, triginta novæ & numquam editas in his chartas ab ipso conjectas indicabat] desiderabantur & abscissæ esse videbantur. Forte & hæc aliquando claustra quibus continentur percurrunt.* Phædrus ipse in limine libri primi innuit arbores etiam, non modo feras loquentes a se inductas. At in fabulis quæ extant, nullæ arbores loquuntur excepta unica illa fabula a Gudio eruta.

DE L.

(ff) Journal des Sav. 1702. Jul. p. 29. seq.

(gg) Neve Bibliothec. LVII. p. 390. seq.

(hb) Mem. de Trev. A. 1707. p. 184. & A. 1708. p. 785. Journal des Sav. p. 1708. Maji. p. 238.

(ii) Jo. Commirii, in cuius poematis postumis existat pag. 134. Et versa Gallice in libro: recueil de vers choisies par le Bouchours p. 17. nec non in alio, fables choisies V. partie pag. 28.





## DE L. COLUMELLA.

I. **L** Junius Moderatus Columella, Gaditanus, Patrum laudans (a) M. Columellam illustribus disciplinis eruditum, ac diligentissimum agricolam Baticæ Provincie, ipsi Plinio, Palladio, Isidoro Hispalensi (b) aliisque sæpius laudatus, sub eodem Claudio Imp. scripsit. Isidorus Hisp. XVII. Orig. *Rerum rusticarum scribendæ sollertiam apud Græcos primus Hesiodus Boeotius humanis studiis contulit, deinde Democritus: Magnus (c) quoque Carthaginensis in XVII. voluminibus studium agricolationis conscripsit. Apud Romanos autem de agricultura primus Cato instituit, quam inde Marcus Terentius expoliivit: mox Virgilius laude carminum extulit. Nec minus studium habuerunt postmodum Cornelius Celsus & Julius Atticus, Æmilianus, (d) sive Columella insignis orator, qui totum corpus ejusdem discipline complexus est. Diversus, ut videtur, a Moderato Gaditano Pythagorico ejusdem ætatis Græco scriptore fuit, Gaditanus & ipse L. Junius Moderatus Columella, licet hoc in dubio relinquit Nic. Antonius, qui de Columella videndus lib. 1. Bibl. veteris Hispanæ cap. 5. Sane Pythagoricum illum quando appellant sive Latini Scriptores sive Græci, Moderatum semper vocant, Columellam nunquam. Et difficulter ab Oratore latino Philosophum Græcum, & tam prolixum opus Philosophici argumenti Græco stylo traditum expectaveris. Gaditanum se innuit noster V. 5. VII. 2. VIII. 16. & X. versu 185. Meminit & III. 3. Senecæ, ejusque vinearum, & sæpius Cornelii Celsi æqualis sui, ut cognoscas ex indice scriptorum a scriptoribus rei rusticæ laudatorum, quem dedi supra in Catone. Columellam laudavit Theodorus Beza hoc Epigrammate:*

(a) Lib. 5. cap. 5. p. 286. edit. Commelinianæ.

(b) Isidorus XVII. 1. Orig. sive Columella, insignis Orator, qui totum corpus ejusdem discipline (rerum rusticarum) complexus est.

(c) Lege Mago.

(d) Palladius de re rustica.

*Orphea mirata est Rhodope sua fata canentem,  
Si modo Virgilio carmina pondus habent.*

*Tu vero, Juni, silvestria rura canendo  
Post te ipsas urbes in tua rura trahis.*

*O superi, quales habuit tunc Roma Quirites,  
Quum tam jucundum cerneret agricolam.*

*De re rustica libros XII. (e) ad Publium Silvinum, quorum decimus de cultu hortorum, carmine Epico non infelici supplet Virgilio Georgica.*

*Sidereis Vatis referens præcepta Maronis.*

Reliqui prosa oratione scripti sunt expetente hoc Claudio Augustali adolescente, qui etiam hortorum cultum simili sermone expositum a Columella maluisset. *Librum de cultu hortorum scriptum versu Heroico, Andreas Rivinus recensuit recudique curavit Lipsiæ 1654. in 8. una cum Palladii carmine de arte initionis, Walsfridi Strabi hortulo, Moroto Septimii Sereni, & aliis variis poematis & Epigrammatibus antiquis. Illo libello cum Virgilio Georgica supplere se indicet ipse Columella, mirum est Nicolaum Rapinum S. I. nullam ejus mentionem facere in præfatione ad quatuor libros hortorum (f) perquam certe elegantes: quæ vero temeritas tentare rem, quam partim propter difficultatem, eorum quæ prætermiserat Virgilius, partim propter eorum quæ cæperat excellentiam, persequi nullus posterorum ausus sit.*

*Libre de cultu hortorum cum annotationibus Julii Pomponii Fortunati, Baptistæ Pii, Philippi Beroaldi & aliorum separatim prodiit Parisiis*

c

rifiis

(e) Ex ipso Columella constat opus illud 12. libris ab auctore fuisse absolutum, etsi in Cassiodori divinis lectionibus cap. 28. legas Columellam *sedecim libris per diversas agriculturæ species, eloquentem ac facundum illabi disertis potius, quam imperitis accommodum.* Itaque alios libros tres Columellam ad hoc argumentum spectantes, & librum de arboribus computavit Cassiodorus, vel numerum apud eum corruptum esse suspicemur. Obiter de Columellæ nomine notabis Donatum, qui ad Phormion. II. 2. scripsit Columellas a veteribus dictos servos maiores domus. *Columen columnis. Unde apud veteres columellæ dicti servi majores domus. Lucilius XXII.*

*Servus neque infidus Domino, neque inutilis cuiquam  
Lucili columella hic situs Metrophanes.*

Salmasio ad Solinum pag. 1220. alius sensus verborum Lucilii esse videtur, hic nempe: sub hac Columella, sive *σηλη* situm esse Metrophanem Lucilii servum. Gatakerus tamen II. 20. Cinni expositionem Donati probat. Confer quæ viri docti ad Martial. II. 90

(f) Paris. 1665. 4.



riliis 1543. 4. & cum Catone, Varrone, Palladio, ac reliquis Columellæ libris ibidem 1533. fol.

## DE T. PETRONIO ARBITRO.

*Petronii ætas. 1. Satyrici fragmenta prima. 2. Traguriana. 3. Nodotiana. 4.*

**T** Petronius (g) Arbitrator Massiliensis Equestri genere natus, Vir Consularis & inter familiares Neronis Imp. sed artibus æmuli Tigellini invisus ei relictus, jussusque ab eo mori, incisis venis, lascivam animam efflavit. A. CHRISTI 67. Petronius (h) Neronianarum libidinum arbitrator, qui de scriptis etiam voluit suis summam prudentiam, exquisitissimam sapientiam & elegantissimam eloquentiam inter propudiosissimas libidines clucere, illudens utique dictis scriptisque vanitati curarum humanarum, homo voluptatibus corpore, animo virtuti deditus, ut docet omnis scena Satyrici illius. Singulare hoc elogium: sed qui corpore voluptatibus, & simul animo virtuti bona fide deditus esse possit, per eundem jungentur ante sæva sideribus freta, & ignis undæ, tartaro tristi polus. Huetius in Epistola ad Grævium: (i) De Petronio non ita sentio ut vulgus doctorum solet. Judicio usus est in literis valde limato & subtili: stilo deteriore, affectato, fucato, interpolato: ut plus ei ad existimationem profuisse putem obscenitatem rerum, quam sermonis elegantiam.

II. Scripsit *Satyricum*, sive *libros Satyricos*, quibus nequissimos mores ejus ætatis omni procul pudore, etsi dictione tersa & eleganti descripsit. Passim quoque exemplo satyrarum

(g) Apud Tacitum prænomen Petronii Cajus est, sed Titus apud Plutarchum & Plinium. Idem Tacitus auctor est, Petronium Neroni *elegantie arbitrum* fuisse, ut nihil amænum & molle affluentia putaret nisi quod ei Petronius approbasset. Hinc crediderim factum esse ut Arbitrator vulgo appelletur, quo nomine etiam occurrit apud Terentianum Maurum libro de metris. Equidem Henr. & Hadr. Valesii fratres doctissimi auctorem Satyrici ab illo Taciti Petronio distinguunt, & Antoninorum ætate vixisse opinantur, sed argumentis ducuntur parum exploratis. Quare receptæ sententiæ subscribere latius esse puravi.

(h) Gasp. Barthius pag. 28. ad Claudian.

(i) In Tilladeti collectione Tom. 2. p. 264.

Varronis Menippearum versus interposuit, imprimis carmen de bello civili, quod testatur eum non invitis Mulsis ad Poemata componenda accessisse. *Libros Satyricos* inscribendos potius, Græca forma, contendit recens eruditissimus Petronii editor Burmannus, quod verisimile faciunt alia consimiliter accipienda, ut Hygini Poëticon Astronomicon, Fulgentii Mythologicon, Ovidii Metamorphoseon & Halieuticon, Solini Ponticon, &c. Idem Burmannus probat per Codicillos, quibus exoletorum, & scæminarum supra ac libidines sub mortem consignasse Petronium refert Tacitus XVI. 19. hoc satyricon opus intelligi non posse. Nihil sane codicilli testamenti, quos obsignatos Neroni misit moriens Petronius, habent communem libris hisce ac voluminibus ad omnium notitiam in vulgus editis. Diversum tamen hunc scriptorem ab illo Taciti Petronio, & antiquiorem haud crediderim, si vel maxime Claudii & liberorum ejus flagitia notari ab eodiamus: nec Statilio assentior, qui Petronium putabat vixisse post Severum, atque non Neronem, sed neoplutos aliquos suæ ætatis perstrinxisse: mire enim cum Neroniano omnia conveniunt. Nec valde pugnem alienum fuisse a moribus quos perstringit: arduum certe est in his tam prolixè & tam ad vivum, ac nequiter percensendis & docendis se alere, ne dicam tam exquisitam notitiam taliam habere, qui sit illis ἀμόνη. Utinam vero unus esset vel fuisset Petronius, qui flagitia insectaretur, quibus ipse se volutasset. Habet hoc frequenter scelerata vita, ut suo etiam le testimonio condemnet atque excretur. Sed nimium dicere videtur, qui aliquorum turpi diligentia nos debere ait quod illæ tantum Petronii lacinia ad nos venerunt, quæ illis lascivæ & proterviæ manifestissimis argumentis blandirentur. Unde enim quæso constat cætera fuisse pudiciora? & quovis potius alio quam judicio lascivæ consignata, vel servata illa fragmenta apparet. Salmasius præfat. ad Ampelium: *Consueverunt multi studiosi, si quem auctorem legerent, retento lectionis ordine quidquid ex eo judicarent excerptum, in Codicem suum revertere, & sibi servare. Unde factum ut hæc in Bibliothecis privatorum reperta sæpe a librariis pro integris auctorum operibus descripta fuerint, ac ad posteritatem aliis subinde ea excipientibus ac describentibus propagata. Ita conservatus est elegantium nequitiarum curiosus Petronius Arbitrator.* Frag-



Fragmenta (k) hujus satyrici (ex libro XV. & XVI. uti legitur in MSS.) primum edita Venetiis. A. 1499. per Bernardinum de Vitalibus Venerum. Hinc Lipsiæ A. 1500. per Jacobum Thanner, Herbipolensem, cura *Hermani Buschii* Pasiphili, Monasteriensis. Ibidem carmen de luxu Romanorum 1500. 4. separatim excusum. Hujus præclari viri ac nobilis Buschii memoriam & merita in literas tunc renascentes egregia digno nuper studio styloque celebravit clariss. Vir Jacobus Burckardus in vita Buschii, ejus vâllo humanitatis præmissa, Francof. 1719. 8. Parisiis A. 1520. curante Reginaldo Chalderio, ad cujus editionis paginas, suas observationes & castigationes 1562. direxit Adrianus Junius sive Theod. Beza. Cum castigationibus *Jo. Sambuci*, Antvv. 1565. 8. apud Plantin. Lugd. 1575. 8. apud Joh. Tornæsum, qui duobus impressis & totidem MSS. Cujacii & Dalechampii adjutus, & opera usus *Dionysii Lebei Batillii*, Jcti celeberrimi Petronium recensuit, eique variarum Iestionum libellum adjunxit Paris. 1575. 12. apud Patissonium. *Jani Doufæ* patris præcidaneorum in Petronium libri III. Lugd. Bat. 1583. 8. editi primum sunt & Danieli Rogeri inscripti, postea Petronio adjuncti A. 1585. ibid. 8. & Paris. 1585. 8. apud Guil. Linozerium & 1587. 12. apud Patissonium, additis etiam notis *Joannis Richardi* Biturigis & spicilegio *Dupeiratii*. Petronius cum notis eruditus *Jo. Wovverii* Hamburgensis (l) qui Josepho Scaligero librum inscripsit, Lugd. Bat. 1596. & 1604. apud Rapheleng. & Amstelod. 1624. forma minore. Paris. 1601. 12. ex officina Christophori Beys, cum notis *Pithæorum* & *Doufæ*, & veterum Poetarum Catalectis. *Melchioris Goldasti* editio Helenopoli sive Francofurti 1610. 8. curata, & Lugd. 1618. apud

(k) Conradus Rittershusius ad Phædri IV. 13. conjicit Petronii Satyricon ita truncatum & laceratum ab aliquo pio exscriptore, qui loca obscæna omiserit. Sed unde quæso tot rupta verba, tot obscæni sales in illis quæ supersunt fragmentis. Non magis credibile est, quod conjiciebat Bervilius, Eumolpi nomine a Petronio perstringi Senecam, quod merito rejicit San Evreuoaius in judicio de Seneca T. 2. Opusc. Idem in judicio de Petronio ostendit hunc scriptorem exponere & commendare potius, quam satyrico sale perfundere libidines vitiaque aulæ, in qua versabatur.

(l) Fallitur Mich. Piccartus, qui notas in Petronium tribuit Wovverio Antvverpiensi c. 14. peric. Critic.

Frellonium & Francof. 1621. ex officina Wechel. & Genevæ curante Thoma Juges 1629. 4. repetita, variorum notas & castigationes partim ad id tempus ineditas complectitur, *Buschii*, *Ad. Junii* (diversas ab iis quas Sambuco ante miserat Pulmannus, an Aurati vel Æmari Ranconneti, aut Bezæ?) *Sambuci*, *Francisci & Petri Danielis*, *Christoph. Richardi*, *Francisci & Petri Pithæorum*, *Doufæ* patris, *Conr. Rittershusii*, *Jani Doufæ* filii spicilegium, notas *Wovverii* & *Gasparis Barthii* (m) tum quorundam Anonymorum & *Georgii Erhardi* Franci, sub quo nomine *Goldastum* latere patet ex Parei & Althusii versibus volumini præmissis, quibus Goldasto de editione Petronii gratulantur: atque servant etiamnum vasta Goldasti in Petronium collectanea MSS. Bremenses, in quibus omnia illa & longe plura, quam in Erhardi notis editis exstant, legi, laudatus Burmannus annotavit. Eidem editioni adjuncta *catalecta* (n) *Petroniana* & Epigrammata, cum H. Stephani emendationibus, Claudiique Bineti Bellovacensis Germani Coladonni Jc. & Herm. Buschii notæ in carmen de bello civili, Petri Guirandi Epistola de Petronio & elogium Petronii a Lundorpio collecta. Ad *Bineti* collectam Pictav. 1579. 4. editam conferenda Doufæ præcidanea III. 5. seq. Usus Goldastus est Codice membranaceo Bongarsii, quem Pithæi fratres etiam inspexerunt. Petrus Daniel in notis suis p. 91. seq. observat ex Baptistæ Pii annotat. posterior. apparere illum quoque vidisse plura editis Petronii fragmenta. Petrus Pithæus codicis sui editis locupletioris copiam Erico Memmio sive Henrico Memmio fecisse se testatur lib. 1. Adversar. subcesiv. c. 2. ubi locum ex illo producit. Alium ex Memmii exemplari describit Lambinus ad verba Horatii Epod. V. *lunamque celo deripit*, testatus id fuisse Petro Ronfardo, Antonio Baifio, Remigio Bellaqueo & sibi commodatum. Ex Codice Britannico verba quædam Petronii emendat Janus Mellerius Palmerius

(m) Vide Crenii animadvers. T. 5. p. 31.

(n) Ibidem habes fragmenta P. Petronii Rhetoris, Petronii Grammatici, Petronii Afranii, Petronii Indici, M. Petronii Venusiani, Petronii Antigenidis Pisarenis, & C. Petronii Hilari Pisarenis, Petronii Apollodori Pontificis & XV. viri Romani, & Petronii Levitæ. Fuit etiam Petronius Bononiensis Episcopus, quem cum Arbitro confundit Vincentius Bellovac. in speculo.



merius spicileg. T. 4. Lampadis artium Gruterianæ p. 693. Eodem anno, quo Petronius cum ingenti Jo. Petri Lotichii (o) commentario lucem vidit Francof. 1629. 4. prodiere junctim additæ eadem formæ notæ virorum doctorum in Petronium Jo. Alexandri Brassicæ, quas paulo ante obitum (A. 1540.) ad Jo. Oporinum cum Petronio a se emendato ut ederentur misisse testatur Conr. Gesnerus: Jo. Aurati A. 1562. [ eadem quæ sub Hadr. Junii nomine in edit. Goldasti exstant ] Henrici Memmii, Senatoris Regii, Alphonsi Delbenii Episcopi Albiensis, A. 1563. Claudii Puteani A. 1570. Jac. Bongarsii A. 1584. ( eadem quæ sub titulo Anonymi auctoris leguntur in editionibus Goldasti post observationes Francisci Danielis ] Mamerti Patissonii, & Petri Pithæi A. 1586. Jo. Wovverii A. 1595. Gasp. Scioppii Sirenes Petronianæ, sive elegantiores phrasæ ex Petronio excerptæ A. 1597. Jo. Weitzii notæ A. 1614. Renati Moreau quæstiones. Medico Physicæ in Petronium A. 1629. Præterea Laur. Pignorii diatribe de Magnæ Dæmæ matris Idææ & Attidis initiis, Jani Doufæ schediasma ad Sulpiciæ satyram, Petri Pithæi & Justi Lipsii in Pervigilium Veneris & Floridum de qualitate vitæ. In idem Pervigilium notæ Jani Doufæ filii & Jo. Weitzii. Præmissa sunt testimonia de Petronio veterum ac recentiorum collecta a Goldasto, Landorpio, & Lotichio, & Barthii dissertatio ex XLIX. 11. Adversar. His addenda Lili Gyraldi, Guirandi Aloscani & Roberti Titii (p) loca de Petronio, quæ in editione Goldasti leguntur. Prodiit eodem anno 1629. Pe-

(o) Ejusdem Lotichii libros quæstionum in Petronium ineditos servat Francofurti ad Mœnum nobiliss. D. Zacharias Conradus ab Uffenbach. Capitum elenchum habes in Massoni Hist. Critica Reip. literariæ Tom. XIV. p. 319. seq. Goldastus Epistola ad Gasp. Hofmannum 7. Cal. Octobris 1631. Mitto tibi Lotichii commenta in Petronium cum aliorum notis --- Vide quantum abs tuo instituto ac judicio Lotichius dissidet. Volebam hominem amicis hac occasione ad lectionem veterum Medicorum deducere --- Sed judicio destitutus, nec in bonis auctoribus versatus nobis undiquaque compilavit, quæ ad grandendum librum convasare ex cornu copie Calepino, Textoris officina, Erasmi Chiliadibus & consimilibus scriptis poterat, ut tandem monstruosum horrendum & insanum magnum istud commentum pareret. Adeo sibi philantia placet, ut etiam sordes suas putet vera elere cinnama.

(p) Hæc est Rob. Titii Apologia pro Petronio, quæ in Bibl. Barberina memoratur.

tronius Francofurti 4. sed charta minore cum commentario eximio Josephi Antonii Gonsalii de Salas, & Scioppii symbolis criticis; atque iterum ibid. 1643. 4. In Bibliotheca Wittiana p. 257. memoratur etiam editio Gonsalii A. 1633. 4. sed suspicor errorem esse pro 1643. Cum notis eruditis & glossario Jo. Bourdelotii Paris. 1618. 12. 1645. & 1677. 12. & edente atque interpolante Mich. Hadrianide, cujus etiam præfatio præmittitur, Amstelod. 1663. 12. Non habeo fidem Bourdelotio, inquit pag. 527. Burmannus, qui audacissime sæpe locos sanos tentat, & nescio quos codices crepat. Idem testatur servare se duas Hieronymi Aleandri Epistolas, quas V. C. Justus Fontanus ad ipsum miserat, quibus Petronii loca quædam illustrantur. Quæ in Petronium commentati sunt Laisneus & Venettius, memorata Petro Bælio in Epistolis Gallice vulgatis, non videntur lucem, quod sciam. Omitto ἀνεκδότους Petronii interpretes Lotichio memoratos, Ant. Oiselim, Hub. Giphanium, Hadr. Junium, Theod. Pulmannum, M. Antonium Muretum, Dionys. Lebeum Batillium, Franciscum Roardum, Janum Passeratium, Nic. Dobbinum, Petrum Arnaudum, Joh. Isaacum Pontanum, Melch. Heiminsfeldum Goldastum, & Eustathium Svartium. Denique cum notis selectis Variorum & præludiis edidit Simon Abbes Gabbema, Trajecti ad Rhen. 1654. 8.

Errores Venereos, sive incertorum auctorum poemata & Epigrammata cum his Petronii fragmentis a P. Pithæo aliisque edita, recensio infra lib. IV. Jure autem mireris nequissimum hunc scriptorem, inter Christianos tot tantosque interpretes (q) invenisse, sed quod unum restabat, nuper etiam repertus fuit, qui pueris in schola proponendum esse suaderet. Errores Venereos, sive varia Poemata, & Epigrammata vetera, quæ Petronio subjici solent una cum aliis per Scaligerum, Petrum Pithæum & alios viros doctos collectis, separato volumine recensere atque illustrare idem præclarus Burmannus confi-

(q) Nisi in Æsculapio incidisset, poterat Medicorum turba perire, inquit Octavius Ferrarius, qui aliquot Petronii loca emendat & illustrat lib. I. elector. cap. 7. seq.



stituit, quod non poterit non omnibus elegantiorum litterarum studiosis gratissimum accidere.

III. *Aliud* ejusdem Satyrici fragmentum integram cœnæ Trimalcionis fabulam completens, & *Tragurii* in Dalmatia in Nicolai Cippii Bibliotheca repertum, primus, incio, qui A. 1662. in Codice Catulli Tibulli ac Propertii etiam carmina continente & scripto (r) circa A. C. 1423. repererat, Martino Statilio, vulgavit Patavii Paulus Frambottus A. 1664. 8. quam editionem cum MS. collatam Perizonius legavit Bibl. publicæ Leidensi. Recusum eodem anno 8. Parisiis, præfixo de styli ratione judicio. Cum vero Hadrianus Valesius, & Joh. Christoph. (f) Wagenfeilius testari fuissent illud sibi fraudis suspectum videri, quorum tamen opinioni pauci eruditorum subscripserunt, Petr. Petitus sub Marini Statilii J. U. D. nomine apologiam edidit; hunc enim verum illius scripti auctorem esse auctor est Claudius Nicasius in Epistola de obitu & scriptis Petri Petiti ad Cl. Joh. Georg. Grævium. Itaque cum Caji Tlibomeni, sive, qui sub illo anagrammate tegitur, Jacobi Mentelii conjecturis & Statilii apologia, fragmentum idem recusum Paris. 1666. 8. atque iterum cum eadem Apologia Amstel. 1670. 8. Etiam cum notis Joh. Scheferi Upsaliæ 1665. 8. ac cum observationibus Thomæ Reinesii additis iisdem Scheferi notis, Lips. 1666. 8. & cum Mentelii conjecturis, Hadr. Valesii & Jo. Christoph. Vvagenfeilii dissertationibus Epistolicis & aliorum judiciis ad Christoph. Arnoldum, Norimb. 1667. 8. Denique fragmentum Tragurianum prioribus ante editis suo loco insertum cum selectis variorum commentariis vul-

(r) Vide Jacobi Sponii Itinerarium in Græciam &c. parte 1. fol. 20. b. versionis Germanicæ, & librum alio auctore editum Norimbergæ 1718. 8. cui titulus: Ulter und never Staat bes Ronigreichs Dalmatien. T. 2. p. 139.

(f) Cl. Vvagenfeilius ab eo tempore non pœnituit judicii sui, uti patet ex synopsis Historiæ universalis parte 2. p. 181. Tom. IV. peræ librorum juvenilium superiore anno vulgatæ, ubi probat vir doctissimus Joh. Lud. Praschii sententiam allatam ex ejus roseto sive præceptis styli latini, qua tamquam barbarum & absurdum rejicitur illud fragmentum. Cum Vvagenfeilio fecisse etiam Jo. Frid. Gronovium narrat vir Cl. Vincentius Placcius in Pseudonymorum catalogo p. 267. qui haud obscure innuit se quoque de fragmento illo an genuinum sit addubitare.

gatum est a *Michaele Hadrianide* Amst. 1669. 8. quæ elegantissima præstantissimaque hætenus est Petronii editio, additis etiam variorum auctorum Poematis eroticis, aliisque, quæ, ut dixi infra, recensentur. Hadr. Valesii & Joh. Christoph. Vvagenfeilii sententiæ, qui illud (t) pro supposito habuerunt, subscribit Franciscus Vavassor lib. 2. Epigrammate 81. seq. ad Ludovicum Borbonium, Principem Condeum:

*Assuitur compti Satyris male cento Petroni,  
Nec fraudem, Princeps ingeniose, vides?  
Hic nihil e Latio, nihil almas spirat Athenas &c.  
Fragmentum ne crede; duplex Petronius est hic,  
Advena Romano Dalmata servus hero est.  
Iste sonum & linguam nunc primum discit herilem.  
Incipit iste aliquid jam latiale loqui.*

*Proficiet, spes est &c.*

Apologiam, qua Petronio fragmentum illud asseritur, *Stephano Gradio* Vaticanæ tunc Bibliothecæ præfecto tribuunt Samuel Tennulius ad Frontinum p. 339. & Theodorus Rycquius ad Taciti XVI. 19. Annal. Sed illam *Petri Petiti* esse ex Nicasio notavi. In Ephemeridibus litterariis Romæ A. 1668. pag. 106. a Francisco Nazario relatum memini de codice illo MS. ex quo dictum fragmentum expressum est, eum videri scriptum ante 300. annos, & in Bibl. Vaticana extare librum alium manu exaratum Petrarchæ, qui cum hoc tum chartæ genere & forma, tum caractere litterarum ex asse conveniat, ut ab omni fraudis suspitione editor certe sit absolvendus. Confer Valer. Chimentellum de honore bisellii pag. 119. & Joh. Mabillonium T. Musei Italici p. 202. seq. \* In iisdem Ephemeridibus litterariis Romæ A. 1670. 4. vulgatis pag. 31. laudatur Statilii Apologia (u) pro γνησιότητι fragmenti Petroniani Traguriensis. Equidem jam plerique eruditorum fragmentum illud Petronium agnoscere auctorem haud ambigunt, licet notant hunc in eo de industria quædam purida, & affectata ac sordida inseruisse, digna nempe personis, quas loquentes inducit. Notis *Jo. Scheferi* addendum supplementum, quod exstat inter ejus Miscellanea sive lectiones

(t) Confer Ephemerides Paris. A. 1666. Ephemeride 15.

(u) Exstat post Petronium Burmanni p. 324.



nes Academicas, vulgatas Hamburgi 1675. 8. Auctoritatem Petronii in aliquibus deprimit, & in dubium vocat Godfridus Hechtius diss. de voce *inpraesentiarum*, Witteb. 1709. ob locutiones quasdam male, ut illi quidem videntur, latinas. Sed ut a Christiano Schœtgenio probe animadversum est, cogitare poterat, Petronium præcipue in fragmento Traguriano exagitare Trimalcionem, & alios, qui isto more sunt locuti. Adeoque non Petronii habenda illa sunt, sed eorum, quos eo ipso nomine deridet.

Editio Petronii nitida & elegans, quam cum selectis variorum commentariis adornavit Michael Hadrianides, Amst. 1669. 8. recusa ibid. 1687. 8. Denique luculentam, accuratam & præstantissimam novissime dedit sæpe jam laudatus mihi Vir ingenii, & doctrinæ laude florentissimus Petrus Burmannus, Ultrajecti 1709. 4. in qua contextus scriptoris emendate descriptus, & in capita distinctus singulis paginis substrata habet integra virorum doctorum plerorumque commentaria: & notas antea ineditas Nicolai Heinsii & Guil. Goëssii, & frequentes ac pereruditas, ad Tragurianum præcipue fragmentum, ipsius Burmanni. Subjecta deinde volumini præcidanea Jani Doussæ, & Gonsalii de Salas commentarius, variorumque ex prioribus editionibus præfationes, & de fragmento Traguriano dissertationes atque Epistolæ, & Siren latina, sive locupletissimus index vocum Petronianarum. Gallice Petronius cum notis ad loca difficilia excusus Colon. 1687. 12. Hist. des Ouvrages des Sav. p. 117. Famam, quæ olim increbuerat, Petronii Satyricon plenius, & locupletius exstare apud Muretum, denique fallam deprehensam fuisse leges in Ephemeridibus, Paril. A. 1666. 12. April. Falsum quoque esse existimo quod Scioppius (x) strenuus ille maximorum nominum calumniator narrat a Baudio Parisiis dæmonem de thesauris reconditis consultum, inprimisque de Petronio, utrum is alicubi integer exstaret. Quamquam Leo quoque Allatius inter alia, quæ de eruditis Dæmonem consulentibus in limine libri de patria Homeri congeffit, meminit etiam nescio cuius, qui nesciis sacris ex impuro spiritu sit sciscitatus, utrum Petronius, & ubi integer superesset?

(x) In Amphotidibus Scioppianis p. 116.

IV. Nostris quidem temporibus fuit, qui Petronium *integrum* ex codice Anno 1688. Albæ Græcæ reperto edere se fuit professus, Franciscus Nodotus Parisiis, ac mox Roterd. 1693. 8. Equidem assentior viris eruditissimis, qui fraudem nimis apertam esse observant, cuius sententiæ auctores sunt celeberrimus Leibnitzius in litteris ad W. E. Tentzelium, & Joh. Frid. Cramerus in Vindiciis nominis Germanici contra quosdam obtrectatores Gallos, Jac. Perizonius in Curtio vindicato pag. 53. seq. Rich. Bentleyi diss. Anglice scripta de Epistolis Phalaridis p. 10. & auctor Observationum in Petronium Albæ Græcæ repertum Gallico idiomate (y) editarum Paril. 1694. 12. Equidem auctori Observationum respondit Nodotus in Anti-Critica Petroniana (z) itidem Gallice vulgata, sed ingenii plus prodidit in castigando adversario suo, quam pro tuendo pseudo Petronio suo iudicii vel solidorum argumentorum. Etiam vir doctus, qui cum vita Petronii & Gallica versione elegantissima ac clavi verborum omnium, quæ sub fictis illis personis Satyricus perstrinxerit, satyram, qualis a Nodoto edita fuerat, vulgari curavit Paril. 1694. 8. quin tota genuina sit, ne dubitat quidem. Sed erunt haud dubie, qui dicent vel Nodotum ipsum vel Nodoti amicum hunc laborem in se suscepisse, quo majorem novo fœtui gratiam auctoritatemque conciliaret. Petronium Nodotianum merito ut subdititium rejicit Burmannus in præfat. & in notis pag. 92. 217. 316. &c. adeoque nullam illius in sua editione habuit rationem. De iisdem Nodotianis supplementis Petrus Francius:

*Salve nec latio libelle naso,  
Nec lingua facili, nec elegante,  
Nec sane nimis Attici saporis,  
Proles patris imaginosa Galli.  
Tu te ludere credis & joculari  
Romano sale, Gratiis Latinis?*

Tun'

(y) Titulus libri: *le tombeau du faux Petrone du Belgrade.*

(z) Integer titulus ita se habet: *la Contre Critique de Petrone, ou responce aux observations sur les fragmens trouvez a Belgrade en 1638. avec la responce a la lettre sur l'ouvrage & la personne de Petrone a Paris 1700. 8.* Auctor ipse sibi promittit, quod lectores, qui Petronii studio ducuntur, in hoc libro cum voluptate contemplaturi sunt *le triomphe des nouveaux fragmens.*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



XXIV

propterea aliquibus abjiciendus esse videretur. De Persii, Lycophronis Latini (*bb*) patria Augustinus Oldoinus in Athenæo Ligustico p. 80. seq.

II. Ut hodie illustratus est Persius, etiam a mediocriter doctis legi & intelligi potest. Cum vero multorum industria in eo interpretando versata fuerit, præter ceteros, optime de hoc satyrico meruisse dicendus *Petrus Pithæus*, qui *vetera Scholia* (*ii*) utilissima in Persium ex veteri codice cum notis suis publicavit Paris. 1584. 1590. 8. Heidelberg. 1610. 8. tum *Isaacus Casaubonus*, cujus eruditiss. atque uti Josepho Scaligero videbatur divinus commentarius additis antiquis scholiis vulgatus est Paris. 1605. 1615. & auctior Londini 1647. 8.

Ex reliquis Persii editionibus hæc mihi in-

ab Ovidio, Horatius a Persio *vaser* dicitur, Lucretius a Lucano *difficilis*. Confer Bælii Lexicon in Persio, quem propter singularem carminum obscuritatem non dubitat Latinorum Lycophronem appellare. Neque ignotum est, quod passim narratur de S. Hieronymo, qui non capiens ejus tenebras *intellecturis ignibus ille dedit*, abjectoque libro, *si non vis intelligi*, inquit, *non debes legi*. Minus præclare de Persio sentit Vavassor libro de ludicra dictione pag. 239. seq.

(*bb*) Giornale de' letterati d' Italia Tom. VIII. pag. 76.

(*ii*) Scholia antiqua ante Pithæum ediderat Rob. Stephanus 1549. 8. Locupletiora Elias Vinetus Pictavii 1563. 4. sed magis selecta sunt, quæ Jos. Scaligeri Eclogario ex MSS. P. Pithæus vulgavit. Neque hæc tamen, neque illa qualia hodie existant, vel *Cornutum* vel *Probum* habent auctorem, sed ex diversæ ætatis, & eruditionis interpretum notis sunt conflata. Christiani scriptoris non esse probat Pithæus ex iis, quæ ad sat. 5. v. 183. leguntur. H. Ernestius lib. 1. c. 7. Obs. fide codicis antiqui Mediolanensis tribuere ea non dubitat *Helenio Acroni*, quod nec Vincentio Placcio improbable videtur p. 179. catalogi Pseudonymorum. At longe abest, ut credam viris doctis in mentem venisse integra, & sincera Acronis in Persium commentaria scholiis illis contineri. Janus Parrhasius p. 15. Epist. ait se alios genuinos *Probi* commentarios in primam Persii satyram manu exaratos legisse longe majori cura ac ingenio compositos. Alia scholia vetera in Persium profert Barthius lib. 56. c. 2. lib. 11. c. 27. Adversar. Scholiastes Persii Barthio p. 129. ad Claudianum videtur esse *Cornutus* Grammaticus, (cujus in Virgilium a Gellio, Charisio, Servio allegatur,) sed interpolatus ad sequiorum temporum captum atque usum. *Helenio Acroni* scholia illa tribuit Jo. Rhodius pag. 133. ad Scribonium Largum. Ex locupletiore Bonav. Vulcanii Codice quædam producit Paulus Merula ad fragmenta Ennii p. 67. referens & ipse scholia illa ad *Annejum Cornutum*. In Bibliotheca Goldasti fuit vetus Persii interpretis *Sabius Janens* MS. in membrana. Vide Erhardum, sive ipsum potius Goldastum, limine notarum ad Petronium.

notuerunt: Lovaniensis 1475. fol. per Joannem de Vvestphalio *arte quadam characterisandi modernissima*. Et Mediolanensis 1476. fol. per Anton. Zarottum; Daventriensis A. 1482. fol. In Ephemeridibus litterariis Germanicis Lips. 1710. pag. 899. reprehenditur Georgius Nicolaus Kriegk, quod pag. ultima diss. de Persio Jen. 1701. editæ scripsit Augustum gloriosæ memoriæ Ducem Brunsvincensem adhuc juvenem nomine suo dissimulato edidisse *ἀνεκδότους* antea *Bartol. Fontii* notas in Persium. Illam editionem haud vidi. Sed idem ante Kriegkium tradiderat Conringius de Bibl. Augusta pag. 86. & Codicem Guelpherbytanum Commentarii Fontiani dignum editione laudat Struvius introduct. in Hist. literar. p. 137. Cæterum haud dubie Persius, Fontii notis illustratus ducentis fere annis ante prodierat, ut Venetiis 1482. fol. per Baptistam de Tortis, & anno eodem atque eadem in urbe per Renaldum de Noviomago Theutonicum: atque iterum 1484. 1495. & apud Petrum Joannem de Quarengis 1492. fol. in qua editione Persius cum commentario *Fontii* & *Jo. Britannici*, Brixiani, extat, Juvenalis vero cum commentario Georgii Vallæ & Domitii Calderini. Persius cum notis Jo. Britannici prodierat Brixia 1486. fol. typis Jacobi Britannici Brixiani. In iisdem Ephemeridibus laudantur Variæ lectiones Persii & Juvenalis ex Codice MS. illustris Gersdorfæ; atque in Persii Sat. 1. & 2. *Lud. Cendræ* annotationes MSS. in Bibl. Rhedigeriana. *Cantalycii* circa A. C. 1472. clari commentarius in Persium Francisco Marizæ Episcopo Viterbiensi dicatus, nescio an editus, memoratur a Labbeo Bibl. nov. MSS. pag. 68.

Persius sine notis apud Aldum A. 1501. 8. cum Juvenali; Lipsiæ 1507. fol. & sine anni nota in 4. Editio Persii Parisiensis Paris. 1523. fol. per Jodocum Badium Ascensum, additas habet præter ejusdem Badii notas *Jo. Baptiste Plautii*, *Jo. Britannici*, *Ælii Antonii Nebriffensis*, *Jo. Murelii*, Ruremundensis, & *L. Jo. Scoppæ*. Cum notis *Nebriffensis* (*a*) prodit etiam Persius Paris. 1527. 8. apud Rob. Stephanum, & Lucronii in Hispania 1529. 8.  
Per-

(*kk*) De hoc Nebriffensi fusc Nic. Antonius Bibl. Hisp. Tom. 1. in *Antonius de Lebriza*.



Perſius apud Sim. Colineum. Lugd. 1528. 8. Cum ſcholiis *Joannis Murmelii Ruremundani* & *Herm. Buſchii*, Pariſ. 1531. & 1538. 4. & apud Chriſtianum Wechel 1533. 8. item Magdeburgi 1537. Cum *Plautii, Cornuti, Britonis* ſive *Britannici Brixiani & Fontii* commentariis *Auguſtæ Vindel.* 1544. fol. Prodiit & *Perſius cum Juvenali Venet.* 1530. 12. 1535. 8. apud *Bernardinum Stagninum*; Lugd. 1534. 8. ap. *Gryph. & Pariſ. apud Rob. Stephanum* 1544. 8. Cum notis *Jo. Murmelii, & Eraſmi Colon.* 1538. 8. *Baſileæ* 1551. fol. cum notis *Badii, Britannici, Murmelii, L. Joannis Scoppe, Jo. Baptiſtæ Plautii, Ælii Antonii Nebriffenſis, & Cælii Secundi Curionis.* In hac tamen editione notæ *Nebriffenſis* non ſunt integre.

*Perſius cum Antonii Foquelini* commentario *Pariſ.* 1555. 4. Cum ſcholiis antiquis & commentario *Elie Vineti* *Pictav.* 1563. 4. *Juvenalis & Perſius cum notis Theod. Pulmanni* *Antvv.* 1565. 8. *Nicodemi Friſchlini* *Paraphraſis Baſil.* 1582. 4. *Francof.* 1596. 4. *Feder. Ceruti* *paraphraſin, Venet.* 1597. 8. editam, notasque *Phil. Engelberti* *Baſil.* 1580. 4. & *Theod. Marcilii* *Pariſ.* 1600. 8. *Lipenius* commemorat editionem *Perſii Amſtelodamenſem* *A.* 1595. 8. cum *paraphraſi & notis Eilhardi Lubini.* *Crenius* parte III. *animadverſ.* p. 17. & *Bibliotheca Bultelliana* p. 403. *Steph. Claverius*, qui in *Martialem & Claudianum* ſcripſit, *Perſium* quoque *illuſtravit* *Pariſ. A.* 1607. 8. de quo vide *Barthium* ad *Statium T.* 1. p. 432. Cum *Ecphraſi ſive paraphraſi & ſcholiis Franciſci Sanctii, Brocenſis, Salmanticæ* 1599. 8. *Perſius cum notis Vineti, Petri Pithæi, Theod. Marcilii, Jo. Tornupæi, & ſcholiis veteribus Cornuti, ſive quicumque illorum eſt auctor, Pariſ.* 1601. 4. apud *Morell.* Cum notis & *paraphraſi Eilhard. Lubini* *Hanov.* 1607. 8. & 1619. Cum notis poſtumis *Jo. Bond.* *Lond.* 1614. 8. *Norimb.* 1625. *Pariſ.* 1644. 8. & *Amſtel.* 1645. 12. Cum notis *Th. Farnabii* *Lond.* 1612. 8. *Francof.* 1623. 8. *Amſt.* 1634. 1648. 12.

*Juvenalis & Perſius* ex *reconfione Nic. Rigaltii* *Pariſ.* 1616. 12. *Aſterii Manlii* in 1. & 2. *Perſii Satyram* *Commentarii & notæ Parmæ* 1621. 4. *Juvenalis & Perſius* typis *Regiis* nitide excuſus *Pariſ.* fol. *Perſius* cum *commentario Dav. Wedderburni* *Scoti, Abredonenſis, Amſt.* 1664. 12. *Paraphraſin & commentarium Dav. Wedderburni* in *Perſium*, poſt aucto-

ris mortem edidit *frater Alexander Vvedderburnus, Amſtelod.* 1664. 12.

Editioni *Juvenalis & Perſii Friburgenſi* *Anno* 1608. 4. *Joſephus Langius* *indicem omnium vocabulorum* adjecit, qui deinde ſervatus in *edit. Genev.* 1612. forma minore, & a *Lud. Prateo*, a quo iidem auctores in uſum *Delphini vulgati* ſunt *Pariſ.* 1684. 4. *Juvenalis & Perſius* ex *Lud. Pratei* editione in uſum *Delphini* *recuſus Lond.* 1691. 1699. 8. His adde editiones *Juvenalis, & Perſii* cum notis *variorum Lugdunenſem* *Bat.* 1648. 1671. & *utraque meliorem eodemque omnium verborum indice auctam Amſtelodamenſem* *A.* 1684. 8. in quibus itidem *vetus ſcholiaſtes* occurrit, ſed aliquando, ut in *prologo* ſtatim, *mancus* cum a *Pithæo* plenior editus fuiſſet, *cujus annotationes quoque neglectas* miror. *Præclara denique editio* cum *Vett. ſcholiis integris, notis H. Caſauboni &c.* *Lugd. Bat.* 1697. 4. *adjuncta Juvenali Henniniano.* De notis *variorum* quæ ſunt ex *doctorem commentariis* a *Corn. Schrevelio* aliisque excerptæ *interpretationes, nemini ignotæ eſſe poſſunt eruditorum querelæ, quibus diſplicent, qui nescio quibus agitati Bacchicis furoribus quoſvis doctorem labores in pannuceos centunculos ſine nomine ſine judicio ſine miſeratione dilacerant, & dein miſerabiles ſuas quiſquiliis invidendo, & ſplendido variorum titulo oſtentant,* ut ait ad *Juvenalem* *V. C. Henr. Chriſtianus Henninius.* Neque tamen hoc æque de omnibus promiſcue dicendum: & qui *integras doctorem notas ſine modo accumulanti,* forte rem ex *vero* putantibus ſæpe melius de auctorem notarum, vel *typographis ac bibliopolis,* quam de *lectoribus* eadem crebrius & ſæpe parum ad rem *facientia* inculcari ægre ferentibus *meriti poterunt videri.* Denique *Juvenalis & Perſius* prodierunt cum *interpretatione ac notis Joſephi Juvenci e S. J. Rothom.* 1697. 12.; & ex *reconfione Michaelis Maittaire,* *Lond.* 1716. 12. *additis Variis Lectio-nibus editionum quarundam antiquiorum, quæ Annum 1500. antecellere.*

\* *Prologum Perſii Græca* *Metaphraſi* donavit præter *Joſephum Scaligerum* *Dionyſius Petavius* *lib. 2. Epift. 29.* *Gemma Bacchanalis,* *cujus icon* exſtat in *fronte commentariorum* *H. Caſauboni* ad *Perſium,* *illuſtratur* ab eodem *Caſaubono* in *libro de Satyra, & pulcherrimis imitationibus clariffimæ artificis Hajæ (Madame le Hay)* *locum* dedit. Vide *Memo-*  
d rias



rias Trevoltinas A. 1717. pag. 1580. seq.

*Gallice* ut antiquam Metaphrasim Abelis Foulonii Paris. 1514. editam omittam, vertentur Persium Quercetanus, Paris. 1607. 8. Marollesius ib. 1653. 8. Sylvecanus, additis notis ib. 1693. 12. & carmine liberiore nuper, latinis ex adverso positis vulgavit Nobilius. *Satires du Perse* traduites en vers François, & accommodées au goût présent par Mr. Noble, Amst. 1706, 8. Cum Profaria luculenta paraphrasi Tarteroni Persius, & Juvenalis sæpius prodiit, & est mihi ad manus editio Paris. 1706. 12. *Italice* post Jo. Antonii Vallini expositionem, *le oscurissime satire di Persio con la chiarissima sposizione di Giovanni Antonio Vallone*, Neapoli 1576. 8. & post Metaphrasim Francisci Stellari cum commentariis editam Romæ 1630. 5. Amst. 1706. 8. novissime Camillus Sylvester (a) Nobilis Rhodiginus satyras Juvenalis, & Persii Hetrusco carmine expressas cum notis, & dissertationibus antiquitates varias illustrantibus prælo subjecit Patav. 1711. 4. Nam metaphrasin eruditissimi Viri, Antonii Mariæ Salvini (b) adhuc desideramus: *Anglice* cum commentario Juvenalem, & Persium edidit Bartenius Holyday, Oxon. 1616. 8. 1673. fol. Et ante paucos annos prodiit Persius ex Metaphrasi præstantissimorum poetarum Diepneyi, Drydenii, Creechi & Congrevii, cum notis, & dissertatione de natura origine ac progressu Satyræ. *Germanice* Metaphrasis Jo. Samuelis Adami lucem vidit Dresdæ 1674. 8. qui in præf. etiam prælectionum ineditarum Frid. Rappolti in Juvenalem & Persium meminit. *Hispanica* Didaci Lopez Valentini Burgis 1609. 8. Versiorem quoque Bartholomæi Melgareji, sed ineditam memorat Nic. Antonius.

## DE SULPICIA.

**S**ulpicia *Poetriæ Satyra* sive Ecloga de edito Domitiani quo Philosophos urbe exegit, Pithæus in Collectione Poematum, pag. 247. Hæc cum Pithæi notis etiam subiecta Juvenali, quem cum Veterum Scholiis

(a) Journal des Savans 1713. Aout. p. 231.

(b) Giornale de' letterati d' Italia Tom. XIV. pag. 133.

Variorumque notis edidit Corn. Schrevelius: & a Mich. Hadrianide cum Jani Doufæ patris commentario exhibita ad calcem Petronii Arbitri, ut infinitas alias editiones jam omittam: Ceterum fuerunt, qui hanc Eclogam perperam dicerent esse Aufonii. Vide Barthium lib. 19. cap. 16. Adversariorum, Jul. Cæs. Scaligerum in hypercritico, & Janum Brouckhusium pag. 384. ad Tibullum & 402. Prodiit etiam ex Georgii Merulæ recensione Argentorat. 1509. 4. cum Georgii & Tiphernatis & aliorum carminibus.

## DE TARENTIANO MAURO.

**T**arentiani Mauri (c), de litteris, syllabis, pedibus & metris carmen ad Bassinum filium & generum Novatemum (vide v. 278.) omni elegantiarum genere conditum & amabili quadam ingenii amœnitate temperatum, vario poematis genere. Incertum utrum hic sit Posthumius Terentianus, cui Longinus dicitur librum suum aureolum de sublimi dictione, vel quem Syenes (d) in Ægypto præfectum celebrat Martialis lib. 1. Epigr. 87. Etsi utrumque videtur Vossio lib. de Poetis Latinis. Equidem si Septimius Poeta, cujus plus simplice vice Terentianus meminit, idem sit cum Septimio Severo, ad quem exstat carmen Lyricum in quarto Sylvarum Statii, (ita persuasum Gyrardo dial. X. de poetis) Martialis ætati propiorem oportet esse Terentianum: non diu enim post hunc Septimium scripsisse se duobus locis significat:

*Dulcis Septimius qui scripsit opuscula nuper,  
Atque iterum:*

*Nemo tamen culpet, si sumo exempla novella,  
Nam melius nostri servarunt metra minores,  
Septimius docuit quo ruris opuscula libro  
Cæterum Carmen illud Terentiani sæpius prodiit*

(c) Carthaginensem esse negat T. Faber ad Longin. Maurum Patria se ipse fuisse docet p. 87. edit. Brissæi:

*Maurus item quantos posui cognoscere Grajos?*

(d) Sane in fronte editionis Parisiensis ap. Simonem Colineum A. 1531. 4. cum notis Nic. Brissæi Montivillarii dicitur *Terentianus Maurus Niliacæ Syenes præfectus*.



dicit tum seorsim tum in corpore Poetarum. Exstat etiam cum Scholiis Nicolai Brissæi, Jacobi Petrevini &c. Prima Terentiani editio cum Aufonio lucem adspexit Mediolani A. 1497. fol. emendavit post Georgium Merulam, Janum Parrhasium & Nic. Brissæum, Jacobus Micyllus Francof. 1584. 8. Terentiani Mauri meminit S. Augustinus VI. 2. de Civitate DEI: *Iste igitur vir tam insignis excellentisque peritiae, & quod de illo etiam Terentianus elegantissimo versiculo breviter ait, Vir doctissimus usquequaque Varro.* Idem libro de utilitate credendi cap. 17. *Nulla imbutus poetica disciplina, Terentianum Maurum sine magistro attingere non auderes. Asper, Cornutus, Donatus & alii innumerabiles requiruntur, ut quilibet Poeta possit intelligi.* Mentio etiam apud Ennodium lib. VIII. Epist. 29. & apud Victorinum libro tertio de metris, qui Terentiani vestigiis libenter insistit, p. 2578. pro Anniano legendum *Terentianus*, ex quo etiam Septimii Sereni illud affert:

*Quando flagella ligas ita liga,  
Vitis & ulmus uti simul eant.*

Apud Terentianum est, *quando flagella jugas, ita juga*, quod perplacet. Citatur etiam Terentianus Maurus de literis a Rabano Mauro de arte Grammatica Tom. 1. pag. 39. Primus ejus librum in Bobiensi monasterio A. 1494. reperit (e) Georgius Merula, ediditque Mediolani 1497. fol. per Uldericum Schinzenzeler: Hieronymo Commelino autem debetur editio Heidelbergensis 1584. 8. ex officina Sanctandreaana, quam Putschius est secutus, junctos habens cum brevibus Commelini notis, *Marii Victorini* quatuor libros de quibus dixi supra & *Servii* de pedibus versuum, accentibus & quantitate Syllabarum libros duos.



## DE PALLADIO.

I. **P**alladius (f) Rutilius Taurus (Volaterano Scaurus) Æmilianus Vir illustris

(e) Giornale de' letterati d' Italia Tom. 17. pag. 304. infra p. 475.

(f) Æmilianum inter auctores probabiles rei Geographicæ

& Græce doctus patria ut videtur Romanus, etsi fundorum suorum in Sardinia in territorio Neapolitano meminit lib. 4. pag. 578. edit. Commelin. scripsit post Apulejum, cujus testimonio semel utitur; non itaque sub Hadriano, ut perperam affirmat Lud. Vives libro tertio operis doctissimi de tradendis disciplinis. Scripsit inquam, dictione simplici nec ineleganti tamen, *De re Rusticæ libros XIV.* quorum primus præcepta rei Rusticæ varia complectitur, secundus ulque ad tertium decimum singulis libris singulorum mensium operas explicat, initium faciens a Januario. Ultimus denique ad *Pasiphilum*, quem virum doctissimum vocat, & cui superiores quoque inscripsit libros, agit de insitione, versibus Hexametris & Pentametris. Priores libri tredecim, ut ipsius auctoris verbis utar, sunt.

*Nec stricti numeris, nec Apollinis amne fluentes.* Prodiit hoc agricolare Palladii opus sæpius cum Aldi Manutii commentario de dierum generibus apud Palladium, & cum Catonis, Varronis, & Columellæ scriptis ejusdem argumenti & castigatum est a Petro Victorio at-

d 2

que

gicæ laudat Cassiodorus c. 28. divin. lectio. Memoratur etiam Isidoro Hispalensi XVII. 1. Originum. Ceterum notior est hic scriptor prænomine, uti Mactobius & pauci quidam alii: ac utique diversus esse videtur a Palladio Rhetore, qui frater a Symmacho dicitur, & cujus pompam atque sacundiam celebrat idem Symmachus atque Sidonius Apollinaris lib. 5. Ep. 10. Fuit etiam Palladius Medicus Alexandrinus Galeno junior qui Græce scripsit in quosdam libros Hippocratis. Alius Palladius Sophista Methonæus Palladii filius sub Constantino Imp. celebris teste Suida qui scripta ejus commemorat. Alius Palladius vitæ Chrysostomi & Historiæ Lausiacæ scriptor, ad quem haud dubie referendus liber de Gentibus Indiæ & Braehmanibus, quem sub Palladii nomine vulgavit Eduardus Bissæus, & sine auctoris nomine ante Bissæum, quod hunc fugit, Joachimus Camerarius ὁ πᾶνν in libello Gnomico de quo dixi lib. 2. Bibl. Græcæ cap. 11. §. 6. Omitto Palladium cujus Epistola ad Epiphanium Ancorato Epiphani præmittitur. Fuit & Palladius quidam cætor Theodosii Junioris, cujus meminit Socrates lib. 7. c. 19. &c. Nostrum porro de quo jam agimus Palladium ab aliis *Paludium*, ab aliis *Rutilium Palladianum* dictum reperio. Plures Tauri nomine claros refert Colomesius p. 240. Opuſc. Apud Labbeum vero p. 198. Bibliothecæ novæ MSS. vitiose ni fallor nosſer vocatur Palladius Rutilius Paulus Æmilii, V. I. Palladios alios ultra quinquaginta recensui libro V. Bibl. Græcæ cap. 32. Volum. IX. pag. 10. seq. ubi de Palladio, Græco Historiæ Lausiacæ scriptotē.



XXVIII

que Hieronymo Commelino, illustratum a Philippo Beroaldo. Vide quæ supra annotavi. Palladius & Columella Germanice per Theodorum Majum Magdeb. 1621. fol. Incertum cuiquam Pasiphilo libros suos inscribat Palladius. Pasiphili Philosophi, qui A. C. 371. sub Valente tortus, mentio apud Ammian. XXIX. 1. Ad Pasiphilum est Lib. 8. Cod. Theodof. de Jurisdictione, Olybrio & Probrino Cofs. A. C. 395. Epistola quæ libro decimo subjicitur, toti operi præmittenda est, ut pulchre notavit V. C. Joannes Conradus Schwartz, cui novam Palladii editionem libenter debebimus. Vide ejus Epistolam ad Virum nobiliss. Godfridum Thomassium insertam Actis Eruditorum Germanice editis Tom. 2. p. 342. seq. Sic notum est in antiquis Gellii editionibus Epistolam, quam toti operi Gellius promiserat, ad calcem rejectam legi. Commeliniana Palladii editio cum MS. collata exstat in Bibl. Leidensi. Indicem scriptorum a Palladio & aliis scriptoribus rei rusticæ laudatorum dedi supra ad lib. 1. c. 2. ubi etiam de variis editionibus. Gallicam Palladii versionem a Joh. Darcio compositam editamque Paris. 1553. 8. ap. Mich. Vasosanum memorat Crucimanius Bibl. Gall. pag. 491. & Catalogus Bibl. Bigotianæ p. 138.



DE SERENO SAMMONICO.

**Q** (g) Serenus Sammonicus pater Sereni Sammonici, qui Gordiano juniore præceptor fuit (h) ipse clarus sub Septimio Severo & Antonino Caracalla, a quo po-

(g) Quinti prænomen non repetio ap. Spartianum, Macrobius, aliove veteres, qui Sammonici meminere.

(h) Filium cum Patre confundit Riccobonus in ejus vita, Gyraldus Dial. 4. de Poetis & alii. A Septimio Sereno distinguendum monet Sidonius Epistola ad Polemium carmini 13. subjecta, & Sammonicum in Epist. ad Pontium Leontium quæ subjicitur carmini 21. peritissimis conditoribus Matheleos annumerat, nisi pro Sammonicum Saturninum legendum Fal-

lonium

stremo in cœna (i) interemptus perit. Vir inter sæculi sui doctissimos ingentem reliquit Bibliothecam voluminum 62000. quam filius Gordiano juniore dono dedit. A Septimio Sereno distinguendum Sammonicum monet Sidonius Epistola ad Polemium, carmini XIII. subjecta. Idem Sammonicum inter Matheleos peritissimos conditores laudat cum Firmico & Saturnino: atque alibi cum Varrone, Censorinoque.

II. Ex variis ejus scriptis, Physici, Mathematici & Philologici argumenti, solum ad nos pervenit *carmen Heroicum præcepta de medicina parvo pretio parabili* ad curandos præcipuos humani corporis morbos, complexum. In his superstitionosa nonnulla ex more illius ætatis occurrunt, quale est quod conum *Abracadabra* (k) chartæ inscriptum hemitritæo depellendo valere ait, plura forte transcribens quam credens. Etsi ejus usum plurimorum se probatione & eventu probasse affirmat Thomas Bartholinus (l) libro de Medicis Poetis. Confer de illo Amuleto præter Rob. Keuchenium in commentario ad Serenum, Jacobi Wolfi Scrutinium

*lonium Saturninum* ut in MS. Jo. Savaro reperit. Pseudo Luitprandi de Q. Sereno Sammonico, Hispano, si Diis placet, e Samone Gallæciæ opido, tum Christiano, denique Martyre commenta explosa ubi lubebit videbis a Nic. Antonio lib. 1. Bibl. Veteris Hispanæ c. 20. p. 94. seq.

(i) Spartianus in Caracalla p. 243.

(k) Colomeus Misc. Historic. pag. 94. *Les Juifs modernes au rapport du Buxtorfe le fils dans sa Synagogue chap. 45. disent que pour chasser le fièvre quarte il ne faut que prononcer le mot Abracalan, en diminuant toujours d' une lettre. Julius Africanus dans son grand ouvrage intitulé νεστοι qui se trouve Manuscrit dans la Bibliothèque du Roy d' Espagne & Serenus Sammonicus dans son poeme de Medicina attribuent le meme effet au mot Abracadabra ainsi prononcé. Il se peut faire que les Juifs ayent tiré leur recette de l' un de ces deux auteurs.*

(l) *Vulgatus hemitritæo depellendo conus plurimorum observatione & eventu se probavit, etsi rationem ignoremus. Vide profuisse in febribus (idem jactatum memorat sed explodit Lucianus in Philopseude) etiam sine superstitione collo appensum, addito solo cornu cervino, cujus appensi tanta potentia Constantino Casari Geopon. lib. 16. cap. 1. 3. ut nec boves nec equi possint egrotare. Hactenus Bartholinus. Similia jactant Talmudici de suo Schabiri. Confer Buxtorfi Lexicon, & clarissimi Collegæ mei Georgii Eliseris Edzardi præf. ad Avoda Sara pag. 25. Alia hujusmodi dabunt Balth. Bonifacius Hist. ludicæ XIV. 5. & Jo. Christianus Fromannus libro de fascinatione p. 25. & 30.*



tinium Amuletorum, diatribam singularem Medici ac Philologici præstantissimi Georgii Franci de Franckenau & Doctorem meum Thomam Ittigium de Hæresiarchis Apostolicæ atque Apostolis proximæ ætatis pag. 103. 104.

III. Carmen Sereni extrema parte truncum esse videtur, itaque pedibus eo in sententiam Roberti Constantini, qui versus in calce libri Marcelli Empirici de medicamentis, conjectura minime absurda sed verisimillima habet pro peroratione poematis Sereniani.

IV. Editum Sereni carmen est Venetiis Anno 1488. cum Arato, Avieno &c. fol. Deinde Venet. 1502. 4. & 1528. 4. apud Aldum cum Celso, quæ editio cum notis MSS. fuit in Bibl. celeberrimi Almeloovenii. Haganoæ 1528. 8. Ab eo tempore sæpissime, ut Patav. 1563. 8. Venet. 1566. 8. & Lugd. 1554. 12. quam editionem habeo Josephi Scaligeri emendationibus nonnullis MSS. ornatam. Teneo & varias lectiones codicis MS. membranacei Paderbornensis 400. fere annorum, quem A. 1683. contulit Marquardus Gudius. In Sammonico, quoniam pluries olim descriptus est & interpolatus, incredibilem lectionum varietatem offerunt MSti Codices, teste Rittershusio ad Oppianum, & Barthio XXVI. 27. Adversar. MS. Francisci Barberini laudat Joannes Rhodius p. 61. ad Scribonium.

Prodiit & Sereni carmen inter Medicos veteres Aldi Venet. 1547. fol. & H. Stephani, Paris. 1567. fol. atque inter Poemata antiqua a P. Pithæo recensita & cum notis edita. Tum Tiguri 1540. 4. 1581. 4. cum commentario Gabrielis Humelbergii, & Basil. 1571. 8. cum G. Piætorii scholiis. Et in Corporibus Poetarum. Sed omnibus editionibus facile præferenda, quam Robertus Keuchenius ad MS. Codicem castigatam cum locupletissimis notis & commentariis in lucem emisit Amst. 1668. 8. a quo pag. 78. seq. aliæ editiones nonnullæ recensentur. Recusus Keuchenii Serenus ibid. 1706. 8.

V. Ex libro quarto reconditorum Sammonici Sereni Macrobius l. 3. Saturnal. cap. 9. affert carmen, quo Dii antiquo ritu evocabantur, & aliud quo mos fuit devotas fieri civitates. Idem libri ejusdem capite 16. ubi de acipensere loquitur, Sereni verba recitat, quibus post productum Plinii de illo pisce locum, perperam affirmat illum naturæ Bibliothecarium ad usque Trajani Imperatoris ætatem per-

venisse, Majorem Plinium ita confundens cum Junio, ut notatum Scaligero p. 207. ad Euseb. De lege Fannia Sammonici fragmentum existat apud eundem Macrobius lib. 3. c. 17. De morbis magica carminum vi oppugnatis differit etiam Janus Brouckhusius ad Tibullum pag. 99. De Judæorum superstitione per suum *Abrucolos* febri quartanæ medentium, Jo. Henricus Majus vir eruditissimus in recensione Codicum MStorum Hebraicorum Uffenbachianorum p. 323. Vide etiam Cornelium Agrippam occultæ Philosophiæ libro 3. capite 11. Buxtorfii Lexicon Talmudicum pag. 2063. 2320. & celeberrimi Collegæ mei G. Eliseris Edzardi notas ad Avoda Sara cap. 1. p. 265.




## DE NEMESIANO.

**M**Aurelius Olympius Nemesianus Carthaginiensis, Poeta, quem *Halientica*, *Cynegetica* & *Nautica*, sive ut *Casaubonus* legit, *Ixeutica* scripsisse, omnibusque emicuisse coronis illustratum narrat *Flavius Vopiscus*, ubi *Numerianum Cæsarem* cum eo in *Poetica* contendisse refert. Sola supersunt illius *Cynegetica* carmine heroico descripta ad *Carinum* & *Numerianum*, divi fortissima pignora *Cari*. Tum *Eclogæ IV.* Quibus Poematibus non elegantiam tantum & ingenii laudem consecutus est, sed & castigata puraque dictione, præ ceteris se scriptoribus *Afris* commendat. Jam ante annos octingentos in *Scholis* prælegi solitus, ut ex *Hincmaro Rhemensi* observat *Vossius de Poetis Latinis* pag. 53. De Editionibus supra in *Gratio* & mox in *Calpurnio* dixi. *Olympius* & *Nemesianus* memoriæ lapsu vel calami pro *Calpurnio* & *Nemesiano* nominantur in *Jo. Clerici arte Critica* T. I. p. 80. 81. *Hincmarus* Tom. II. p. 481. *auditu & lectione puer scholaris in libro, qui inscribitur Cynegeticon Carthaginiensis Aurelii, didici*; *Nemesianum* innuit, cujus *Cynegetica Cari Imp. liberis Carino* & *Numeriano* inscripta sunt. Alius *Nemesianus* *Episcopus*, ad quem *Epistolæ S. Cypriani, Episcopi Carthaginiensis*. *Nemesiani* & *Calpurnii Bucolica* prodierunt cum commentario *Dominici Guidalotti*, Bonon. 1554. fol. Est etiam ad manus editio antiqua in 4. sine anni locique nota-



notatione, in qua Eclogæ quatuor Nemesiani Calpurnianis septem tamquam octava, nona, decima & undecima ejusdem scriptoris perperam subjiciuntur. De Georgio Logo, cui Gratium, Ovidii Halieutica & Nemesianum debemus, vide Jo. Henelium in Breslographia pag. 7. & in Silesiographia cap. VIII. pag. 116.



## DE CALPURNIO.

**T** Julius Calpurnius, Siculus, ab inopia vexatus, ad eundem Nemesianum, suum ut videtur Patronum, misit Bucolica sive *Eclogas septem*, in quibus Gyraldus dialogo quarto de Poetis ait, facilitatem se & sermonis volubilitatem, sed parum interdum nervi & concinnitatis offendisse. Nescio an idem est Junius sive ut in Palatino Vopisci Codice legi refert Gruterus, Junius Calpurnius dictator memoriæ, cujus de morte Cari Epistolam ad Præfectum urbis datam producit Vopiscus in vita Cari Imperatoris. Diversus a T. Julio Calpurnio Eclogarum scriptore Æmilianus Calpurnius Rosilianus; cujus mentio in vet. inscriptione ap. Thomam Galeum pag. 126. ad Antonini iter Britannicum. Alius item Calpurnius Flaccus Rhetor, de quo supra lib. 2. cap. 15. §. ult. De egestate sua testatur Calpurnius ecloga IV. Musæ suæ etiam indignatus:

*Frangere puer calamos & inanes desere Musas*

*Quid enim tibi fistula reddet*

*Quo tutere famem? certe mea carmina nemo*

*Præterquam scopulis ventosa remurmurat echo.*

Eclogæ Calpurnii Siculi primum Parmæ lucem adspexerunt A. 1478. 4. Prodierunt deinde cum Nemesiani aliorumque Eclogis Florentiæ A. 1504. 8. Itaque Calpurnii & Nemesiani eclogas e Sannazarii codice acceptas esse non memorat Georgius Logus Silesius, ubi docet Nemesiani Gratiique Cynægetica & fragmentum Ovidianorum Halieuticon (quod Nemesiano perperam tribuebat Barthius XLIX. 7. Adversar.) quæ una cum Calpurnii Nemesianique Eclogis vulgavit, Actio Sincero Sannazario nos debere, qui codicem vetustum horum librorum litteris exaratum Longobardicis

ex Gallia (m) attulit, quem deinde Romæ descripsit Joh. Lucretius Æliander Germanus, descriptumque Logo muneris loco dedit, a quo acceptum Paulus Manutius primum excudit Venet. 1534. 8. Prodierunt deinde Augustæ Vindel. eodem anno eademque forma: mox Lugduni, Tiguri, Basileæ &c. Alias editiones, quibus virorum doctorum P. Pithœi, Rob. Tittii, Gasp. Barthii, & Jani Ulitii notæ accesserunt, indicavi supra lib. I. cap. 16. Exstat & Hugolini Martelli Epistola, qua Calpurnii & Nemesiani loca quædam illustrantur Florent. 1590. ut omittam quæ in Calpurnio castigavit Franciscus Modius in Lectionibus antiquis.

Calpurnium Nemesiano castigatiorem esse notat Vossius III. Institut. Poetic. p. 34. Idem paulo post; *Quædam autem alter alteri sublegit. Inter alia apud utrumque legas:*

*Te sine, væ misero mihi, lilia nigra videntur,*

*At tu si venias, (n) & candida lilia fient, Potius autem censeam esse Nemesiani (o), quia Calpurnio is præstitit, suaque Calpurnio misit. Locum Jacobi de Cæsolis lib. IV. de ludo Schacchico, ubi vitiose Scalpurnius pro Calpur-*

*nia*

(m) Hinc constat falli Laurentium Pignorium non ferentem bonos hosce scriptores Galliæ deberi, quando p. 56. Epist. Georgii Logi, quem perperam Gregorium Longum vocat, sollicitat fidem, & illi objicit, quod Franciscus Petrarca jam Calpurnii carmen petiit a Guiljelmo de Pastrengo Veronense lib. 38. Epist. additque velut Logo insultans: *an & tum Calpurnius e Gallia vestra petebatur? Non puto.* Neque vero Calpurnium primum edidisse se, neque ex codice Sannazarii petiitum usquam affirmavit Logus. Recte vero id dixit de Gratio, Ovidii Halieuticis & Cynægetico Nemesiani, de quibus ita Gyraldus dialogo quarto de Poetis: *Sed quod Cynægetica (tum temporis scilicet cum Gyraldus scriberet, adhuc inedita) Gratio scripsit, Ælius Sannazarius mihi aliisque pluribus asseruit & ostendit, cum Neapolim animi gratia ex urbe profecti essemus, sed enim ex Heduarum finibus atque ex Turonibus detulisse opusculum de piscibus Ovidii, & Cynægetica Gratio & Nemesiani, id quod etiam suo scripto testatus est Pontanus quadam sua Epistola ad ipsum Ælium, & P. Summontius.*

(n) Videtur esse legendum. *Nec candida lilia fient.*

(o) Calpurnio sane inopi magis conveniunt, scribenti ad Patronum suum Nemesianum. Et Nemesiano fortassis in ora libri hos versus e Calpurnio quidam adnotaverat, qui deinde a librario sunt Nemesiani carmini inserti.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



## XXXII

compositæ, & Probo (q) cuidam cognato suo, quem liberum instar diligere se ait, inscriptæ prodiit Venetiis A. 1488. 4. per Victorem Pisanum (r): & longe emendatior inter vetera poemata curante P. Pithæo viro clarissimo Paris. 1590. 8. & 1599. 12. a quo tempore Madriti recusa sunt opuscula Avieni, quæ existant omnia, typis luculentis, sed vix usquam quam Pithæus ediderat castigatiora, A. 1634. 4. edente ex Ramiresii Bibliotheca Petro Melian, in conventu Juridico Guatemalensi Regio ut vocant Auditore. Quod vero in Bæcleri libello de scriptoribus Græcis & latinis legitur Avieni Metaphrasim Dionysianam in Scaligeri thesauro temporum editam reperiri, memoriæ vel librarii hallucinatio est. Nam etsi Josepho Scaligero viro summo constitutum erat Avienum recensere, & junctim una cum suis commentariis edere, id tamen neque in thesauro temporum, neque alibi usquam præstitit, non magis quam Gaspar Barthius, qui lib. xlix. c. 13. Adversar. novam Avieni promisit editionem, quamvis & hic quoque in iisdem Adversariis aliquot capita præter illud quod jam innuimus, ejus Metaphrasi Dionysianæ impendit, nempe xxviii. 16. & xlvi. 16. quemadmodum descriptionem oræ maritimæ illustrat xxviii. 12. & 14. ubi etiam observat Lud. Nonium in Hispania sua (s) optime de pluribus locis hujus poematis esse meritum. Avienum ipsum scriptorem luculentissimum vocat, Poetam vero tam excellenti spiritu, ut nonnumquam se ipsum vix videatur capere, quod mihi ridiculum videtur. (t)

IV. *Fabulæ Æsopi XLII.* latinis elegis ab

larumque libellum non Avieno, sed Rufino cuidam Poetæ Britanno tribuit, castigatus ab Usserio c. 16. de origine Ecclesiar. Britannic. & Nicolao Antonio loco laudato. Plura oræ maritimæ loca emendat Martinus Opitius Libro variarum lectionum C. VII. & XI. edito Dantisci A. 1637. 4.

(q) Hic videtur esse Sextus Petronius Probus, de quo consule si placet Reinesium Epitt. ad Hofmannum pag. 582. 584. 638. & in Inscriptionum syntagmate.

(r) Laudat hanc editionem Daumius de causis amissarum radicum p. 129. & ad Paulinum Petrocorium pag. 348.

(s) Prodiit Nonii liber Antvverp. 1607. 8.

(t) Hic Auctor supplementum lacunæ Scholiorum Eustachii ad versum Dionysii Periegeseos 889. & sequentes intererat.

Avieno conscriptæ & (u) Theodosio dicatæ, sæpius minore forma lucem adspexerunt una cum fabulis Græcis Æsopi, aliisque Mythologis, & inter vetera poemata P. Pithæi, & inter fabulas variorum auctorum recensitas & illustratas ab Isaaco Nicolao Neveleto Heidelb. 1610. Francof. 1660. 8. Præterea a Theodoro Pulmanno castigatæ e tribus Codd. MSS. Antvverp. 1585. 12. additis Variis Lect. Prodierrunt etiam Genevæ in corpore Poetarum latinorum, & Madriti una cum reliquis Avieni poematis. Arnheimii itidem A. 1649. 8. & cum Homeri Batrachomyomachia selectisque Æsopi fabulis Græco-latinis Lugd. Bat. 1632. 8. Recensuerat quoque ad MS. & prælo paraverat Joannes Cabeliavius, cujus librum vidi inter codices Gudianos. Avieni fabulæ cum commento A. 1494. 4. sine loci notatione, & eodem anno Daventriæ in quarto sub titulo: *Æsopus moralisatus cum bono commento.* Æsopi & Avieni fabulæ opera Hadriani Barlandi, Lips. 1514. 4. Disticha epimythia quæ singulis Avieni fabulis subjunguntur, omnia supposititia esse καὶ κακῶ νόμματα, & in Codice Galei nulla comparere notat Richardus Bentley ad Horatium p. 433. Auctor glossarum ad Institut. lib. 3. tit. 26. allegat *fabulam Aniani* (Avieni) *de societate leonina.* At nulla hodie legitur fabula hujusmodi, neque in editis, neque in tribus Codd. MSS. quos consuluit Rigaltius, ut ipse monet ad Phædrum p. 409. editionis Burmannianæ.


V. Feruntur præterea sub Avieni nomine *breve carmen ad Flavium Murmelium V. C.* quo malogranata mitti sibi rogat, fellito oris sapore affectus. Fallit Crinitus, qui lib. V. de Poetis cap. 80. hoc carmine oram maritimam nuncupari Murmelio affirmat. *Sirenium allegoria,* Avieno haud indignum poemation, *Juliano* cui-

(u) Theodosius hic non Imperator, sed Macrobius Ambrosius Aurelius Theodosius, qui Avienum loquentem inducit in libris Saturnaliorum. Confer Colomesii *Κεραήλιχ* litteraria c. 38. Porro falli puto eos qui fabulas illas nescio cui Aviano, vel alii scriptori præter Avienum nostrum tribuunt. Abidui enim, & Anieni, vel Aniani, & Aviani, & Abieni nomina librorum hallucinationes esse videntur. *Flavium Avianum* in præcis schedis vocari ait Barthius lib. 39. Adversar. c. 7. & 13. Vide & 50. 7. Flavium Avianum vocat etiam Vossius Barthium lib. 2. Instit. O-rator. cap. 15. themate 5.



cuidam ab aliis inscribitur. Vide lib. 4. Vett. Epigramm. p. 127. *Ad amicos de agro suo*, inter Martialis Epigrammata libro IV. quondam editum, sed a P. Scriverio aliisque auctori suo restitutum. Vide Nic. Antonii Bibliothecam veterem Hispanam T. 1. pag. 161. Occurrunt hæc poemata in editione Arati Avieni Veneta A. 1488. & Madritensi omnium Avienis scriptorum A. 1634. ut P. Pithœi Epigrammata vetera omittam.

Livium totum jambis scripserat Avienus, quæ Metaphrasis intercidit. Meminit Servius ad X. Æneid. 388. *Rhœti de gente vetusta Anchemolum. Hæc fabula in latinis nusquam invenitur auctoribus. Avienus tamen qui totum Livium jambis scripsit, hanc commemorat* (in illa nempe Metaphrasi Livii, obiter) *dicens Græcam esse.* Male ex hoc Servii loco viri docti quidam affirmarunt Virgilianas fabulas composuisse Avienum.



## DE C. RUTILIO NUMATIANO.

**C**laudius Rutilius Numatianus Gallus, Vir Consularis urbiq; præfectus, & Magister officiorum, sive Magister palatii, Theodosio juniore imperium tenente Anno Urbis ut ipse innuit MCLXIX. h. e. Anno Christiano (a) CCCCXVI. scripsit de *reditu suo*, sive *Itinerarii* libros II. versibus elegis, ad Rufium Venerium Volusianum (b) in præfectura Urbana successorem. Posterioris libri maxima parte amissa, quæ hujus insignis Poematis supersunt primus edidit post Petrum Summontium, qui Neapoli vulgaverat, Jo. Baptista Pius, inscripsitque: *Poema* (c) *de laudibus Urbis, & Etruriae & Italiae*, Bononiæ 1520. 4. in ædibus Hieronymi de Benedictis, ac dicavit Leoni Pontifici, præmissis carmine elegiaco non ineleganti. Onufrius deinde Panvinus Rutilium


(a) Confer Scaligeri prolegomena ad Eusebium.

(b) Sirmond. ad Sidonium p. 103. & 17.

(c) Volaterranus auctor est Rutilii poema inventum sua ætate in cœnobio Bobiano. A Josepho Quenello autem perperam recentioribus Poetis italicis annumeratur in Catalogo Bibl. Thuanæ. Ceterum Ethnicus fuit Rutilius, & in Iudæos, ac Christianos non obscure invêhitur, Monachos præcipue acriter perstringit lib. 1. v. 383. seq.

a Gabriele Faerno recensitum adjecit commentariis suis de urbe imperio & civitate Romana Vener. 1558. & Paris. 1588. 8. Josias Simlerus additis Onufriæ & Bononiensis edit. variis Læctionibus prælo iterum subjecit Basil. 1575. 12. una cum Æthiæ Cosmographia aliisque quæ in Mela indicavi. Hinc Josephus Castalio suis adnotationibus illustratum castigatius edidit Romæ 1582. 8. Petrus quoque Pithœus inter poemata vetera Paris. 1590. 12. recensuit & paucas quasdam emendationes subjunxit. Porro Lugduni A. 1616. cum Theodori Sizmanni animadversionibus recudi curavit Justus Zinzerlingius. Quem secutus Casp. Barthius addito Commentario primus in Germania edidit Francofurti 1623. 8. Denique Vir Cl. Theodorus Jansonius ab Almeloveen in elegantissima sua hujus Poetæ editione omnium hætenus memoratorum castigationibus, & notis, animadversiones eruditissimi Grævii propriasque addidit Amstelodami 1687. 8.

Rutilius ipse de se v. 21. & 157. seq. Lib. 1. & 563. seq. de ætate sua lib. 1. v. 135. & de parente suo prætore Tusciæ v. 173. seq. Scripsit Poema suum ad Rufium Venerium Volusianum Albani F. in præfectura Urbana successorem. Confer lib. 1. v. 417. & Christoph. Brovverum ad Venantium Fortunatum carm. lib. III. 8. pag. 67. Huic ut videtur Rutilio inscripta Comœdia Querolus ad Plautinæ Aululariæ exemplum composita, incerto auctore. Pro Claudio Rutilio Numatiano alii malunt Munatianum. Vide Vossium de Hist. & poetis Latinis. Posterioris Libri de reditu ex Gallia in Urbem, maxima pars amissa est. In celebranda lib. 1. v. 47. seq. Roma, Claudiani vestigiis insistere notatur a Barthio VI. 12. Advers.



## DE MAXIMIANO GALLO.

**P**ræsenti quidem loco memorandæ nobis veniunt *Elegiæ VI.* sub Cornelii Galli nomine editæ, & in quibusdam Catulli Tibulli ac Propertii editionibus, & in poematis veteribus a P. Pithœo collectis, atque inter Catalecta Ovidii a Goldasto vulgata obviæ, sed in quibus nihil observarunt viri docti antiquo



XXXIV

illo Poeta illustri dignum. *Miratus sum quorundam impudentiam, inquit Gyraldus, ne dicam amentiam, qui translatis quosdam & emensos versus sub Galli Poetae nomine ediderunt, cum in iis neque phrasibus nec tempus Gallo conveniant, qui tertio & quadragesimo aetatis suae anno sua sibi manu mortem sibi accersit, in iis autem se senem describit. Sed nec in plerisque versibus purus & sincerus est sermo Latinus, quin & syllabarum morae & tempora, metri leges nonnumquam excedunt. Maximiani (d) vero nugatoris cujusdam & nebulonis potius eorum versus plurimi sunt. Et si hoc avertis nosse, & vetustioribus adhuc quibusdam exemplaribus (e) est videre, in quibus Maximiani ipsius nomen legitur, illius inquam Maximiani, cujus & insignis Grammaticae nugator Alexander nugator irridet: quod nomen in editis, & excusis nuper libellis per fraudem est praetermissum.*


Illum itaque, ad quem Galli Elegiae VI. tamquam auctorem referri solent, Janus Brouckhusius p. 29. ad Tibullum vocat *Longinum Maximianum, malorum temporum haud omnino pessimum nugatorem.* Primus ejus meminit Alexander

de Villa Dei in Grammatica versibus scripta Leoninis: *jamque legent pueri pro nugis Maximiani.* Plura de hoc Maximiano, ut monuit me clariss. Schœrgerius, notata exstant in Reinellii Eponymologico MS. quod donec luci datur, contuli de eodem poterunt Daenius ad Reinellium Epist. 80. Barthius ad Claudianum pag. 1053. & ad Statium silv. 1. 2. 3. 4. & praecipue Bernardus Moneta observationibus ad Menagiana Tom. 3. p. 242. seq. & Polycarpus Leyserus in historia Poetarum mediæ ævi. Elegiae sex sub Galli nomine primum editæ sunt a Pomponio Gaurico Venet. 1501. 4. inde Argentorati 1509. 4. cum Georgii Tiphernatis & aliorum carminibus & Paril. 1523. 4. De alia editione Parisiensi in 4. sine anni nota meminit Bernardus Moneta Tom. 3. Menagianor. pag. 245. Franciscus a Cruce Cenomana pag. 216. Bibl. Gallicæ: *Jean de Chevigny, natif de Beaune en Bourgogne, Poete Latin & François a traduit de Latin en François la Vie de Cornelius Gallus, excellent Poete latin, la quelle n' est encore en lumiere.*

# PROLEGOMENA

## PARTIS SECUNDÆ

Ethnica Carmina minora incerta continentis.



### DE QUEROLO COMŒDIA.

Johannes Philippus Pareus editioni suæ Plauti præclaræ, quam Neapoli Nemetum prodiisse


(d) Cornelium Maximianum Gallum Etruscum intellige. qui sub Anastasio Imp. floruit. & cujus nomine sæpius deinde editæ sunt hæc sex Elegiæ. Eius carmina super senectute, regulam metricam, carmen de virtute & invidia, ira & patientia atque avaritia memorat Labbeus Bibl. nova M. p. 63.

(e) Mstrum ejusmodi memorat etiam Aldus, & Vossius p. 25. de Poetis Latinis. Adde plurimorum virorum doctorum testimonia apud Bailletum judic. de Poetis parte 2. p. 126.

dixi An. 1619. 4. subjecit antiquam Comœdiam (f) quæ inscribitur *Querolus sive Aulularia* diversa ab Aulularia, quam inter Plautinas jam posui. Hæc primum in lucem prolata est a Petro Daniele Paril. 1564. 8. apud Rob. Stephanum: hinc prodiit cum notis ejusdem Danielis, *Conradi Reittersbusii & Jani Grueteri*, adjecta ejusdem argumenti Aulularia, quam ele-

(f) Scripta est sermone Poetico, non tamen accurata certa que pedum ratione observata, unde *clodo pede incadre* se affirmat in prologo, ad quem vide sis notas Petri Danielis. Recte igitur *dramata profuicam* vocat G. Jo. Vossius cap. 2. de natura Poetices, & *fabulam profum* Tho. Reinellius p. 175. Epist. ad Bosium.





## DE EPITOME ILIADIS

## PSEUDO, PINDARI THEBANI.

**P**indari Thebani Epitoma Iliados, Latino carmine Hexametro scripta Basil. 1583. fol. Allegatur a Lutatio ad Statii VI. Thebaid. v. 120. ubi vide, si juvat, Lindebrogium itemque Barthium, qui auctorem vetustum bonique ingenii appellat LVIII. 14. & LIX. 1. & 15. Adversar. ubi integrum recenset, nec dubitat Josepho Iscano Devonio præferre. A Laurentio Valla inepte antelatus est ipsi Virgilio, ut notavit Jovianus Pontanus lib. 1. de sermone cap. 18.



## DE PERVIGILIO VENERIS.

**P**ervigilium Veneris sive carmen trochaicum de vere, quod variorum notis illustratum Meursius parte 2. exerc. Critic. p. 143. Catullo; Jos. Scaliger, Q. Catulo Urbicario, cujus apud Juvenalem mentio; Senecæ Floro tribuit Barthius ad Claudian. pag. 147. edit. primæ & XVI. 6. Adversar. aliisque in locis; Lipsius Augustei ævi Poetæ; Salmasius & Menagius Poetæ mediæ ætatis Solino supparis, alii *Luxurio*, qui Carthagine floruit sub Trafimundo Vandalorum Rege, alii nescio cui *Floro* tribuunt. Idem carmen tum ex Lipsii recensione lib. 1. cap. 5. elect. cum ejus notis tum auctius ex MSto Claudii Salmasii exhibetur a Petro Scriverio in collectione variorum opusculorum, quæ *Baudii amores* inscripsit, Lugd. Bat. 1638. 8. additis notis P. Pithœi, Jani Doufæ F. Jo. Weitzii, Salmasii & Scriverii, in cujus postremis animadversionibus carmina nonnulla *Flori* & aliorum ex membranis Salmasii inferuntur. Paulus quoque Colomesius ad Gyraldi dialogos de Poetis p. 507. Josephi Scaligeri observationes in Pervigilium Veneris nactum se testatus est ex apographo Sarravii. Sed illarum editionem acerbus eximii viri obitus interceptit. Idem carmen emendatum cum notis subjicitur poematis Jo. Ludovici Praschii,



## XXXVI

Norimb. 1666 12. Cum commentario *Andree Rivini* prodiit separatim Lips. 1645. 4. & cum *Scriverii* & aliorum notis ac *Rivini* commentario, Hagæ 1712. 8. addito *Cupidine* crucifixo *Ausonii*. Gallicam metaphrasin memorat *Jo. Clericus* Tom. 24. *Bibl. Select.* pag. 225. De *Pervigilii* vocabulo quo sacrum nocturnum innuitur, vide *Petronium Burmanni* pag. 72. Addam & hoc, quod *Pervigilium Veneris*, & *Ausonii Cupidinem* crucifixum *Anglico* translatum carmine dedit *Thomas Stanlejus* Lond. 1651. *Florida sive Flori Poetae de qualitate vitæ* versus *Trochaici*, qui itidem cum *Lipsii*, *Pithœi* & *Scriverii* notis inter *Baudii* amores occurrunt.



## DE MEDEA TRAGŒDIA.

Ex *Burmanno*.

Poema *Medea*, instar *Tragœdiæ* scriptum, & ex *Centonibus Virgilianis* conflatum, producimus ex *vetusto Cod. Salmasiano*, & *Leidensi* recentiore, *Salmasiani* libri apographo. Ejus initium usque ad v. 134. *Ramo frondente pependit*, edidit *P. Scriverius* sub titulo *Tragœdiæ Veteris* in *Collectaneis veter. Tragicorum* post *Senecam* pag. 187. ad pag. 190. ex iisdem membranis *Salmasii*, qui sæpe jactavit se habere antiquam *Tragœdiam Medeam*. Vide eum ad *Capitolin. Macrin.* cap. xi. & *Trebell. Poll. Gallien.* cap. 8. ubi ita laudat: *in Tragœdia Medea, quam penes me scriptam in vetustissimis membranis habeo*. Sed in errorem adduxit viros eruditos, qui existimarunt eum possedisse *deperditam Ovidii Medeam*, quod & de *Bilibaldo Pirkheimero* traditum ita credebat *Fabricius* Vol. I. *Bibliot. Latin.* cap. 15. pag. 274. sed quod ipse correxit Vol. II. p. 380. Notum est *Ovidianam Medeam* memorari *Quintiliano* Lib. X. cap. I. ubi vide *Patru* mei notas pag. 912. & ad Lib. VIII. cap. 5. pag. 721. ubi & *Salmasium* & *Scriverium* erroris immunes facit, cum neuter *Ovidio* adtribuerit, sed *Salmasius* tantum notaverit penes se esse antiquam *Tragœdiam Medeam* in *vetustissimis membranis*, sed *Ovidio* tamen non adscripserit. Certe versus ille, quem ex *Ovidii Medea* altero loco adfert *Quintilianus*, *Servare potui, perdere an possim rogas?* in his legi non potest, quia di-

versi metri est, quem ex illo *Virgilii* in *Cicero* v. 275. desumptum esse *Patruus* meus putabat.

*Ut me, si servare potes, ne perdere malis.* ubi idem notavit *Scaliger*, & sic *Barthius* in *Adversariis*, & *Delrius* in notis ad *Senec. Med.* init. sed dubito an non adumbratus sit ex antiquiore poeta; veluti ex illo *Aristophanis* in *Nubib.* v. 1179.

*Nūn ἔν ὅπως σώτης μ', ἐπεὶ κἀπώλετ' ας.*  
Nunc ergo me serves, quia & perdidisti.  
similiter ipse *Ovidius* Lib. IX. *Met.* 728.

— *si Di mihi parcere vellent,*  
*Parcere debuerant, si non & perdere vel-*  
*lent.*

quamquam versus istum adulterinum existimet *Heinsius*, & forte nota e *Tragico* vetustiore fuit sententia, ad quam etiam respexisse potuit *Cicero* pro *Planc.* cap. 36. in fine: *ut idem perditor Reipubl. nominarer, qui servator fuisset*, neque dissimile illud *Jasonis* apud eundem *Ovidium* *Epist.* XII. 75.

*Perdere posse sat est, si quem juvet ipsa potestas.*

*Sed tibi servatus gloria major ero.*

Ejusdem *Medeæ Ovidianæ* meminerunt inter veteres *Auctor de Causs. Corr. Eloq.* cap. 12. *Nec ullus Asinii aut Messalæ liber tam illustris est, quam Medea Ovidii, aut Varii Thyestes*, eamque scripsisse juvenem patet ex Lib. III. *Amor. El.* I. 29. & certus sum genuinum ex *Medea Ovidiana* versus haberi apud *Senecam* *Suasor.* III. *Feror huc illuc ut plena Deo*, licet tantum ex *Tragœdia Ovidii*, *Medeæ* nomine non expresso, proferat. Gravius autem impegerunt viri eruditi, qui adfirmarunt de *Ovidii Medea* loqui *Tertullianum* de *præscript. Hæret.* cap. 39. quod falsum esse, & eodem in loco innui hanc ipsam, quam nunc primi integram publicamus, *Medeam*, e *centonibus Virgilianis* compositam, verumque ejus auctorem esse *Osidium* vel *Hosidium Getam*, qui cum *Ovidio* inter *Getas* exfulante confusus est, constabit, si ipsa *Tertulliani* verba adscribamus. Ita enim ille: *Vides hodie ex Virgilio fabulam in totum aliam componi, materia secundum versus, versibus secundum materiam concinnatis.* Denique *Hosidius Geta* *Medeam Tragœdiam* ex *Virgilio* plenissime exsuxit, meus quidam propinquus ex eodem poeta inter cetera *stili* sui otia *Pinacem Cebetis* explicuit. *Homero-Centones* etiam vocari solent, qui de *carminibus Homeri* propria opera




*opera more centonario ex multis hinc inde compositis in unum sarciant corpus.* Quæ ultima descriptis in Vocabulario suo Papiam, ubi de centonibus agit, supra notavi, nisi potius ea pro more compilaverit ex Isidoro Lib. I. Orig. c. 38. circa finem, ubi plane eadem occurrunt, & in fragmento MS. quod olim P. Danielis, deinde N. Heisii fuit, pari errore, quo apud Papiam, legitur *more centenario &c. in unum sarciant corpus; pro more centonario sarciantur.* Patet igitur Tertullianum memorare Medeam hanc Tragediam, e versibus Virgilianis artificio centonario concinnatam, ejusque auctorem esse Hosidium Getam, male cum Ovidio confusum, quia illius Tragediam Medeam extitisse olim noverant, sed quæ versibus Jambicis conscripta fuisse videtur, unde ridicule cæcutiit Delrius, qui initio Commentarii ad Senecæ Medeam scribit, *Tertullianum forte ad sententiam magis quam ad verba respexisse, dum Ovidii Medeam ex Virgilio centonem nuncupat,* neque sagacius rem egit Barthius, qui ad Claudian. p. 1160. conjicit illam Ovidii Tragediam versibus Virgilianis contextam a Tertulliano tradi, perperam quoque apud eundem Colomesius & alii emendarunt, *Ovidius Scythæ, vel Getam vocari crediderunt Nasonem, quia ipse Lib. IV. Ponticor. Epist. 13. 18. dicit:*

*Carmina quæ faciam pene poeta Getes.*

quæ certe viris eruditissimis non excidissent, si Tragediam hanc Medæ centonariam vidissent. An autem ille Osidius vel Hosidius Geta idem sit ac Cn. Hosidius Geta, qui sub Claudio Consul fuit cum L. Vagellio A. V. C. 800. & qui in Fastis Consul. Almelo. p. 119. atque Inscriptione insigni occurrit apud Reines. Cl. VII. n. XI. p. 475. & 476. quæ continet illud Sætum, cujus ad Tertull. d. l. meminit Rigaltius, sed quod emendatius existat in Inscriptionibus Donianis pag. 84. discernere vix possum, neque an ille sit, qui apud Dion. Cass. Lib. LX. cap. 20. pag. 678. Γυχιος ὁ Σιδιος male vocabatur, ut ibidem Rigaltius notat; nam recte Γυχιος Ουιδιος Γέτας edidit Reimarus, ut & corrigendum monuit Cuperus in Epist. ad la Croze p. 29. & an ad hunc vel patrem ejus referendus ille Ουιχιος Γέτας, cujus secundi Triumviratus meminit idem auctor Lib. XLVII. cap. 10. pag. 498. ubi quoque α in δ mutato ex correctione Fabricii edidit Reimarus Ουιδιος; vide etiam Lib. LX. cap. 9. pag. 947. ubi olim edebatur etiam Γυχιος ὁ Σιδιος. Et certe Hosidius ille Geta, Ter-

tulliano laudatus, ad inferiorem ætatem detruendus est, neque constare puto, id genus carminis centonarii jam Claudii tempore in usu fuisse, quod minime tam antiquum, neque facile aliud hac ipsa Medea, & Ausoniano Centone Nuptiali vetustius nobis superesse credo: neque credebat etiam Cuperus in Epistolis Gallicis Ep. VIII. pag. 23. & 24. qui Hosidium Getam, Medæ hujus auctorem, ad ætatem Tertulliani refert ex voce *hodie* in ejus loco: *Vides hodie ex Virgilio &c. & quia addit, meus quidam propinquus ex eodem poeta &c. Hosidio nempe.* Aliter tamen censet Fontanin. de Antiq. Hortæ Lib. II. pag. 205. ubi auctorem hujus Medæ facit antiquissimum præ cæteris, quorum centones Virgilianos habemus, Osidius Getam, qui sub Claudio I. vixit, & Tertulliano memoratur, atque inepte cum Ovidii Medea confunditur: quod pluribus se ostendisse dicit in Dissertationibus ineditis de Cornelio Gallo poeta, quas deinde inseruit Historiæ Literar. Aquilejensi, ubi vide cap. 2. p. 36. De aliis poetis antiquis qui Medeam Tragediam scripserunt, vide notata Patruo meo ad Ovid. II. Trist. v. 387. & de Statii Medea Gevart. Lect. Papin. pag. 15. Ennium quoque Medeam, ex Euripide expressam, conscripsisse, notum est, quam Medeam exsulem inscriptam fuisse ex Nonio Marcello docet Victor. ad Cic. VII. ad Fam. Epist. 6. ne quid dicamus de Attii Medea, cujus fragmenta cum Euripideis egregie contulit Scaliger ad Varron. pag. 100.



## ELEGIA

## DE FORTUNÆ VICISSITUDINE.

*Ex Burmanno.*

**P**rolixam ineditam hanc Elegiam, quam inscripsi, DE FORTUNÆ VICISSITUDINE, poetæ minime quidem optimi, sed non penitus tamen absurdi, primus ex vetusto codice Ponticorum Ovidii, Colonix Agrippinæ a se comparato, cui in fine adscripta erat, in lucem produxit Barthius Lib. XL. Advers. cap. 18. qui judicat esse ingeniosi & disertissimi hominis fœtum, & continere sententias egregias, ac nulli bono scriptori pudendas. Sed nimio sæpe studio viri docti laudant & immodicè efferunt ea, quæ primi edunt: præsertim, si in sequioris ævi Scriptoribus assidue sue-

lo Virgilio in Ci-  
Patruus meus pata-  
is, ne perdere malis.  
r, & sic Barthius in  
a notis ad Senec. Med.  
adumbratus sit ex an-  
x illo Aristophanis in  
t, ἐν τῷ ἀπολόγησιν.  
quis & perdidisti.  
b. IX. Met. 728.  
re vellent,  
non & perdere vel-  
n adulterinum existi-  
nota e Tragico vetu-  
quam etiam respexisse  
cap. 36. in fine: ut  
ominaret, qui servator  
e illud Jofonis apud  
XII. 75.  
si quem juvet ipsa po-  
ria major ero.  
iz meminerunt inter  
Corr. Eloq. cap. 12.  
fala liber tam illustris  
aut Varii Thyestes,  
a patet ex Lib. III.  
us sum genuinum ex  
haberi apud Senecam  
ut ut plena Deo, li-  
Ovidii, Medæ no-  
erat. Gravius autem  
qui affirmarunt de O-  
llianum de præscripto  
illam esse, & eodem  
t, quam nunc primi  
Medeam, e centonibus  
verumque ejus aucto-  
tium Getam, qui cum  
tante confusus est, con-  
ni verba adscribamus.  
die ex Virgilio fabulam  
materiam secundum ver-  
materiam concinnatis.  
Medeam Tragediam ex  
t, meus quidam pro-  
ner cetera stili sui otis  
Homero. Centones etiam  
nibus Homeri propria  
qzra




fuerint, facilius omnia sine discrimine admirantur, in quibus unus & alter eos adlicit panus purpureus, qui hic illic forte splendeat: quod præ ceteris Barthio perquam familiare est. Mihi adparent multa in hoc carmine non unius, sed variæ venæ, plurima languida & jejuna esse: alia vero, quæ poetam spirant supra mediocres positum: tam diverso enim colore efficta est, ut pene videatur non unum & eundem habere auctorem. Cel. etiam Oudendorpius existimabat, multorum hominum versus esse de variis rebus hinc inde excerptos quasi in Adversaria, & deinde congestos in unum carmen, quod quam plurimis vitiis & ineptiis scater, & sensu idoneo passim destitutum est. Quia tamen multis malis versibus nonnulli homini immixti sunt, & elegantes atque egregiæ inferuntur sententiæ, locum ei inter hæc concessi, quamquam multum curæ huic Elegiæ impendere, vix operæ pretium fuerit.



## DE VITA P. VIRGILII A FOCA GRAMMATICO DESCRIPTA.

*Ex Burmanno.*

**V**ita P. Virgilii ex Foca Grammatico apud Scalig. Catalect. p. 135. & seqq. & in plerisque vetustioribus Virgilianorum Catalectorum editionibus: in veteri codice, quo usus est Scaliger, titulus erat, VITA VIRGILII A FOCA GRAMMATICO URBIS ROMÆ VERSIBUS EDITA. in codice Scriverii additur A FOCA GRAMMATICO URBIS ROMÆ PERSPICACISSIMO ET CLARISSIMO. Recte vero Vossius de Hist. Lat. Lib. III. cap. XI. p. 817. iudicat *versus hos non tam poetæ esse, quam quales esse Grammaticorum solent.* Illorum enim Musa nil nisi ingenuum & liberale spirat, horum vero artificium illepidum, plebejum, ac plenum rursus & infictiarum.



## ELEGIA DE SPE.

*Ex Burmanno.*

**I**ncerti inscribit Pithæus Lib. I. p. 37. DE SPE PER EXEMPLA Scaliger Lib. I. Catal. pag. 232. in schedis Scaligeri, DE SPE QUÆRITUR PER EXEMPLA, quomodo & vetus Vossii codex, quem eundem puto ac codicem il-

lum, ex quo Scaliger in schedis suis vetera descripsit Epigrammata. Emendatur egregia hæc optimi poetæ Elegia a Scioppio Lib. V. Susp. Lect. cap. 25. Pentadio eam adscribebat Barthius Lib. XVII. Advers. 3. & Lib. XXIII. c. 17. sed videtur melioris ævi esse, quam ut Pentadium auctorem habeat. Veteri poetæ tribuit Scaliger in notis ad Tibull. Lib. II. El. 7. init. cuius versus elegantissimi materiam huic carmini suppeditarunt. Ita enim Tibullus:

*Finirent multi leto mala: credula vitam  
Spes fovet, & melius cras fore, semper  
ait.*

*Spes alit agricolas: spes sulcis reddit aratis  
Semina, quæ magno frenore reddat ager.  
Hæc laqueo volucres, hæc captat arundine pi-  
sces,*

*Quum tenues bamos abdidit ante cibus.  
Spes etiam valida solatur compede vincitum,  
Crura sonant ferro, sed canit inter opus.  
Spes facilem Nemefin spondet mihi, sed ne-  
gat illa.*

*Hei mihi! ne vincas, dura puella, Deam.  
cum quibus confer illa Ovidii Lib. I. ex Pont.  
Ep. 6. 29. & seq. ubi de Spe:*

*Hæc Dea, cum fugerent sceleratas Numina  
terras,*

*In Dis invisâ sola remansit humo.*

*Hæc facit, ut vivat vincitum quoque compede  
fossor,*

*Liberaque a ferro crura futura putat.*

*Hæc facit, ut, videat cum terras undique  
nullas,*

*Naufragus in mediis brachia jactet aquis.*

*Sape aliquem sollers medicorum cura reli-  
quit;*

*Nec spes huic vena deficiente cadit.*

*Carcere dicuntur clausi sperare salutem,*

*Atque aliquis pendens in cruce vota facit.*

*Hæc Dea quam multos laqueo sua colla li-  
gantes*

*Non est proposita passa perire nece.*

*Me quoque conantem gladio finire dolorem*

*Arcuit, injecta continuitque manu.*

ubi vide Micylum. Quæ duo loca ideo adscripsi, quia certus sum, auctorem hujus Elegiæ ex utroque sibi argumentum imitatione optima desumpsisse, ut ex comparatione manifestum erit. Edidit etiam hanc Elegiam Christius in Excurs. ad Villaticum p. 335 & confer cum his Epigrammata εἰς ἐλπίδας in Antholog. Gr. Lib.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



tionis ratio requirebat. In Divionensibus non reperi, primos quatuor versus profert Salmaf. ad Histor. Aug. p. 462. ubi vetustum Centonem vocat, qui totam in tabula calculis testis et ludendi rationem luculentissime & elegantissime exponit: iisdemque Salmafii verbis hunc Centonem laudat Sauterius in Palamede cap. XXIII. p. 75. quem an ipse habuerit aut viderit, dubito: licet præcedentia Epigrammata, quæ de Tabula & Alea agunt, ex Scriveriano apographo produxerit cap. XV. pag. 40. & 41. Salmafius autem v. 7. 50. 51. 55. & 57. adfert ibid. p. 470. ex quo lacera tantum ista quinque fragmenta edidit Almelovent. pag. 16.



## CARMEN DIDO ÆNEÆ.

*Ex Burmanno.*

**E**X Schedis Divionens. Salmaf. & Cod. Leidensi primi producimus. Conferendum est totum hoc carmen cum eximia Didonis querela ad Æneam apud Virg. IX. Æn. 304. & seqq. usque ad v. 330. & a v. 365. & seqq. ad v. 387. quam pulcherrime imitatum fuisse Ovidium in querela Scyllæ ad Minoem bene observavit Fredericus Ranaldus apud Ciosan. ad Lib. VIII. Met. v. 108. quibus adjungenda est egregia Ariadnes exostulatio ad Theseum apud Catullum Epithalamio Pelei & Thetidos a v. 32.

*Siccine me patriis abductam, perfide, ab  
oris & seqq.*

quorum tamen incomparabili divitis ingenii fecunditati, & admirando aureæ ætatis artificio si quis conferre aut æquare vellet fœtum hunc decrepantis ævi, geniique ad veterum elegantias non adsurgentis, næ ille pro Junone nubem, aut pro integra ac floridæ juventutis virgine emeritam & effœtam anum amplecti mallet. Sed vel ideo hæc proferenda, ut hac etiam in arte constet,

*Quantum ævi longinqua valet mutare vetustas.*



## CARMEN VERBA ACHILLIS IN PARTHENONA, DUM TUBAM DIOMEDIS AUDISSET.

*Ex Burmanno.*

**V**ERBA Achillis in parthenona: sic optime legebat Celeb. Dorvilius, cum in Schedis Salmaf. Divionens. & Codice Leidensi scribatur in PARTE NONA. Intellige autem Παρθενῶνα, gynæceum Lycomedis, quæ certissima emendatio est, firmaturque ex Scholiaste Homeri ad Iliad. A. 131. Ἐνείδης γὰρ παρὰ πάντας τὰς ἥρωας Ἀχιλλεύς, καὶ γυναικοπρόσωπος, ὡς καὶ ἐν τῷ Λυκομήδους Παρθενῶνε ἀγνοηθῆναι ὅτι εἴη ἀνὴρ. Ita apud Tzetz. Chiliad. v. Hist. 16. pag. 78. legitur carmen cum hoc titulo, περὶ Ἀχιλλέως, τῆ ἐν τῷ Λυκομήδους Παρθενῶνι. Vide Nicephori Basilacæ Narrationes a Leone Allatio editas inter Excerpta Rhetorum cap. 1. de Achille pag. 137. quo toto capite hoc carmen illustratur. Alia dabit Meursius ad Lycophr. v. 276. Carmen hoc, licet non aureæ illius & probatissimæ ætatis, sed poetæ Scholastici sit, merebatur tamen, ut in lucem a nobis protraheretur. Conferendum est cum Statii Achilleidos Lib. II. ubi Theris oratione sua Achillem adloquitur & persuadet; ut femineo habitu indutus sexum celaret: sed deinde se prodit Achilles, & in turba mulierum, in Scyro insula diem festum celebrantium, præsertim coram Deidamia, qua ardebat, simulatum femineum habitum deponit & virum denuo exserit. In Divionensibus autem legebatur hoc carmen post Exercitationes Scholasticas eodem metro ad rhemata Virgiliana compositas a Rufino & Coronato, ut inscriptio præ se fert, sed an hoc ejusdem sit auctoris, nescio dijudicare. Certe ad hunc locum illud referre malui, cetera etiam in hac Epigrammatum & Poematium antiquorum Collectione deinde exhibiturus.



## DE HIPPODAMIA

## CARMEN

*Ex Burmanno.*

**H**Æc & sequentia carmina, ut & ea, quæ alibi in hac Catalectorum Sylloge proferuntur, ex centonibus Virgilianis consuta, quamquam delicato & melioris ævi dapibus adueto palato vix placitura, ideo a nobis eduntur, ne quid ex vetustissimi Codicis Salmasiani aliarumque Schedarum Excerptis supprimamus, sed bona fide exhibeamus, quæcumque in illis exstabant, quæ licet inter inferioris seculi Exercitationes scholasticas referenda sint, hic & illic tamen probatas a viris eruditis in poeta principe lectiones auctoritate harum schedarum MSS. confirmare possunt: in quibus vitiosissima ubique erat scriptura, non sine tædio inquirendorum hemistichiorum e Virgilio castigata. Ceterum ejusmodi poemata, artificiosa magis quam elegantia, ex Centonibus Virgilii aut Homeri contexta, sequioris ævi poetis frequentia fuerunt, nam antiquiora Ausonii Centone Nuptiali non habemus, qui in præfatione, isti opusculo præfixa, optime hoc genus carminis descripsit; ut de Probæ Falconiæ aliorumque Centonibus, ab H. Stephano in unum collectis, nihil dicamus, de quibus differendi otium fecit Fontanin. de Antiq. Hortæ Lib. II. cap. 5. Unicum addam Papiæ locum in Vocabulario hac occasione emendandum, quia corrupte circumfertur: ita enim ille, *Centones apud Grammaticos dici solent, qui carminibus Homeri seu Virgilii ad propria more centenario ex multis hinc inde compositis in unum sartiuntur corpus ad facultatem uniuscujusque materiæ.* sic habetur in utraque edit. Venet. 1485. & 1496. sed legendum esse, *qui carminibus Homeri seu Virgilii propria opera, more centenario, ex multis hinc inde compositis in unum sartiuntur corpus,* patebit ex loco Tertuliani, ex quo ista ad verbum more centenario descripta sunt, de præscript. Hæret. cap. 39. quem adfert Patruus meus ad Petron. cap. 45. ubi de centonariis.

## ALCESTA.

## CARMEN

*Ex Burmanno.*

**I**nuit Admetum, qui ab Apolline aprum & leonem currui junctos accepit, quibus Alcestim avexit, quam pater Pelias addixerat e procis illi, qui feras bestias ad currum junxisset. Hinc enim pendet carminis hujus intellectus usque ad v. 44. Vide Apollodor. Lib. I. Biblioth. pag. 40. Hygin. fab. 50. & Fulgent. Lib. I. Mythol. cap. 27. ubi in fine etiam *Alcesta* occurrit pro *Alcestis*, qualia exempla larga manu congeffit Munckerus Dissert. de Hygin. pag. 10. & seq. & ad Poet. Astron. cap. XII. Altera carminis hujus parte a v. 45. ad finem, describitur id quod addit Hyginus fab. 51. de Admeto: *Illud ab Apolline accepit, ut pro se alius voluntarie moreretur. Pro quo quum neque pater, neque mater mori voluissent, uxor se Alcestis obtulit, & pro eo vicaria morte interit, quam postea Hercules ab inferis revocavit.* Vide Apollodor. Lib. I. Biblioth. p. 41. licet paullo aliter narret Paphatus p. 100. & 102. ed. Tollii.

## CARMEN DE PONDERIBUS ET MENSURIS.

**D**E ponderibus & mensuris Libellus hexametro itidem carmine cum Celso & Sereno Samonico sapius editus, quem nonnulli Renio Favino, alii Q. Rhemio Fannio Palæmoni, plures Prisciano tribuunt. Recusus cum *Elie Vineti* notis Parisiis 1565. 8. & T. XI. thesauri Antiquitatum Romanarum Græviani p. 1693. seq. cum notis vero *Rob. Constantini* exstat ad calcem Celsi ac Sereni, Lugdun. 1566. 8.



## DE PANEGYRICO AD CALPURNIUM PISONEM.

**M** *Annei Lucani Panegyricum Carmen ad Calpurnium Pisonem*, quod Virgilio vel Ovidio contra temporum rationem adscriptum a quibusdam, rectius Lucano ex auctoritate MSti Codicis vindicavit Josephus Scaliger & Hadc. Junius, a quo emendatum est lib. VI. cap. 1. Animadvers. Equidem Tho. Dempsterus ad Rosinum p. 99. objicit, quod v. 241. seq. paupertatem suam auctor carminis deflet, Lucanum vero marmoreis in hortis jacere scripsit Juvenalis Sat. VII. 79. Possit forte responderi, divitiis, quarum Tacitus quoque meminit, auctum demum esse Lucanum Pisonis, Neronisque beneficio, post carmen hoc scriptum, quo admodum adolescens se Pisoni commendat:

*Est mihi, crede, meis animus constantior annis.*

*Quamvis nunc juvenile decus mihi pingere malas*

*Cæperit, & nondum vicesima venerit ætas. Verum [a] humilis quoque domus objicitur, quæ Lucano quadrare minus videtur.*

*--- superest animosa voluntas,*

*Ipsaque nescio quid mens excellentius audet.*

*Tu nanti protende manum, tu, Piso, latentem*

*Exferre nos humilis domus & sincera parentum,*

*Sed tenuis fortuna sua caligine celat.*

Igitur adhuc duxerim de auctore dubitandum, præcipue cum Inscriptio ipsa, quam Scaliger reperit, hoc jubere videatur; fuit enim hæc: *Lucani catalecton de laude Pisonis. De Carmine ad Pisonem* adeundus etiam Barthius ad Statium Tom. 1. p. 254. ad 456. ubi non dubitat illud ad Papinium tanquam auctorem referre: & lib. XLIX. Adversar. c. 7. ubi ἀτέλειστον ad nos pervenisse, & in libros aliquot ab auctore fuisse tributum putat, cultum alioquin & eruditum.

(a) Vide Nic. Antonii Bibl. Veterem Hispanam p. 47. & Illustris Viri Gisberti Cuperi Observationes lib. III. c. 1.

## CATONIS DISTICHA.

**D**ionysii Catonis [b] *Disticha de moribus ad filium in quatuor libros distincta*, quibus parvulos olim initiari solitos testatur Jo. Sarsberienlis lib. 7. Policratici c. 9. *ut virtutis instructio, & usus teneris ebibitus animis non facile aboleretur.* Laudat etiam Isidorus in glossis, voce *officiperda*, Hincmarus Remen. tom. 2. p. 476. & Gaufrerus in poetria nova: *Ethnicus unde Cato, nemo sine crimine vivit.* Quæ ætate scripta sint, tam est incertum, quam constat elegantia, utilia, & Valentiniani Imperatoribus antiquiora esse, inferiora autem ætate Lucani Poetæ. Jam enim laudantur a Vindiciano Medico in Epistola ad Valentinianum Imp. Vicissim in limine libri secundi horum distichorum legendi commendantur præter Virgilium, Macrum, & Nasonem etiam Lucanus. Hinc Catoni (c) vel Censorio, vel Uticensi nemo nisi temere adscripserit, nam quod a Gellio lib. XI. cap. 2. laudatur *M. Catonis Carmen de moribus*, ab illis distichis plane fuit diversum, ut ex iis, quæ inde adducit idem Gellius, apparet. Neque validis argumentis nituntur, qui *Senecæ* inscribunt. *Ausonii* (d) autem esse nequeunt, cum *Ethnicus* (e) ista scripserit, *Ausonius* vero Christi saceris fuerit initiatus. *Octavianum* nescio quem auctorem facit Goldæstus notis ad paræneticos Veteres p. 104. & alibi. Catonis non esse, singulari diff. an: 1635. probatum dedit Boxhor.

(b) Alii horum distichorum auctorem faciunt nescio quem Octavianum, Tulliumve ad fidem Christianam conversum, vel Joannem Clothomium, quorum nominum haud magna apud me est auctoritas. Vide Jo. Saubertum libro de sacrificiis cap. 1. & Casp. Sagittarium in vita Catonis p. 106 seq.

(c) Vignol. Marvillius T. 1. Misc. Historico litterar. p. 56.

(d) Ausonio tribuunt Jo. Baptista Pius in præf. ad Euripidem, Guil. Canterus, Popma, & alii, quos refellit Scaliger II. 32. lectionum Ausonian. Sub Ausonii nomine prodierunt etiam Rostoch. 1572. 8.

(e) Qui Christiani esse Scriptoris arbitrantur, (ut Bonifacius XV. 8. Hist. ludicræ), eos toto errare caelo vere pronuntiavit Jos. Scaliger in Lect. Ausonianis & Gerb. Vossius notis ad Vellejum Paterculum, quorum



ISTICHA

Disticha de moribus et  
libros distincta, quibus  
tas testatur Jo. Saris-  
ci c. 9. ut virtutis in-  
hibitis animis non sa-  
ciam Isidorus in glos-  
nemasus Remen. tom.  
in poezia nova: Ebi-  
e erimine vivit. Qua  
est incertum, quam  
& Valentiniani Imp.  
se, inferiora autem z-  
am enim laudantur a  
Epistola ad Valentinia-  
limine libri secundi ho-  
commendantur prater  
& Nasonem etiam Lu-  
(.) vel Censorio, vel  
vere adscripserit, nam  
cap. 2. laudatur M.  
us, ab illis distichis  
ex iis, quæ inde ad-  
ret. Neque validis ar-  
senze inscribunt. Au-  
veunt, cum Ethnicus  
nius vero Christi sa-  
larianum nescio quem  
parzeticos  
is non esse,

n auctorem facit nescio  
e ad fidem Christianam  
hominem, quorum nomi-  
si accedat. Vide Jo.  
cap. 1. & Casp. Sagie-  
26 seq  
2. Misc. Historico ltre-  
Epistola Pios in p. et ad  
opra, & alii, quos re-  
m Antonian. Sub Auto-  
Rossch. 172. 8.  
poris arbitrarur, (m  
z), eos toto errore ez-  
ge in Lect. Antonianis  
legum Paterculom, quo-  
rum

hornius, cujus ipse meminit in Epistola ad Ja-  
num Bodec. Benningium data Kal. Jan. 1636.  
(p. 69. Epistolar. edit. Lipsiens.], Fortassis ve-  
ritati proxima Gerh. Jo. Vossii conjectura est,  
Catonis nomen Distichis præfixum esse ab ar-  
gumento, quod tractant, non ab auctore, cu-  
jus non minus nomen, quam ætas nos fugiat.  
Confer Aug. Buchnerum part. 3. Orat. 5. &  
6. Qui Catonis nomen ab argumento præfixum  
volunt, possunt exemplo uti, quod sic Marti-  
nus Ravaltus an. 1536. latine & Gallice edi-  
dit Catonem Principum, cujus meminit Fran-  
ciscus a Cruce Bibl. Gall. pag. 316. Sic sen-  
tentiz monostichæ Marbodei Redonensis pag.  
1634. Opp. inscribuntur: *Proverbia Catonis  
Philosophi*. Editio (f) horum distichorum,  
quæ Erasmus pridem scholiis illustravit, præ-  
stantissima est, quam cum Græcis Metaphra-  
sis Maximi Planudis, Jos. Scaligeri, Matthæi  
Zuberi [g] & Jo. Mylii, Germanica [h] ve-

rum iste animadversiones etiam in Catonis Disticha  
promisit. Argumentum autem quo Boxhornius in  
Quæst. XIV. Romana p. 78. illa Scriptori Christiano  
vindicare contendit, quod nempe cæde victimarum sa-  
cra facere Deo vetant, nimis ludicrum est, cum idem  
Pythagoricis quoque, & innumeris aliis visum fuerit  
Ethnicis. At homo Christianus non scripsisset: *Thu-  
ro Deum placet. Et: Stultitia est morte alterius sperare  
salutem.*

(f) Editionem Augustanam A. 1485. Argentinem-  
sem A. 1487. cum commentar. Roberti de Evromod-  
io, Norimbergensem An. 1494. Venetam 1495. &  
Lugdunensem cum moralizatione Philippi a Pergamo  
A. 1497. memorat Beughemius in incunabulis typo-  
graphiæ. Catonis disticha prodierunt inter auctores o-  
cto morales Lugd. 1507. fol. & 1520. forma quarta  
majore. Jo. Mylii Cato Græcolatinus Lipsiæ 1588. 8.  
Catonis disticha cum commentario Erasmi, P. Syri-  
mimi, & septem Sapientum sententiæ, Institutio ho-  
minis Christiani, Isocrates ad Demonicum, Rod. A-  
gricola interprete, Epicteti enchiridion ex versione Po-  
litiani, & Plutarchus de odio, & invidia ex versio-  
ne Erasmi, Lips. 1517. 4. & Francof. ad Oderam 8.  
Catonis disticha cum aliis edita Aboz 1669. & 1685,  
8. curante Joanne Gezelio.

(g) Hæc Græca Zuberi Metaphrasis exstat quoque  
in editione Hanoviensi An. 1619. 8. in qua præterea  
adjuncta sunt disticha itidem moralia perquam elegan-  
tia Michaelis Verini Minoricensis Hispani abstinentis-  
simi juvenis, quæ lucem viderant Moguntiz A. 1536.  
8. Lugd. 1547. &c. Vide de hoc Verino Vossium lib.  
2. de arte Grammatica c. ult. & Colomesium Bibl.  
selectæ p. 164. Verinum Pocciantus p. 166. de Scri-  
ptor. Florent. docet Florentinum fuisse. Ejus disticha  
moralia viderunt lucem primum Florentiæ An. 1487.  
quo ipso ille diem obiit. Zuberum acriter perstringit  
Reinesius Epist. ad Nesteros p. 36.

(h) Ante Opitium, cujus Metaphrasis prodiit Ura-  
tis-

ro Martini Opitii, curis secundis adornavit  
Christianus Daenius, qui Opitii etiam notis  
suas addidit, plurimorumque veterum ac recen-  
tiorum testimonia de hoc opusculo præfixit,  
Cygnez 1672. 8.

RUFFINI VERSUS DE COMPOSI-  
TIONE ET METRIS ORATO-  
RUM.

Ruffini versus de compositione & metris  
Oratorum, & de eodem argumento vario-  
rum auctorum loca ab eodem collecta inter Gram-  
maticos veteres Putschii pag. 312. & 321.  
Apud Latinos ait pag. 318. de numeris O-  
ratoriis scripsisse Ciceronem, Victorinum, Eu-  
sebius, Terentianum, Varronem, Probum,  
Charisium, Diomedem, Quintilianum, Dona-  
tum, Victorem, Servium. Apud Græcos Thra-  
symachum; Naucratem, Gorgiam, Ephorum,  
Isocratem, Theodectem, Aristotelem, Theo-  
dorum Byzantinum, Theophrastum, Hiero-  
nymum.

M O R E T U M.

Moretum, quod Virgilio ipsi adscribere a-  
liqui cum H. Vossio non dubitant, &  
f 2 Par-

tislav. 1628. 8. Germanicis rhythmis reddiderat Abra-  
ham Morterius a Wissenburg. Francof. 1590. 8. Post  
Opitium Germanicis versibus Melchior. Dietericus Pro-  
copius in collectione vernacula selectorum carminum  
Moralium p. 73. Francof. & Lipsiæ 1720. 8. Galli-  
cis versibus transtulit Maturinus Corderius, qui dica-  
vit Rob. Stephano, & Loifellus; item Petrus Gro-  
snerius Paris. 1543. *Les mots dorés du sage Caton*. Pi-  
bracius quoque in tetrastichis suis Gallice edidit Cato-  
nis hujus legit vestigia. Benedicti Burg Archidiaconi  
Colchestriensis Anglica ex Gallico metaphrasis excusa  
Westmonasterii 1487. fol. memoratur a Michaele  
Maittaire in annalibus typographiæ pag. 172. Nes-  
cio diversa ne ab hac quam in Codice membrana-  
ceo MS. servasse accepi Joannem Morum Episcopum  
Eliensem.



XLIV

Parthenium Nicænum poetam Græcum in illo imitatum esse observant. Sub *Suevii* nomine laudat Salmasius in Solin. *A. Septimio Severo* post Scaligerum, Barthium, aliosque tribuit Jo. Weirzius, qui notis illustravit Francof. 1642. 8. ad calcem Copæ. Græca Metaphrasis Jos. Scaligeri inter ejus Poëmata occurrit, ab auctore oblata Petro Ronsardo A. 1563. *Moretum* idyllium *Suevii* Poetæ, quem virum longe doctissimum vocat, & versiculos quosdam ex eo affert Macrobius lib. 2. Saturnal. cap. 9. emendatos a Salmasio ad Solin. pag. 598. edit. Paris. diversum est a Moreto, quod poema legitur inter Virgiliti Catalecta, quodque Scaliger tribuit *A. Septimio Sereno* Poetæ Falisco, qui Vespasianorum ætate vixit, & a Terentiano subinde laudatur auctor *ruris opusculorum*. De illo videndus Sirmondus ad Sidonii Epistolam carmini XIV. præmissam T. I. Opp. pag. 1249. Jo. Ruellii scholia viderunt lucem Paris. 1542. 8. apud Simonem Colineum. *Simylum* in Moreto allegat Casaubonus p. 162. ad Theophrasti characteres.



VESPÆ JUDICIUM COCI ET PISTORIS

*Carmen.*

Vespæ, quem versificatorem non illepidum laudat Barthius lib. 51. Advers. cap. 7.

10. 13' ubi loca quædam illius illustrat, carmen de Judicio Coci & Pistoris de primatu inter se contendentium Judice Vulcano refertur a Pithæo inter Epigrammata & Poëmata vetera.



LAUDES HERCULIS

*Carmen.*


Carmen Laudes Herculis continens ignoti auctoris post Poëmata Claudiani edita solet.



METAPHRASIS PERIEGESEOS DIONYSIANÆ.

*Carmen.*

Metaphrasis Periegeos Dionysianæ auctorem alii Priscianum Grammaticum, alii Rhemnum Palæmonem, nescio quem Priscianum Favonium facit Barthius ad Claudianum pag. 87. 128. Edita est ab eodem Pithæo.





# PROLEGOMENA


## PARTIS TERTIÆ

### Ethnicos Poetas minimos complectentis.

#### DE LIVIO ANDRONICO.

*Ex Giraldo.*

**P**rimus inter Latinos scenæ poetas fuit, qui, ut Cicero & Gellius scribunt, apud Romanos primus fabulam docuit, Q. Claudio Cethego Appii Cæci filio, & M. Sempronio Tuditano Coss. anno ipso antequam natus est Ennius. Attamen de Livii tempore ac annorum numero controversia est inter scriptores: scripsit autem varia poemata, ut puta Epos, composuit hymnos in Deos, scripsit & Odyssæam. Sane Livius cum prius servus esset, Andronicus vocabatur: donatus libertate, Andronicus ex nomine cognomen factus est: Ἀνδρόνικος enim Græca est dictio. Fuit & alter Andronicus poeta tempore Juliani Cæsaris Imperatoris, qui, ut Marcellinus scribit, studiis liberalibus & carminum splendore notus, nihilominus accusatus & in iudicium deductus, cum secura & intrepida mente nullisque suspitionibus urgeretur, purgando se semper objecta diluendo fidentius, absolutus est. Fuit & Andronicus grammaticus celebris, qui Syrus cum esset, Romæ docuit, dein Cumis agens in otio vixit.



#### DE Q. ENNIO.

**Q**Ennii, patria Rudii (i) e Calabria, Poetæ eximii, quamquam temporum

(i) Patriam Ennii plerique viri docti habent Rudiam

vicio admodum hirsuti, sed quem eruditio, ut cum Catone loquar, in maximum decus, atque in excellentissimam claritudinem sublimavit; Scipioni Africano perdilectus, cujus

*Hærebat doctus lateri, castrisque solebat  
Omnibus in medias Ennius ire tubas.*

Natus est an. urbis 513. G. Claudio Centhone, & M. Sempronio Tuditano Coss. Vide Pontacum ad Eusebii Chron. pag. 459. & de Ennii patria p. 468. Generis quoque nobilitate efferre se Ennius potuit, quod a Messapo Rege repetebat, unde ποιητής ὁ Μεττάπιος dicitur Æliano apud Svidam in Ἐννίος. Vide Neocorum ad Svidam Tom. 1. pag. 747. & Henningi Forelli diatribam de Ennio, editam Upsaliæ 1707. 8. Obiit septuagesimo ætatis anno, Urbis DLXXXV. Fragmenta ejus dispersa, in unum velut corpus redigere in animo habuit Lud. Vives ad cap. 21. libri 2. Augustini de Civitate Dei. Susceptus hic labor postea a Stephanis duobus non infeliciter, & quod ad *Tragedias* attinet, a Martino Delrione, & Petro Scriverio. Ex XVIII. *Annalium libris* (k) Hexametro carmine historiam Romanam olim

am propter Tarentum, de qua Christophorus Cellarius T. 1. notitiæ Orbis p. 901. At Dominicus de Angelis in diff. Italice edita de patria Ennii Rom. 1701. 8. Rudiz hoc tribuit alteri, quæ duobus Aletio milibus distat.

(k) Annales Ennii in libros dispescuit Quintus Varogontejus, ut colligas e Suetonio c. 2. de Grammaticis, ad quem locum Casaubonus e Gellii XII. 5. observat, Annales istos solitos ad populum legi in teatro, quique id facerent, dictos Enniastas. Male XL. liber a quibusdam Festi Codd. memoratur, neque enim plures scripsit quam XVIII. De tempore, quod singulis *Annalium libris* Ennius fuit complexus, videndus Merula p. 54. 55. Primum Hexametros Latinos composuisse Ennium notat pag. 93. & 599. ex Diomede.



olim complexis, aliisque Ennii scriptis (1) quæ reperire potuit majore studio collegit, digessit, commentarioque pererudito illustravit Hieron. Columna politissimi vir ingenii, & nobilis Romanus, ad Joannem Filium, (m) Neapoli 1590. 4. Hunc secutus Paulus Merula Ennianorum *Annalium* fragmenta & ipse diligentissime collegit, cumque suis animadversionibus vulgavit Lugd. Bat. 1595. 4. Columnæ editionem, quæ rarissima fuerat, nitide recudi curavit typographus insignis H. Vvetsenius Amst. 1707. 4. recensente Francisco Hesselio (n) qui eruditorum Virorum emendationes undique conquistas, & ad tragædiarum fragmenta notas Vossii, Delrionisque opiniones, & denique fragmenta *Annalium* e Merulæ collectione (omissis ejus animadversionibus) adjunxit. Illam Merulæ collectionem Italice vertit Bernardus Philippinus, inter cujus opuscula Romæ An. 1659. 8. edita habentur etiam Ennii versus, quos imitatus est Virgilius, collati cum Maronis versibus a p. 724. 757. Fallitur autem Campanella, qui pag. 189. de libris propriis ait fragmenta Ennii fraudem subolere. Ennium passim laudat Cicero, & Vitruvio IX. 3. *judice quicumque litterarum jucunditatibus instructas habent mentes, non possunt non in suis pectoribus dedicatum habere si-*

(1) Cetera scripta Ennii sunt: Phagetica, Epigrammata, Scipio, Epicharmus, Asotus, & alix Satyræ, Protrepticus, & Præcepta. Tum Tragædiæ Achilles, Ajax, Alceste, Alcæon, Alexander, Andromache, Andromeda, Athamas, Cresphontes, Cressæ, Dulorestes, Erechtheus, Eumenides, Hectoris iustia, Hecuba, Iliona, sive Polydorus, Iphigenia, Medea, Melanippe, Nemea, Phœnix, Telamon, Telephus, Thyestes. Comædiæ vero: Amphithraso, Ambriacia, Pancratiastes. Denique Evemerus, sive sacra Historia Evemerii, soluto sermone conversa. De Satyris Ennii videndus Casaubonus lect. 2. de Satyrica poeti cap. 2.

(m) Neapolitana fragmentorum Ennii editio cum MSs Joannis Gravii adnotationibus fuit apud Joannem Morum, Episcopum Eliensem. Hieronymus Columna, cui Neapolitana illa editio debetur, Dausquejo in notis ad Silium p. 267. appellatur *Italiae decus, a cujus ditissimis commentariis latrunculi manum non abstinerunt.*

(n) V. C. Franciscus Hesselius Eloquentiæ, & historiæ in Athenis Roterod. Professor, cui Vihium sequestrum novis curis expolitur, curasque in Gruterianum Veterum inscriptionum corpus impensas debemus, novæ suæ atque elegantissimæ fragmentorum Ennii editioni etiam indicem omnium vocabulorum adjunxit.

*cuti Deorum, sic & Ennii Poetæ simulacrum;*  
De Ennio, quem alterum Homerum vocabat Horatius, ita Josephus Scaliger in Scaligeranis p. 136. *Ennius Poeta antiquus magnifico ingenio. Utinam hunc haberemus integrum, & amississimus Lucanum, Statium; Silium, Italicum, & tous ces garçons la.* Fuit & alter Ennius junior, qui de literis syllabisque, item de metris, & de augurandi disciplina scripsit. Sueton. cap. 1. de Grammaticis. Vide & Paulum Merulam ad Ennii vetustioris fragmenta pag. 239.

## D E E O D E M

Ex Giraldo.

Q uintus Ennius, ut Lucretius cecinit,  
... *Primus amæno*

*Detulit ex Helicone perenni fronde coronam.*

Quam ferme quoque sententiam & Silius Italicus suo carmine retulit. Trigesima vero sexta supra centesimam Olympiadem, hoc est, Prioris Scipionis tempore floruit, sub quo etiam stipendia meruisse traditur, ita Claudiano poeta scribente:

*Hærebat doctus lateri; castrisque solebat*

*Omnibus in medias Ennius ire tubas.*

Fuit vero Romam deductus ex Sardinia insula a M. Catone quaestore ex Africa decedente, ut scribit Probus Æmilius in Catonis vita, quæ falso a quibusdam Cornelio Nepoti adscribitur. Meruisse & cum Q. Fulvio Nobiliore, cum is a senatu contra Ætolos imperator missus est; testis est ante alios M. Cicero: a M. vero Fulvii filio civitate donatus, ea tempestate, qua III. Vir coloniam deduxit. Ennii quidem patria Rudia, quod Calabriae oppidum est, ut Mela Pomponius & Plinius scribunt, & poeta Silius canit. Rhodias vero & Græcam urbem nuncupat Strabo. Hinc, puto, ab Ausonio Rudinus dicitur, & Rudius a M. Tullio, pro Archia, si fidis codicibus stamus: Eutropius tamen historicus, & Hieronymus in Chronico ex Eusebio, Tarentinum illum his verbis faciunt: Q. Ennius, ajunt, Poeta. Tarenti nascitur, qui a Catone quaestore Romam tralatus, habitavit in monte Aventino, parco admodum sumptu contentus & unius ancillæ ministerio. Sed enim de hac Ennii ancilla, ut puto, & Cicero in secundo de Oratore, cum de ridiculis agit, mentionem facit. Cum enim, inquit, Scipio Nasica ad poetam En-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



XLVIII

m. ne, quod a se scriptum est de bello Punico. Quia in re nec illud est omittendum, quod cum esset unicum volumen Nævii, Octavius Lampadio Grammaticus excellens divisit illud in VII. libros, ut alibi diligenter exposuimus. Prisci enim Grammatici consueverunt pro iudicio suo, atque eruditione, omnium scriptorum opera per censere, auctoresque ipsos aut numero eximere, aut in ordinem redigere. Scripsit Nævius præter Punicum bellum Comœdias ac Tragœdias stylo in primis erudito & gravi, ut veteres testantur. Comœdias aliquot exemplo Græcorum composuit probris atque maledicentia plenas, in quibus Romanæ civitatis Principes acriter est insectatus: ut qui Metellum consularem virum, & P. Scipionem Africanum maledictis suis oneravit. Sic enim de Scipione:

*Etiam qui res magnas manu saepe gessit gloriose,*

*Cujus facta viva nunc vigent: qui apud gentes solus*

*Præstat: eum suus pater cum pallio una ab amica abduxit.*

Hinc factum est, ut Poeta Nævius in vincula conjiceretur a Triumviris, propter immeritam verborum petulantiam ac mordacitatem. Et cum aliquandiu haberetur in custodiis, fabulas aliquot composuit. Paulo mox a Tribunis plebis e carcere exemptus est, ea conditione, ut delicta illa ac probra dilueret, quæ contra Romanos cives suis fabulis inferuerat. De quo scribuntur complura in Atticis commentariis. Qui de Nævii fabulis agunt, citant illum in Alceste, in Aureolo, Lycurgo, Tripholo, Leonte, in Colace, Ægistho, Terco, & Zenone. Terentius Varro in libris de Latina lingua ad M. Tullium, plures alias pro Nævianis commemorat, ut Esionam, Clastidium, Dolum, Demetrium, Persas, Lampadionem, Agedonem, Romulum, Stigmatiam. Ab hoc Nævio multa mutuatus est Pub. Virg. sicuti ab Ennio, Lucretio, Pacuvio & aliis: ut a Macrobio diligenti studio est observatum. Obiisse traditur Utricæ, cum factione nobilium, præcipueque Metelli, foret ex Urbe ejectus.

Fragmenta ex fabulis petita sunt, quarum nonnullas non Nævio solum, sed & Novio adscribunt grammatici. Non tam Novium quam Nævium in Colace, Danae, Exodio, Lycurgo, Pedio, & aliis citant. Nos au-

tem, nostrum de hac re suspendentes iudicium, omnes qui ex una eademque fabula afferuntur loci, uno in loco ponendos censemus; sive eadem diversitas nominis ab ipsismet grammaticis posita sit, sive ex nato librorum incuria errore irreperit. Siquidem non tantum diversa est in diversis exemplaribus scriptura, sed in uno eodemque codice iidem verius ejusdem fabulæ ab eodem grammatico citati nomine Nævii uno in loco, in altero nomine Novii reperiuntur: & quædam quæ Gellius Nævio, Nonius Marcellus Novio adscribit, si quidem fides vulgatis eorum editionibus adhibenda est. Quin & tertium quoddam nomen Nævius pro Nævius alicubi legitur.



D E M. P A C U V I O.

*Ex Giraldo.*

**M.** Pacuvius in scribendis tragœdiis nobilissimis, iisdem ferme temporibus natus est, quibus Caro quæstorius & Metellus clariore in urbe habebantur. Quidam tradunt illum fuisse ex Brundisio Calabriae urbe. Ne-  
pos fuit Quinti Ennii, quod Eusebius ac Plinius referunt. Romæ vixit in summa claritate nominis. Commendatur maxime illius ingenium, & nativa quædam facilitas in capiendis liberalibus disciplinis. Neque defuit illi studium pingendi, quod & C. Plinius indicat, qui Pacuvii Poetæ opera in magno honore a veteribus habita affirmat, eaque in primis, quæ in æde Herculis foro boario perfecit: quocirca clariorem fecit eam artem in urbe propter gloriam scenæ. Idem Pacuvius amplum ac sonorum dicendi genus sequutus est, ut M. Varro testatur: quod si durior alicui ac prope horridus habitus est, id ipsum tamen non vitio illius, sed temporum adscribitur: nam Fabius Quintilianus aperte asserit, clarissimum fuisse Pacuvium gravitate sententiarum, verborum pondere, & auctoritate personarum. In qua sententia & M. Cicero fuit: qui hunc ipsum ex cæteris omnibus in Tragœdia facile præfert, carmenque illius magnopere commendat. Grammatici Veteres permultum Pacuvio concesserunt, ejusque fabulas complures enumerant, in quibus non mediocrem laudem acceperit: ut Peribœam, Hermionam, Atalantam, Ilionam, Antiopam, Teucrum, & Medeam. Citatur etiam



tiam in Chryse, in Niptris, in Paulo, in Oreste, in Armorum iudicio. Ex qua fabula decantatum carmen traditur, cum ludi celebrarentur in funere Julii Cæsaris, quo magis commiseratio, & invidia excitaretur contra ipsius interfectores. Horatius Flaccus in epistola ad Octavium Aug. cum de antiquis Poetis iudicium facit, in Pacuvio doctrinæ famam locavit. Paulo senior fuit L. Accio, & iisdem ædilibus, ut refert M. Cicero, Pacuvius atque Accius fabulas docuerunt. Vixit ad extremam senectutem, & ut servatum est in Latinis annalibus, cum tædio senectutis, ac morbo detineretur, Tarentum se contulit, ibique prope nonagenarius obiit, neque sine maxima iactura studiorum.




## DE ST. CÆCILIO.

**C**æcilius Staius, Comædiarum scriptor Ennio suppar, anno post eum diem obiit, U. C. 586. Cum Cælio Antipatro Sidonio a quibusdam confunditur. Novator fuit Verborum, inde malum eum latinitatis auctorem Cicero appellat. Principatum tamen illi inter Comicos tribuit Volcatius Sedigitus ap. Gellium. Excelluit enim in  $\pi\alpha\lambda\alpha\iota\tau\epsilon\tau\iota\upsilon$ , ut in  $\eta\delta\epsilon\tau\iota\upsilon$  Terentius. Cæcilium Terentius cito est consecutus, quippe quorum Comædias quasdam novas idem L. Ambivius Turpio Comædus egit.

*Ex Crinito.*

Staius Cæcilius in Gallia natus est, ut creditur, & ob id Mediolanensem quidam dixerunt, quod ex annalibus Hieronymi acceperunt. Illud pro certo haberi debet, in urbe Roma eum vixisse, & in scribendis Comædiis principem locum tenuisse, ut a Volcatio Sedigito scriptum est, qui hunc ipsum Cæcilium non Terentio tantum & Plauto, sed reliquis omnibus comicis sine controversia præposuit. M. Cicero in eadem sententia est, tantumque Statio Cæcilio concedit, ut illius quidem carmen, ut constat, summis laudibus prosequatur. Fabius Quintilianus qui in omni antiquitate publicus censor est habitus, tres maxime nominat in describendis Comædiis, hoc est, M. Plautum, P. Terentium, & Staium Cæcili-

um. Vixit summa familiaritate cum Poeta Ennio, ut ab Eusebio refertur. Idem magnopere dilectus est a Terentio, qui tantum illius iudicio tribuit, ut ad Poetam Cæcilium, ceu ad optimum censorem, suas fabulas referret. Enumerantur supra XXX. Statii Comædiæ a Grammaticis veteribus. Neque togatas minore studio composuit, quam palliatis, unde singularem gratiam reportavit, iudicio eruditorum. In pretio magno fuerunt, Naucleus, Syracusæ, Pausimachus, Hypobolimæus, Epiclerus, Cratinus, Plocius, Asotus, Ephæstion. Citatur etiam in Subditivo, in Fallacia, in Andria, in Annalibus, in Fœneratore, in Venatorio, in Umbris, in Obolo, in Synaristulis, quarum partem a Menandro, Philemone, & Apollodoro transtulit. Neque defuerunt antiqui Grammatici, qui hunc Cæcilium accusaverint, quod in vertendis a Menandro fabulis parum apte aut concinne quædam transtulerit. Mortuus est sequenti anno post obitum Quinti Ennii, & juxta Janiculum sepultus traditur.



## DE L. ACCIO PISAURENSI

*Ex Giraldo.*

**L**U. Accius Serrano & Mancino Coss. parentibus libertinis natus, & sene jam Pacuvio floruit. Fundus fuit Accianus ab eo, ut ait Eusebius, juxta Pisaurum vocatus, quia illuc ipse cum aliis colonis deductus fuit. Accius ait, ut refert Cicero, iisdem Ædilibus (non ædibus, ut plerique scribunt) se & Pacuvium docuisse fabulam, cum ille LXXX. ipse XXX. annos natus esset. Sunt codices qui de numero evariant: quos ego emendatioribus existimo, sum secutus, quando & Gellius scribit: Cum Pacuvius grandi jam ætate & diutino corporis morbo affectus Tarentum ex urbe Roma concessisset, Accius tunc haud parvo junior proficiscens in Asiam, cum in oppidum venisset, divertit ad Pacuvium, comiterque invitatus, plusculisque ab eo diebus retentus tragœdiam suam, cui Atreus nomen fuit, desideranti legit: tum Pacuvium dixisse ajunt, sonora quidem esse quæ scripsisset, & grandia, sed videri ea tamen sibi duriora paulum & acerbiora. Ita est, respondit Accius, uti dicis:



**L**æque ejus sane me poenitet: meliora enim fore spero quæ deinceps scribam, nam quod in pomis est, itidem, inquit, esse ajunt in ingeniiis: quæ dura & acerba nascuntur, post fiunt mitia, & jucunda: sed quæ gignuntur statim vieta, & mollia, atque a principio sunt vivida, non matura mox fiunt, sed putria. Relinquendum igitur visum est ingenio, quod dies atque ætas mitificet. Hæc utique totidem verbis ex Gellio, quibus præter historiam multa notatione dignam, videtis Accium etiam Pacuvio longe juniorem. Fuit is quoque populo Romano gratus adeo, ut eum, qui L. Accium contumeliose nominaverat, P. Mutius condemnarit. Pusillæ insuper & brevis staturæ Plinius Accium fuisse ait, nihilominus sibi in æde Camœnarum maxima forma statuam poni curavit. Accium ajunt interrogatum, cur causas non ageret, cum apud eum in Tragœdiis tanta vis esset: optime hanc scribit Fabius reddidisse rationem, quod illic ea dicerentur quæ ipse veller, sed in foro essent dicturi adversarii quæ ipse minime veller. Amarus etiamnum in tantum Accius a Decimo Bruto fuisse dicitur, ut Accianis versibus templorum & monumentorum frontes & aditus exornare consueverit, ut auctor est Cicero: qui & alio loco ipsius Decimi familiarem fuisse scribit, seque de Bruti eloquentia ab ipso Accio didicisse: quæ quidem Ciceronis verba me de temporis ratione ambigere usque adeo faciunt, ut aliquando alterum hunc Accium a priore fuisse autumarim, ut hic vobis statim subjiciam, id quod parum alii animadvertere. Sed, ni piget, & tu Piso recita, quam de Pacuvio & Accio censuram fecit Fabius Quintilianus. Id quidem, Lili, libenter agam, respondit Piso, si tu nobis prius de isto Accio, quem alterum a priore aliquando putasti, quæ te movebant attuleris. Id agam scilicet, ut & vos eodem mecum errore ducamini, si vobis minus tempora utrique convenire videbuntur. Alter igitur hic L. Accius a priore is mihi visus, qui eodem quo Cicero & Cæsar floruit tempore, adeo ut de eo Val. Maximus libro tertio scribat: Accius, inquit, Julio Cæsari amplissimo ac potentissimo viro in collegium Poetarum venienti numquam assurrexit, non majestatis ejus immemor, sed quod in comparatione communium studiorum aliquanto superiorem se esse consideret: quapropter insolentiæ crimine caruit, quia ibi voluminum, non imaginum

certamina exercebantur. Et hæc quidem Valerius. Hujus præterea in nono meminit Vitruvius: meminit & Ovidius in tertio de Ponto, cum ait: *Auctor opus laudat* (ad Brutum scribens) *si forsitan Accius olim, Thersiten facie dixeris esse bona.* Fuerunt & qui hunc eum existimarent, quem Iliada scripsisse Persius Flaccus ait: *Non hic est Ilias Acci Ebriva voratra.* Scripsit vero L. Accius præter fabulas, annales, ut in primo Saturnalium Aurelius Macrobius observat, ex quibus & versus hos citat.

*Maxima pars Graium Saturno & maxima  
Athensæ*

*Conficiunt sacra, quæ Cronia esse iterantur ab  
illis.*

*Cumque diem celebrant per agros, urbesque fe-  
re omnes,*

*Exercunt epulas læti, famulosque procurant*

*Quisque suos, nostrique itidem, & mos tra-  
ditus illinc*

*Iste, ut cum dominis famuli epulentur ibi-  
dem.*

Atque hæc quidem de Accio. Quæ cum retulisset, pensum, quod pollicitus Piso fuerat, exsolvere jam paratus erat. Sic itaque cœpit: Fabius igitur Quintilianus lib. X. de Pacuvio & Accio sic ait: Tragœdiæ, inquit, scriptores Accius & Pacuvius clarissimi, gravitate sententiarum, verborumque pondere & auctoritate personarum. Cæterum nitor & summa in excolendis operibus manus magis videri potest temporibus, quam ipsis defuisse: virium tamen Accio plus tribuitur. Pacuvium videri doctiorem, qui esse docti affectant, volunt. Et hæc tenus Fabius. Et Piso: Cæterum in Pacuvio Cicero ait ornatos esse versus & elaboratos. Sed & horum utriusque plurimæ fuisse feruntur fabulæ, quæ passim a scriptoribus citantur, ex quibus pleræque sententiæ circumferuntur. Ex Pacuvii quidem tragœdia, quæ inscripta fuit Armorum judicium, decantatum carmen est, cum ludi in Julii Cæsaris funere celebrarentur, ut eo carmine commiseratio major & invidia contra conspiratos cæsares commoveretur. Accii vero nobilis illa sententiæ ex ejus Astyanactæ in augures & divinatores dicitur, *Nihil, inquit, credo istis auguribus, qui aures verbis divitant alienas, suas ut auro locupletent domos.*



## Editor ipse.

**I**N Pisaurensi Collectione de Pisaurensi Poeta L. Accio Tragicorum Latinorum facile Principe siluisse, cum præsertim Eusebii narrationem, Chronologiam, Pisaurumque ejus Patriam Giraldu in dubium vocet, Bælius autem, aliique passim etiam uti falsam traducant, turpe fuerit. Audendum igitur aliquid. Hæc autem fere Criticorum momenta, quibus omnia convellant.

Ajunt itaque primo. Eusebius affirmat, L. Accium Tragicum, natum Mancino & Serrano Coss., inter ceteros Colonos Pisaurum deductum fuisse, & fundum ab eo prope oppidum Accianum nominatum = (Euseb. in *Chronico*: *Olymp. CLX. anno II. L. Accius Tragediarum scriptor clarus habetur, natus Mancino & Serrano Coss. parentibus libertinis, & seni jam Pacuvio Tarenti sua scripta recitavit, a quo fundus Accianus juxta Pisaurum dicitur, quia illuc inter Colonos fuerat ex Urbe deductus.* Hæc autem inquirunt sibi non coherent. Annus enim, quo Pisaurum Colonia deducta, superior fuit, nimirum annus U. C. 566. Claudio & Licinio Coss. (Tit. Liv. & Fasti.) Annus vero Mancino & Serrano Coss., quo natus Accius autumat, posterior fuit, nimirum annus U. C. 580. (Idem Tit. Liv. & Fasti.) Ergo Accius Tragicus Mancino & Serrano Coss. natus nimirum 14. annis post Pisaurum Coloniam deductam, nec Pisaurum deduci, nec in distributione agrum nancisci, nec agro suo prope oppidum, qui Accianus vocaretur, nomen impertiri potuit, nec proinde Pisaurensem eum fuisse judicandum.

Ajunt autem secundo. Cicero affirmat, L. Accium 60. annis ante annum U. C. 710., quo anno post Cæsaris mortem quædam ejus Fabula reponeretur, vita functum fuisse, hoc est, si relegas tempora, anno U. C. 650. (Cicero Philip. I. = *Nisi forte Accio tum plaudis & sexagesimo post anno palmam dari putabatis, non Bruto* =) Sed quum Cicero mortuus anno ipso U. C. 710. Hircio & Pansa Coss. annorum 64. ætatem agens, (Plutarchus in Cicero) natus propterea fuerit A. Urb. Cond. 648., ipse autem dicat se pluries cum L. Accio serio locutum, (Cicero in Bruto cap. 28. = *Decimus Brutus, M. Filius, ut ex familiari ejus L. Accio Poeta sum audire solitus, dicere*

*non inculte solebat.* = duos annos itaque natus Cicero cum Accio egisse videretur, quod etiam quam sit ridendum nemo non videt.

Quæ ratio igitur has tam dissonas narrationes componendi? Eadem ipsa, quam hic Giraldu suspicatur, & quæ verisimillima, nimirum duos Accios Poetas fuisse.

L. Accium itaque Poetam alterum & primum inter Colonos Pisaurenses deductum fuisse juxta Eusebium putemus. Id enim esse potuit. Pacuvius nonagenarius obiit anno III. Olymp. CLVI. nimirum A. ab U. C. 600. (Eusebius ipse in *Chronico*) Pacuvius idem igitur, qui nonagenarius fuerit anno U. C. 600, octogenarius anno U. C. 590. procul dubio esse debuit. Ait autem alibi Cicero Pacuvium & Accium eisdem Ædilibus sive eodem anno fabulas docuisse, illum 80. hunc 30. annos natum. (Cicero in Bruto. = *Ut Accius iisdem Ædilibus ait se & Pacuvium docuisse fabulam, cum ille octoginta, ipse triginta annos natus esset* =) Annus igitur ab U. C. 590. ille fuit, quo Pacuvius 80. & Accius 30. annos fuerit natus. Si itaque triginta annos ab anno U. C. 590. retrahas, Accium hunc anno U. C. 560., quod quisque videat, natum esse oportuit. Pisaurum autem Colonia deducta A. U. C. 566. uti demonstravimus. Igitur L. Accius alter, sive prior, sex annos natus Pisaurum a Parentibus libertinis suis deduci potuit, & narratio Eusebiana constat.

Hic Accius primus ille ipse esse debuit, quem Cicero A. U. C. 650., & proinde nonagenarium obiisse autumat.

Accium autem alterum & secundum, illum ipsum fuisse putemus, qui juxta eundem Eusebium anno U. C. 580. Mancino & Serrano Coss. natus est, viginti annis junior, & primi fortasse filius, quod ex illis, quæ mox disputabuntur, suspicari facile possumus.

Hic vero Accius secundus ille ipse esse debuit, qui ultra annum U. C. 650. vixisse videretur, & cum quo serio se locutum Cicero affirmat. Vivere autem potuit aut debuit saltem ad annum U. C. 667. tempus nimirum illud, quo Cicero viginti annos natus de seriis rebus posset & cum eo egisse & meminisse.

Secum itaque ipse Cicero discors, secum ipse Eusebius discors, perhelle ambo convenient, si alter alteri conlatus fuerit, & si de Acciis duobus illos locutos fuisse judicaverimus. Judicium necessarium, ne secum ipse uterque au-



Et or dissentiens fiat; iudicium verisimillimum etiam, si, quæ sequentur, perpenderit.

Donatus Accium quemdam Comicum memorat [Donat. de Tragœd. & Comœd. = *Poeta Comicus Accius.* =

Acron autem Grammaticus non tantum cum ceteris auctoribus Accium alterum Tragicum memorat, & Græco Tragico Euripide præstantiorem affirmat, sed clarissime etiam hunc appellat Accium Poetam juniorem. (Acron in Horat. Epist. I. lib. II. = *Accius Poeta Junior suo ingenio præcelluit Euripidem, qui fuit altus, & ingenio sublimis.* =) *Accius Poeta junior* autem ea locutio est; ut *Accium Poetam seniore* alium distinguat & referat, utraq; autem locutiones = *Accius Junior* & *Accius Senior* = non tam diversos ætate, quam etiam communiore usu loquendi Patrem & Filium Poetas significare videantur. Duo igitur Accii Poetæ fuerint. *Accius Senior* & *Parens*, Comicus, & inter *Pisaurense* Colonos deductus, L. Accius Ju-

nior, & Filius, Tragicus, & Ciceronis adolescentis coævus, & familiaris.

Argumenta quarundam Fabularum, quarum fragmenta in hoc opere adferantur, profecto ad Comœdias magis quam ad Tragœdias pertinent. Ita Comœdia videtur illa, quæ inscribitur = *Fidicinæ* = Item altera, quæ = *Putatores* = & aliæ etiam, quæ inter fragmenta videri possunt.

Plures inscriptiones ad Acciam Familiam pertinentes adfert Cl. Eques noster, Patriæ suæ decus, Annibal de Abbatibus Oliverius in eruditissimo Marmorum Pisaurensum opere, Inscriptiones quæ Acciam Familiam eandem Pisauro nostro certissime adjudicare videntur. Illa tamen, quæ numero XXIX. refertur, non videtur prætereunda. Hæc conceptis verbis memorat L. Accium Patrem, L. Accium Filium, T. Accium Nepotem. En ipsa Inscrip-  
ptio.

Caput L. Accii  
L. ACCIUS  
L. F.

Caput T. Accii  
T. ACCIUS  
L. F.

In Ædibus Co. de Pardis ex vet. MSS.

Quid autem vetat hos putare eosdem Accios esse, de quibus agimus, primum quidem Avum L. Accium Comicum inter Colonos deductum, secundum vero Filium L. Accium Tragicum Ciceronis adolescentuli familiarem, tertium vero Nepotem T. Accium Oratorem eximium, Ciceronis adulti æmulum, & coævum, quem Cicero ipse memorat, & clarissime Pisaurensis nuncupat, (Cicero ipse in Bruto cap. 78.) quibusque celeberrimis civibus honoris & grati animi ergo Pisaurense monumentum illud posuerint?

Mons amœnissimus, qui ad occidentem so-

lem vergit vix mille passuum ab oppido diffusus, & quem nunc *Imperialem* vocitamus, in chartis antiquioribus nostris indubie & passim appellari solet *Mons Atti*, sive *mons Acci*. Dux Lucernæ fistiles ad templum D. Marinæ in eodem monte situm nuperis temporibus effossæ, ab eodem Cl. Oliverio relatæ in *Marm. Pisaur.* pag. 168. 169. nunc vero apud Cl. V. Joannem Baptistam Passerium, alterum Patriæ nostræ decus, existentes, Inscriptionem perbellam illius Fundi Acciani referunt. Hæc autem Lucernarum Inscrip-  
tio.

ACCIANA  
P. SATRIC. F  
CAM



Gum enim, ut clarissimus vir ibi observat, hæc figlina a Domino nomen habere non potuerit, qui P. Satrius fuit, profecto a Fundo, in quo extructa erat, nomen habuisse oportuit. Hæc observatio enimvero Eusebianam narrationem Fundi Acciani prope Pisaurum sibi confirmare videtur.

Reliquum est, ut videamus, quisnam ille Julius Cæsar fuerit, cui Poetarum Collegium ingredienti Accium Poetam non assurgentem apud Valerium Maximum a Giraldo relatum audivimus, & quisnam Accius ille ipse fuerit, qui id egisse putetur: id enim etiam Criticis negotium faceffit. Neque vero profecto Julius Cæsar Dictator hic fuerit, cum Valerius Maximus, qui sub Tiberio scripsit, adulatoria locutione suis temporibus necessaria, & quam ipse numquam alibi negligit, eum non jam simplici modo = *Julium Cæsarem* = sed *Divum Julium* = neque tantum = *amplissimum* & *florentissimum virum* = sed = *Dictatorem* = appellasset. Deinde Cæsar Dictator, qui utpote anno U. C. 709. annorum 56. ætatem agens occisus [Plutarchus & Svetonius in vita Cæsaris] ortus esse debuerit anno U. C. 653., si tempora ab illo anno retrahantur; idcirco nec coævus Accii primi esse potuit, quem annis tribus ante, nimirum A. U. C. 650. obiisse demonstravimus, & quatuordecim annorum fere ætatem tantum habere eum oportuit tempore ipso postremo Accii secundi, quem pariter circa annum U. C. 667. obiisse diximus, qua ætate non = *amplissimus* & *florentissimus vir* = sed = *Puer* = Valerio Maximo vocandus omnino fuisse videretur. Satius itaque fuerit putare hunc *Julium Cæsarem*, vel illum ipsum *C. Julium Cæsarem* fuisse, qui Ædilitius anno U. C. 666. una cum Sulpicio Tribuno Plebis Syllanum bellum civile excitavit, Poeta ille profecto & Orator eximius omni urbanitate & lepore conditus, uti pluries laudatur a Cicerone, [in Bruto & in Oratore] vel fratrem illius *Lucium Julium Cæsarem*, qui Consularis & Censorius, non tam honoribus quam bellica laude in sociali bello clarissimus fuit, & revera dignus, quem amplissimum & florentissimum virum Valerius Maximus, uti vidimus, appellaret. Hi enim ambo fratres ex Juliorum familia altera progeniti, eodem anno U. C. 667. quo *L. Accium* Tragicum obiisse existimavimus, ita ut tempora etiam quam maxime convenient, a Mario proscripti, & interfecti traduntur. (Historici omnes.)

Tres itaque Pisauenses celeberrimi Accii fuerunt, nimirum *L. Accius Poeta Comicus Pater*, *L. Accius Poeta Tragicus Filius*, *T. Accius Orator Nepos*, quorum Chronologiam ex superioribus dictis concinnatam, hic disponendam & oculis subjiciendam putamus. Anno U. C.

560. *Accius primus oritur.*  
 566. *P. Claudio Pulchro, L. Porcio Licinio Coss. Pisaurum Colonia deducitur. Accius primus sex annos natus etiam deducitur.*  
 580. *A. Hostilio Mancino, & A. Attilio Serrano Coss. Accius secundus oritur.*  
 590. *Accius primus 30. annos natus, & Pacuvius 80.*  
 600. *Pacuvius nonagenarius moritur.*  
 611. *Accius secundus claret.*  
 612. *D. Brutus fuit Consul, cujus Accius secundus fuit familiaris.*  
 630. *T. Accius tertius nasci potuit, nullo satis certo tamen indicio existente anni illius natalis.*  
 647. vel 648. *M. Tullius Cicero oritur.*  
 650. *Accius primus moritur.*  
 653. *C. Julius Cæsar Dictator oritur.*  
 667. *Accius secundus moritur. C. & L. Cæsares occiduntur.*  
 688. *Cicero Cluentium defendit contra T. Accium tertium, Oratorem Pisauensem.*  
 706. *T. Accius tertius moritur. Cicero eum dicit recens mortuum, in Bruto, qui liber a Cicerone scriptus anno U. C. 707.*  
 709. *C. Julius Cæsar Dictator occiditur. Comædia L. Accii primi reponitur.*  
 710. *M. Tullius Cicero occiditur.*

Hæc de popularibus nostris celeberrimis Acciis, ne omnino, uti diximus, siluisse videamur.



## DE CAJO LUCILIO.

**C** Lucilii Sueffani Auruncani Equitis Romanici, qui magnus avunculus Magno Pompejo fuit, fragmenta ex *Libris XXX. Satyrarum, Epodis, Hymnis, Serrano & Numularia* comædia post Stephanos (a) diligentius collecta digesta scholiisque illustrata a Francisco

(a) Lucilii fragmenta quædam e Stephanorum collectione subiecta sunt Horatio Danielis Heinli.



*ſco Douſa*, Jani filio, cujus centones quidam Luciliani ſunt adjecti (b) Lugd. Bat. 1597. 4. Non pauca Luciliana emendant atque illuſtrant Janus Guilhelmius lib. 2. Veriſimilium c. 1. 2. 7. 6. 10. Janus Rutgerſius Venuſinar. lectionum c. 15. & Juſtus Rycquius in Centuria nova Epistoſarum, Epistoſa ſexta ad Ludovicum Saregum, Lovan. 1615. 8. Fragmenta Lucilii collegit & *Joſephus Iſeus Romæ*, ut me docuit Paulus Colomeſius ad Gyraldi Dialogum IV. de poetis pag. 193. Utrum vitam *Scipionis Africani majoris* ſcripſerit Lucilius, diſquirentem vide Bælium in Lexico, qui recte notat poetæ hujus fragmenta poſt Douſæ induſtriam etiamnum indigere, ut ab alio quodam viro docto plus lucis accipiant. Librum de vita & ſcriptis Livii Andronici, Nævii pag. 8. Ennii p. 14. Cæciliſi Statiſi pag. 31. Pacuvii pag. 36. Accii p. 41. Attilii p. 46. Lucilii p. 48. & Afranii pag. 56. & M. Porcii Catonis pag. 59. & 110. edidit Caſpar Sagittarius Altenbürg. 1672. 8. Lucilius Auruncæ alumnus (c) deceſſit anno ætatis 46. itaque *ſenex* dicitur Horatio, pro veteri. Primus Lucilius condidit ſtyli nalum, ut ait Plinius præf., h. e. ſatyraſ ſcripſit. Hinc apud Martialem XII. 96. *Lucilius eſſe laboras* i. e. vis ſatyraſ componere. Auſonius ad Tetradium ſatyraſarum ſcriptorem Epistoſ. 25. *Rudes Camænas qui Sueſſæ prævenis, ævoque cedis non ſtylo.* Solitum verba in verſibus ſuis audacius diſjungere, ac diſcerpere, ut *cere comminuit brum*, perſtringit Eugenius Toletanus carm. 23. Tom. XII. Bibl. Patrum edit. Lugdun. pag. 348.

*O Jo verſiculos nexos qui deſpicis hannes,  
Excipe di ſollers ſi noſti jungere viſos.*

*Ceræ ca paſcentes dumoſo in littore me-  
los,*

*Et por triticea verrentes germina cellos.*

*At ſtibunda petunt lymphaſarum pocula  
menta,*

*Atque bu glandifera recubant ſub ſegmine  
bulci,*

*Nunc paſ lanigeras ducunt ad paſcua to-  
res,*

*Et ſce conſumunt fraudantes munera turæ.  
Pro tibi ut & noſtro veniat ex carmine  
fectus*

*Inſtar Lucilii rogor diſrumpere verſus.*

De libro trigefimo ſatyraſarum conſulendus Janus Guilhelmius lib. II. Veriſim. cap. 1. & 2. Alia Lucilii emendat c. 7. 9. 10. Vide etiam Chriſtophori Waſe ſtriçturas & animadverſiones Nonianas, Oxoniæ editas, & Pauli Merulæ ad Ennium commentaria.

*Ex Crinito.*

Cajus Lucilius Satyrarum ſcriptor, iisdem prope temporibus floruit, quibus Poeta Accius, Sex. Turpilius, & Statius Cæcilius in Scena celebres habiti ſunt. Ex Aurunca urbe Auſoniæ fuit. Quocirca alumnus Auruncæ vocatus eſt a Junio Juvenale. Parentes habuit ſatis nobiles, &, ut quidam Grammatici tradunt, fuit avunculus Cnæo Pompejo. Illud in primis manifeſtum eſt, fuiſſe Lucilium ingenio acerrimo, & in ſcribendis verſibus feſtivo, & urbano. Amicos habuit Q. Attam Poetam Comicum, Albutium Lapathum, Albinum, & C. Perſium, qui eſt appellatus ab antiquis doctiſſimus: ad quos ſcribere etiam conſuevit. Præter alios omnes Q. Philocomum familiariffime coluit. Idem Lucilius primus cæpit ſcribere Satyras, maximeque infeſtatus eſt Rutilium Lupum, Carbonem, L. Tubulum, & alios plures, quorum ſcelera atque flagitia ferre æquo animo non poterat. Fuit enim Lucilius optimis moribus, & alienæ iniquitatis acerrimus accuſator. Satyrarum libros ſupra XXX. composuit, uti Varro & alii Grammatici oſtendunt. Neque me præterit Q. Philocomum & Lælium Archelaum fuiſſe auctores, ut Lucilii Satyræ in libros referrentur: quod a Suetonio ſcribitur. Nam Grammatici veteres cenſoria virgula utebantur, Poetarumque carmen in libros dividebant: ut C. Octavius Nævii opus de bello Punico, & Q. Varguntejus Ennianos annales. Horatius Flaccus lalentum vocat Lucilium, & in ſcribendis carminibus incompoſitum. Qua in re magni auctores ab eo diſſentiunt: præcipue Gellius & Fab. Quintilianus, cujus verba ſubiiciemus. " Satyra quidem tota noſtra eſt, in qua primus inſignem laudem adeptus eſt Poeta Lucilius, qui quosdam ita deditos ſibi habet amatores, ut eum non ejusdem modo operis auctores, ſed omnibus Poetis præſerre non dubitent. Ego quantum ab illis,

(b) Fragmenta Lucilii in quibusdam exemplis præſerunt Amſt. 1661. 4. ſed tantum prima pagina ſecunda eſt ex veteri editione Lugd. Bat. 1597. 4.

(c) Juvenal. Sat. 3. v. 20.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



LVI

ut a veteribus traditur. Menandrum Poetam præcipue imitatus est stylo & orationis charactere: quocirca sic Horatius in Epistola ad Octavianum Augustum:

*Dicitur Afrani toga convenisse Menandro.*

Furius Albinus, & Macrobius asserunt, Afranium ipsum permulta a Menandro sumplisse, quod ille etiam libere, atque ingenue professus est, ut omnibus aperte demonstraret, quam modestus, atque ingenuus foret. Itaque in compitalibus ita respondet suis obrectatoribus:

*Fateor, sumpsi non a Menandro modo,  
Sed ut quisque habuit, quod conveniret mihi:  
Quod me non posse melius facere credidi.*

Cumque ingenio ac salibus excelleret, sententias passim, & acute dicta inferebat suis fabulis, non sine summa elegantia, & mirifica venustate: quod cum alii multi, tum M. Cicero testatus est. Culpatur a Quintiliano Afranius, quod in suis argumentis amores proprios paulo imprudentius vulgaverit. In togatis, inquit, excellit Afranius, utinamque non inquinasset argumenta puerorum sædis amoribus, mores suos fassus. A. Gellius permultum Afranio tribuit, præcipueque illud carmen putavit commendandum, in quo de Sapientia sic loquitur,

*Usus me genuit, &c.*

Citatur idem Afranius per sæpe ab antiquis Grammaticis, in Augure, in Consobriniis, in Cinerario, in Compitalibus, Brundusinis, in Fratibus, in Homine, in Incendio, in Emancipato, in Prodito, in Patella, in Rosa, in Suspecta, in Sella, in Talione. De obitu ipsius nihil apud veteres legimus.



DE Q. TRABEA.

**Q** Trabea inter Comicos veteres non infamæ notæ, quem in octavum locum Volcatius Sedigitus apud Gellium conjicit. De eo Varro apud Charisium lib. 2. extremo: πᾶνν vero & Trabea & Atilius & Cæcilius facile

moverunt. Hoc liquet ex imaginibus iræ & inanis lætitiæ apud Cic. 2. de finibus & 4. Tusc. Laudare creditur Trabeam in *Ergastulo* Nonius c. 2. sed Pomponio asseritur bis, irrare & villicari. Causa erroris est, quod vocabulum traves ad Ennii laciniam revocandum sit.

--- --- Sed quasi ferrum aut lapis


*Durat rarenter gemitum conatu trabens.*

Pomponii nomen excidit, nec exstat ullum e Trabeæ fabulis nomen: nam *Harpaga* sive *Harpacem*, subditivam Muretus (d) prolem Scaligero, pro genuina venditavit, Comædiam scilicet ex Euripide translata. Hæc Christophorus Wase exercitatione tertia animadversionum Nonianarum.

*Ex Crinito.*

Quintus Trabeas Comædiæ auctor, in ordine Comitorum relatus est a Volcatio Sedigito. Locum octavum obtinuit post Terentium & Turpilium: de quibus commode diximus. Mentio de hoc Trabea fit a veteribus Grammaticis, qui per sæpe citant ejus fabulas. M. Cicero minime dubitavit commendare eundem Trabeam, carmenque illius locis multis referre. Sunt qui credant, in scribendis Togatis præstitisse, quod & Sext. Pompejus demonstrat. Laudantur a Marco Tullio ii versus Trabeæ, in quibus credulitas amantis, ac nimia gestiæntis animi lætitia lepide & eleganter describitur.

*Lena, &c.*



DE C. LICINIO IMBRICE.

*Ex Crinito.*


**C**Ajus Licinius Imbrex inter eos Poetas refertur, qui comædias scripserunt. Volcatius Sedigitus, cum de Comicis scriptoribus judicium facit, Licinio multum tribuit, eumque non Attilio tantum, & Ennio præposuit, sed & Turpilio atque Terentio. Grammatici veteres citant aliquot Licinii comædias, ut

*Næ-*

(d) Non diffiteretur hoc Muretus ipse ad calcem hymnorum suorum sacrorum in edit. Aldina A. 1575. 8. pag. 56. seq. Confer Jac. Thomasi notam ad Mureti poemata p. 50. Mich. Maittaire de vitis Stephanor. p. 266. seq. Vicissim sub Mureti nomine Epistolas supposuisse edidisseque Lambinus a Mureto arguitur vide Menagiana T. 4. p. 222. seq. Tamen sancte licet id affirmanti Mureto viri docti hoc non credunt.



Næviam & Nævram, de qua Gellius in Atticis noctibus scribit, quo loco de comprecationibus Deorum differit. Sextus quoque Pompejus ita Licinium nominat ut Poetam maxime lepidum atque urbanum.



## DE Q. NOVIO.

*Ex Crinito.*

**Q**uintus Novius Atellanarum scriptor illustris est habitus. Grammatici veteres, cum de ipsius ingenio & doctrina differunt, permultum illi concedunt. Aurelius Macrobius probatissimum Poetam hunc vocat inter eos auctores, qui Atellanas fabulas ediderunt. Qua in re post Novium, inquit, Pomponius atque Memmius præclari habentur, Scripsit Novius complures Comœdias, in quibus magnopere probavit ingenium suum atque urbanitatem. Citatur maxime in his fabulis, hoc est, in Fullonico, in Exodio, in Virgine prægnante, in Pedio, in Dotata, in Galinaria, in Geminis, in Partu. De quibus multa leguntur in commentariis Nonii Marceli. De obitu illius nihil apud antiquos auctores legimus. Nævio junior fuit CL. annis, & Sullanæ Dictaturæ vicinus in scena viguit.



## DE L. POMPONIO BONONIENSI.

*Ex Crinito.*

**L**ucius Pomponius, Atellanarum scriptor, iisdem fere temporibus in Urbe præstitit, quibus Laberius, Publius, & Julius Calidius, ut in Latinis Annalibus relatum est. Eusebius & alii, Bononiensem hunc faciunt. Ingenio perurbano dicitur fuisse, & in notandis hominum moribus maxime festivo. Sunt enim Atellanæ fabulæ ab Atella urbe appellatæ, in quibus Poetæ veteres solebant varios jocos atque sales vernili quadam dicacitate admittere. De his Pomponii Atellanis M. Cicero & Annæus Seneca pluribus locis meminerunt, ingeniumque Pomponii vehementer commendant. Non. Marcel. magna diligentia observavit has Pom-

ponii fabulas: quod ipsum colligitur ex illius commentariis, in quibus supra XXX. ejus Comœdias nominat. Citatur Pomponius sæpe ab antiquis Grammaticis, in Aleonibus, in Prostitulo, in Pannuceatis, in Nuptiis, in Porcaria, in Privigno, in Piscatoribus, in Ergastulo, in Patruo, in Asinaria, in Rustico, in Dotata, in Decuma Fullonis, in Præcone posteriore, in Buccone, in Macchis geminis, in Verre ægroto, in Pistore, in Syris, in Medico, in Majali, in Sarculario, in Augure, in Petitore, in Annulo posteriore, in Præfecto, in Arista, in Hirnea, in Poraria. Item in Marsupio, in Æditumo, in Auctorata, in Satyra, & in Gallis transalpinis. Gellius præterea, & Priscianus de Atellanis Pomponii sæpe agunt, pluresque versiculos afferunt: ex quibus intelligi potest, quantum præstitit gratia & salibus.



## DE D. LABERIO.

**D**Laberius Eques Romanus ob asperam libertatem a Julio Cæsare, qui eum senem in theatro comparere & quos scriptitabet mimos (a) ipsum agere jusserat, [b] Publio Syro postpositus, obiit, ut testatur Eusebius, decem mensibus post Cæsarem interfectum. Nihil ex ejus Mimis Horatio etiam laudatis existat præter pauca quædam fragmenta a Rob. Ste-

(a) De mimis apud Græcos consulendus H. Valerius ad Ammiani lib. XXIII. 5. & Salmasius ad Solin. p. 76. 77. edit. Traiect. De Romanis Tho. Galtakerus ad Marci Antonini XI. 6. & Vossius lib. 2. Institut. Poetic. 2. 32. seq. qui de Pantomimis per genus omnia exponentibus differit c. 36. seq. & de origine mimorum ac mimis apud Græcos cap. 29. &c. Mimi celebres Romæ præter Laberium & Publ. Syrum fuerunt Æsopus histrio, Roscius, Cn. Mattius, M. Marullus, L. Acilius, & (cujus Catinenses laudantur a Tertulliano c. 4. de pallio) Lentulus. Neque Judæos a mimis obscæna jocantibus abhoruisse patet e Flavii Josephi vita, qui narrat Alityrum μιμόλογον Neroni charissimum Judæum genere fuisse, p. 999. Idem quoniam severas passim sententias admiscebant, vocantur interdum Aretalogi, Paradoxologi, etiam Neaniscologi apud Scholiasten Juvenal. Sat. VIII.

(b) Gell. III. 18. X. 17. & XVII. 14. Sveron. in Cæsare cap. 39. & ibi Pitiscus Macrobi. II. 7. Saturnal.



## LVIII

Stephano collecta in fragmentis Poetarum latinorum p. 138. 144. & prologum quem servavit Macrobius lib. II. Saturnal. c. VII. Obiit *Laberius* (c) Puteolis major sexagenario, quem ob mordaces nimium lepores Cæsar Publio Syro liberto postposuerat.

Prælicenter verba latina Laberium finxisse notat Gellius XVI. 7. De mimis confer Vossium in Etymologico, de pantomimis Cassiodorum etiam lib. I. Epist. 20. & Benedictinos notis ad S. Ambrosium Tom. 1. p. 1026. De utrisque, Octavii Ferrarii & Nic. Calliachi dissertationes & Ferd. Mendozam ad Concil. Illiberitanum Tom. 1. Labbei pag. 1321. sequen.



## DE Q. CATULO.

*Ex Londinensi Collectione.*

**Q**uintus Catulus ex Catulorum familia illustri natus, ingenio præclaro fuit, orator, epigrammatumque jucundissimus scriptor. Sunt qui Catulum hunc eum falso existimant, qui instauratum Capitolium dedicavit, & impeditæ linguæ fuit. Dilectus est maxime a C. Corra, & L. Crasso propter elegantiam ingenii, & morum suavitatem. Tam venuste atque egregie lusit Epigrammata, ut ab antiquis auctoribus relatum sit, nihil apud Latinos aut Græcos legi posse mundius, pressius, aut venustius Q. Catuli epigrammatis. Traditum est fuisse illum facili animo, & proclivi ad amores ac delicias. Itaque Roscium Gallum præcipue dilexit, qui tum adolescens eleganti forma, & indole optima florebat, etsi oculos perversos habuit, ut M. Cicero & Diomedes Grammaticus testantur. Sunt præterea qui Catulum hunc familiarem Mario consuli tradant, & cum eo de Cimbris triumphasse. A Marco Tullio magnopere laudatus est, quod Archiam Licinium & amare, & probare posset. Appianus Alexandrinus & Plutarchus scribunt in bellis civilibus, cum ei nuntiatum fuisset, mori

(c) De Laberio Mimo adeundus etiam Petrus Bælius in Dictionario historico, quod novissime longe locupletius exiit prælis Roterodamensibus. Alius Q. Laberius Durus, cujus mentio apud Cæsarem lib. V. de bello Gallico cap. 15. Huius tumulum in Antiquitatibus Rutupinis (Richburrough) Oxon. 1711. 8. pag. 73.

oportere; illum domi in cubiculo conclusum, accensis carbonibus eorum vapore suffocatum occubuisse: at Plinius, in Naturali historia, ab Amphione occisum ait.



## DE Q. ATTA.

*Ex Londinensi Collectione.*

**Q**uintus Atta, Togatarum fabularum scriptor habitus est: & in his componendis magnopere a quibusdam commendatur. Sunt qui referant eundem Romæ versatum, his temporibus fuisse, quibus Pomponius Bononiensis in scena floruit, & Plotius Gallus in tradendis præceptis rhetorices præstitit. Horatius Flaccus in ea epistola, qua loquitur de Latinis poetis, videtur Attæ fabulas notare, indignasque existimare, ut a Romanis civibus tanto studio atque attentione audirentur. Citantur sæpe a Latinis Grammaticis comædiæ Q. Attæ. Quocirca verisimile est in magno pretio illas fuisse habitas. Traditum est cognomen Attæ illis esse impositum, qui eo vitio pedum laborant, ut videantur magis inniti plantis, quam libere ambulare. Is Romæ C. & LXX. Olympiade mortuus est, ut Hieronymus in Chronico Eusebii observat: sepultus vero via Prænestina secundo ab urbe milliario.



## DE P. SYRO.

**P**ublius Mimographus natione Syrus ob ingenii solertiam a Patrono suo manumissus, Juliique Cæsaris Imp., qui Laberianam ut jam dixi dicacitatem ferre nequibat, favorem expertus obiit incertum quo anno Augusti Imp. Ejus præter Hieronymum in Chronico ad Olympiad. 184. sapius meminit cum laude Seneca Philol. Plinius 8. 51. Hist. Gellius 17. 14. Macrobius 2. Saturnal. 2. & 7. & Petronius *Ciceronem disertioem, Publium honestioem* ait fuisse, ad quem locum conferendus Doufa lib. I. præcidan. in Petronium cap. 17. Pueris ediscendos olim traditos fuisse Publii Syri versus colligas ex Hieronymi ad Lætam Epistola. Ex *Mimis* ejus live *sententiis* lepidis & ad communem usum accommodatissimis pervenerunt



runt ad nos non paucæ, sive servatæ ab antiquis Seneca, Gellio, Macrobio, sive separatim in codicibus antiquis descriptæ. Sane leguntur sub Publii nomine, legendæ sæpius pueris ac totæ ediscendæ sententiæ ejusmodi DCCCC-LXXXII. singulis versibus Jambicis expressæ vel trochaicis, licet in his sunt sortassis aliquæ, quæ ipsum non habent auctorem. Inter editiones præstare putem illam, quæ secundum litterarum seriem digesta, & a *M. Velfero* A. 1608. ex MS. Frisingensi locupletata cum notis ab *Adamo Sartorio* curatis subjicitur *M. Antonii Mureri* Orationibus & Epistolis, Ingolstadii, ac novissime Lipsiæ ex editione *Cl. Jacobi Thomasi*, iterum iterumque recensis. Edidere eosdem *Mimos*, sed nec numero eodem, nec ordine *Desiderius Erasmus*, qui e codice Cantabrigiensi recensitos ac castigatos paraphrasi etiam explicavit *Basil.* 1502. 4. *Georgius Fabricius* viginti antea ineditas *P. Syri* sententias primus vulgavit in sua sententiarum collectione excusa Lipsiæ 1550. & cum aliis sententiis a se collectis Lipsiæ 1567. 8. *H. Stephanus* ad calcem sententiarum e *Comicis* græcis & latinis A. 1563. forma minore; *Janus Gruterus* una cum tragædiis Senecæ A. 1604. 8. apud *Commelin.* & in *Florilegio Ethico Politico* sententiarum ac proverbiorum cum *Gruteri* notis edito *Francos.* 1610. 8. tribus volum. in quo opere *T. I. p. 159. seq.* occurrunt *P. Syri* ac *Senecæ* sententiæ aureæ recognitæ ad *MSS. Palatina & Frisingense*, additis *pag. 793. seq. Gruteri* notis; *Dionysius Gothofredus* ad calcem *Senecæ*, *Tan. Faber* ad calcem *Phædri*, *P. Pithæus* inter *Poemata antiqua*, & *Josephus Scaliger*, qui Græcis etiam versibus selectas sententias *CCCLXXV.* reddidit. Vide ejus *Poemata Græca* a *Petro Scriverio* edita *Lugd. Bat.* 1615. 12. *pag. 115. seq.* Occurrunt etiam *P. Syri* sententiæ, ne de *Morelliana* editione memorem, *Paris.* 1611. 8. in *Theodori Zwingeri* *morum Philosophia* 2. Tomis edita *Basil.* 1575. 8. Ex *MSto Frisingensi* easdem recensuit post *Gruterum* *Hupperius Faber* *Ubius Agrippinas* *Vener.* 1618. Denique sententiæ *P. Syri* *CCCLII.* cum notis & commentario copiosiore postumo *Jani Gruteri*, antea inedito, atque ad calcem rejecta *Græca* *Metaphrasi Josephi Scaligeri*, centum aliquot versibus ex autographo ipsius locupletata, prodierunt nitide excusæ *Lugd. Bat.* 1708. 8. curantibus *Sigeberto Haverkamp & Abrahamo*


*Preyger.* Cum versione Græca *Scaligeri*, notisque *Erasmi & Emanuelis Svedbergii*, *Upsal.* 1709. 8. *Gerhardi Vossii* filii notæ & castigationes, quas cum *H. Hernstii* variantibus lectionibus circa annum 1637. edere voluit, haud viderunt lucem. Vide *Vossii* *Patris Epistolam* 299. ad *Salmas. Gallicam* *Caroli Montani*, qui circa A. C. 1500. floruit, *Metaphrasin* memorat in *Bibliotheca Gallica* *Crucimannius.*



## DE PORCIO LICINIO.

*Ex Crinito.*


**P**orcus Licinius cum ex *Liciniorum* familia nobili ortus, vir clarus habitus est, tum ingenio facili & eleganti, præsertim in componendis *Epigrammatis*. *Julianus* rhetor (qui *Hadriani* principis temporibus vixit) *Licini* carmen magnis laudibus extollit, adeo ut hunc ipsum præferre non dubitaverit poetis omnibus Græcis. Afferuntur ejusdem *Licini* versus complures a nostris *Grammaticis*, ex quibus probari potest, quam eleganter atque egregie poetæ officium absolverit. Sunt qui credant eundem *Licinium* scripsisse *annales octonariis versibus*: sed hoc non satis mihi compertum est. Illud pro certo haberi debet, *Marcum Licinium* fuisse auctorem *annalium Romanorum.*



## DE VALERIO ÆDITUO.

*Ex Crinito.*

**V**alerius Ædituus in scribendis *epigrammatis* Poeta insignis habitus est, maximeque aptus ad exprimendas *Veneres*, ac *delicias*. In quo numero a *Grammaticis* nostris relati præcipue sunt, *Quintus Catulus*, *Porcius Licinius*, & *Val. Catullus*. Magnopere commendatur *Ædituus* ab *Aul. Gellio*, tantumque illius carmini concessit, ut affirmare ausus sit, nihil se legisse vel apud Græcos *Poetas* venustius, aut suavius: qui videri solent cæteris omnibus in hoc genere scribendi gratiores atque elegantiores. Laudatur idem *Ædituus*, cum ab aliis multis, tum a *M.*



ATTA.

Collection.

rarum fabularum scri-  
k in his componendis  
commendatur. Sunc  
na versatum his tem-  
ponius Bononiensis in  
as Gallus in tradendis  
dicit. *Horatius Flaccus*  
atur de *Latinis* poetis,  
tare, indignaque exi-  
i civibus tanto studio  
tar. Citantur sæpe a  
mediz *Q. Atta*. Quo-  
magno pretio illas fuisse  
regomen *Atta* illis el-  
vicio pedum laborant,  
ti plantis, quam libe-  
C. & *LXX.* *Olym-*  
*Jeronymus* in *Chroni-*  
ctus vero via *Pizne-*  
*Illario.*




SYRO.

is natione *Syrus* ob in-  
latrono suo manumissus,  
qui *Laberianam* ut jam  
equibat, favorem ex-  
quo anno *Augusti* Imp-  
um in *Chronico* ad *O-*  
nemini cum laude *Se-*  
51. *Hist. Gellius* 17.  
nal. 2. & 7. & *Petro-*  
m, *Publium* *beneficentem*  
um conferendus *Dausa*  
monium cap. 17. *Pua-*  
ctos fuisse *Publii* *Syri*  
occurri ad *Latam* *Epi-*  
line sententiis *legibus* &  
omnibus *perene-*



Varrone, qui ejus versiculos alicubi citavit. De moribus autem & vita ipsius nihil aliud legimus.



## DE M. TERENCE VARRONE.

**M** Terentius (*d*) Varro, Romæ natus est anno U. C. DCXXXVIII. Vir undecumque doctissimus, Ciceronis & aliorum virorum clarissimorum familiaris, qui postquam tribunatu & aliis muneribus functus fuisset, & in bello civili Pompejanas partes strenue conatus esset tueri, (*e*) mature tamen Cæsari victori se permisit, & ab eo in gratiam receptus, Bibliothecisque græcis & latinis comparandis ac dirigendis præfectus in litterato otio delituit, totumque se tradidit scribendis libris. Septuagenario major ab Antonio una cum Cicerone anno U. C. DGCX. proscriptus evasit quidem, attamen direptis bibliothecis suis gravem jacturam passus est etiam scriptorum suorum, atque in his *επιχωρικῶν*, quem Cn. Pompejo scripserat, ut memorat Gellius XIV. 7. Reliquum vitæ tempus nulla interpellante vi totum peregit in litteris, plurimaque composuit, ita ut ipse duodecimam annorum hebdomadam, hoc est, septuagesimum & octavum ætatis annum ingressus memoret, se septuaginta hebdomades librorum (*f*) hoc est libros 490. conscripsisse. Diem obiit supremum prope nonagenarius, (anno enim octogesimo & octavo ætatis adhuc scripsisse traditur a Plinio XXIX. 4.] anno Urbis DCCXXVII. post CHRISTUM natum XXVII. De Varronis ætate confer Arnoldum Pontacum ad Chronicon Eusebii p. 52.

Inter plurimos itaque, quos scripsit, libros numerantur etiam Libri Logistorici, sive Satyræ, (*g*) quarum pleræque Menip-

(*d*) Terentium Sabinorum lingua notare mollem, docet Varro apud Macr. II. 14. Saturn.

(*e*) Vide Vertranium Maurum & Ausonium Popnam in Varronis vita, ac præcipue Martinum Hankium V. C. libro 2. de Rom. Rerum Scriptoris cap. 6.

(*f*) Gellius III. 10.

(*g*) De Satyris Varronis adeundus Is. Casaubonus lib. 2. de Satyr. poeti cap. 2.

peæ, h. e. prosa, Menippi Cynici exemplo, carminis vario genere distincta atque ex-polita scriptæ erant, unde Varro *Menippeus* Athenæo dictus & Tertulliano, Arnobio & Symmacho *Cynicus Romanus*. Vide Probum in Eclogam VI. Virgilii, & Josiam Mercerum p. 207. ad Nonium.



## DE C. JULIO CÆSARE.

**C** Julius Cæsar (*b*) Dictator, eloquentia doctrinaque non minus quam incredibili animi vigore (*i*) rerumque gestarum magnitudine clarissimus, post victum Cn. Pompejum & oppressam Remp. cum summa potestate paullo ultra quadriennium moderate satis usus fuisset, in curia a conjuratis confossus periit Idibus Martiis anno Urbis DCCX. ante CHRISTUM XLIV. ætatis LVI.

Scripsit præter cetera etiam *Poemata*, de quibus auctor de causis corruptæ eloquentiæ cap. XXI. *Fecerunt & carmina* (Cæsar ac Brutus) *& in Bibliothecas retulerunt, non melius quam Cicero, at felicius, quia illos fecisse pauciores sciunt.* Ex his *Poemata* iter memorat Svetonius in Julio c. 56. & *tragediam Oedipum*, quam perinde ut *laudes Herculis* ab adolescentulo scriptas publicari Augustus vetuit. Asconius in Orat. pro M. Scav-

ro

(*b*) Alius C. Julius Cæsar Strabo Lucii F. Orator suavissimus, cujus genus eloquentiæ secutus est Cæsar dictator, cum adhuc adolescens esset. Vide Pitiscum V. C. ad Svetonii Calig. c. ult. Cæsar's Dictatoris vitam e veteribus tradunt Plutarchus, Svetonius, & de quo infra §. VI. dicam, Julius Cæsar. Longe plures interciderunt. Sidonius Apollinaris ad Burgundionem [qui laudem Cæsar's Julii scripserat] lib. IX. Epist. 14. *Nam si omittantur que de titulis Dictatoris irvicti scripta Patavinis sunt voluminibus* [in T. Livii libris Historiarum deperditis] *quis opera Svetonii, quis Juvenci Martialis Historiam, quisve ad extremum Balbi Ephemeridem fando adæquaverit?* Hunc Balbum haud diversum esse a Balbo Cornelio Theophane, cujus meminit Capitolinus, adversus præclari Vossii in Hist. lat. sententiam recte observatum est Belio in Lex. ubi de Cæsar. Inter recentiores, qui de Cæsar's rebus scripserunt, sane infinitos, unum in præsentem laudabo Hubertum Goltzium, qui Cæsar's genealogiam vitamque composuit atque e nummis veteribus illustravit. Brugis 1761. fol.

(*i*) Confer Pliniam VI. 25. Hist.



ro tragœdiam Cæsaris *Julios* memorat his verbis: *Idem inter primos temporis sui Oratores, & tragicus Poeta admodum habitus est. Hujus sunt enim tragœdiæ quæ inscribuntur Julii.* Alia etiam versu scripsisse constat e Plinii XIX. 8. & Donato in Terentii vita. Sed Tragœdiam Tecmessam male Cæsari tribuit Lescaloperius ad Ciceronem de natura Deor. p. 624.



## DE TITINIO.

**T**itinius [ita scribendum non *Titinnius*] togatarum scriptor, an fuerit ex equestri genere Titinorum, an libertus M. Titinii Prætorii, ad quem Cicero librum epistolarum scripserat, qui hodie desideratur, incertum est. *Hic nulli quam Titinio & Terentio servare convenit*, inquit Varro quinto de L. L. apud Charilium lib. 2. extremo. Scripsit *Barathrum* Charif. Fest. *Non Barbatum* Fest. Non. Prisc. *Cæcum* Charif. *Ferentinatem* *Psaltriam* Fest. Non. Prisc. *Fullones* Non. *Geminam* Non. Prisc. *Hortensium* Charif. *Ilam rubram* Non. *Jurisperitam* Charif. *Preliam* Charif. Non. Prisc. *Privignum* Non. *Pullam* Fest. *Quintum* Non. Prisc. *Setinam* Charif. Fest. Non. *Tibicinam* Charif. *Vopiscum* Non. *Veliternam* id. Aliquid etiam de *Medicina* tradidisse e Q. Sereno Sammonico colligit Christophorus Wase exercit. 3. animadvers. Nonianarum, cui hæc debeo.



## DE Q. CICERONE.

**L**ibellus de petitione *Consulatus*, qui in editionibus Ciceronis exstat, non M. Tullii est, sed ad eum scriptus a Q. Cicerone fratre, & lectione haud indignus, nec injucundus, quamvis H. Stephanus in Pseudo-Cicerone p. 180. scripsit *ditionem ejus cum fratris sermone collatam, non minus radere delicatas aures, quam filii Ciceronis & Cælii & Asinii Pollionis, aliorumque Tullii æqualium, quorum ad illum Epistolæ exstant.* Q. Fratris liber de *petitione Consulatus* in editione Ciceronis Ve-

neta commentariis Manutiorum illustrata occurrit tomo nono, cum commentario *Valerii Palermi*, Veronensis. Libris etiam Tullii Rhetoricis subjicitur in editione Asulari & Barthol. Alexandrini, Venet. 1485. fol. Separatim nuper edidit V. C. *Christianus Gottlieb Schwvartzius*, Altdorfii 1719. 8. una cum versibus viginti hexametris, qui sub Quinti hujus Ciceronis nomine exstant, pridem editi, de *signis cælestibus*, quo tempore quodque illustre sit, in *Eclogario Ausonii* pag. 558. edit. Tollianæ, & inter poemata vetera a Viris doctis collecta. Ab eodem doctissimo Schwvartzio aliam editionem earumdem Quinti reliquiarum expectamus, ipsius & aliorum notis diligenter illustratam.



## DE C. CASSIO PARMENSI.

*Ex Burmanno.*

**C**assii Parmensis versus, qui sequuntur, in Bruttiis inventos, quos inde mihi Sertorius Quadrimanus juvenis doctrina moribusque elegantissimus curavit, publico damus, ne pereant scilicet: dignissimi enim Cassio vili sunt, cujus Horatius, Plinius, ceterique meminerunt. *Ach. Statius.* Ipsum A. Statium hos Cassii versus confinxisse communis est eruditorum opinio, a qua eum calumnia liberatum ixit Barthius ad Stat. II. Achill. 443. sed tamen ita, ut vel unum talem versum extundere potuisse neget: vid. Bayle *Fragmens d' un Diction. Critiq.* pag. 161. Scaligerum *Epist.* 409. Rittershus. ad *Phædr.* pag. 114. & Vossium de *Poet. Lat.* pag. 24. *Broukhusius.* Carmen hoc Cassii Parmensis, quia illud Pithœus Catalectis suis Lib. IV. pag. 185. inseruit, hic etiam exhibendum putavi, licet illud fictitium & quidem ab Achille Statio suppositum Viri docti dudum suspicati fuerint, quamquam Barthius ad *Claudian.* p. 904. supposititium quidem credat, ab Achille tamen Statio profectum neget. Spurious quoque esse notavit Sriverius in MSS. notulis, quas primis paginis editionis Parisinæ Pithœi adlevit, ubi hæc inter alia: *Complurium in hac Collectione recentiorum Poetarum, non inelegantia quidem, sed adfectate vetustatis, ab hominibus doctis confecta, ut sunt L. Apuleji ex Menandro Anechomenos, &c. Corn. Galli Elegia, Cassii Parmensis*



*sis Orpheus, & alia quorum piget pudetque.* neque aliter de hoc carmine cenlebat N. Heinius in notis ad Virg. vi. Æn. 556. *Cassius Parmensis in Orpheo, si tamen id poematum superiori seculo non est confictum.* Pro veris tamen ac genuinis eos venditavit, & commentario illustravit Chytraeus libro Francofurti edito anno 1585. ut notavit Patruus meus ad Sueton. Tom. II. pag. 399. unde notam Ach. Statii, & Broukhufii, sed nonnihil emendatam, excerpti. Idyllium hoc, ut vocat, elegantissimum notis suis ad Phædrum inseruit, ac metaphrasim Græcam avunculi sui Matthiæ Bergii, Brunsvicensis, dedit Rittershulius ad Prolog. Lib. III. Totum etiam produxit Lambinus ad Horatium Lib. I. Sat. X. & Georg. Fabricius ad Senecæ Herc. Oetaeum v. 1034. ubi illud non ita pridem Florentiæ inventum esse testatur. Ideo autem huic Cassii Parmensis carmini inter hæc Epigrammata vetera locum dedi, quia inter alia opera poetam hunc etiam Epigrammata scripsisse testatur antiquus Horatii Scholiastes Acro ad illum versum Lib. I. Epist. 4. 3.

*Scribere quod Cassi Parmensis opuscula vincat.*

ubi de Cassio dicit: *Hic aliquot generibus (forte operibus) stylum exercuit, inter quæ elegi & Epigrammata laudantur. Hic est qui in partibus Cassii & Bruti Tribunus militum fuit, quibus victis Athenas se contulit. Quintus autem Varus, ab Augusto missus, ut eum interficeret, studentem reperit, & perempto eo, scrinium cum libris tulit, unde multi crediderunt Thyestem Cassii Parmensis fuisse: scripserat enim multas alias tragædias.* Quibus paria habet Porphyrio. Glossator in Codice Franequerano ad hunc versum adnotavit: *Hic Epicureus fuit & poeta, nescio an non voluerit potius, Hic Epicus fuit poeta.* Ad Thyesten illam Tragædiam quod adtinet, eam Cassianum drama esse patet ex Scholiaste Horatii Crucquiano ad Lib. I. Sat. 10. v. 62. cujus locus adscribi meretur, quia dubitare nos jubet, an Cassius horum versuum auctor sit. Scribit enim, omnia Cassii Parmensis carmina periisse, jussu Senatus abolita: *Cassius Parmensis, cujus tragædia Thyestes exstat, multos versus parvi momenti scribebat, ideo post ejus mortem decrevit Senatus, ut libri cum cadavere exurentur: quæ totidem fere verbis etiam leguntur in iisdem Codice Franequerani scholiis.*

## DE C. LICINIO CALVO.

**C** Licinius Calvus C. Licinii Macri filius in Poematis scribendis perelegans habitus est, & apud veteres inter optimos poetas relatus, ingenio lepido, & urbano fuit, cumque suavissimis moribus præstaret, præcipue dilectus est a Val. Catullo, qui summa familiaritate cum eo vixit, quod ex Catulli versibus facile possumus colligere. Dicitur fuisse brevi statura, & exiguo corpore, sed acer & vehemens in dicendo. Idem Calvus puellam Quintiliam incredibili amore dilexit, cujus præmaturam mortem quam molesto animo ferret, testatus est scriptis carminibus de obitu illius. Eruditionem Calvi atque elegantiam in componendis versibus præcipue commendavit Senti-  
tius poeta & M. Cicero, qui refert eum in scribendis jambicis præstitisse. In his enim minime dubitavit principes etiam civitatis acerrime insectari, ut C. Cæsarem & Pompejum. Scribit Suetonius, C. Calvo post famosa Epigrammata de reconciliatione per amicos agentis, ultro ac priorem scripsisse Cæsarem: *clemens usque adeo ubique Cæsar.* Fuisse eundem oratorem egregium & disertum ostendunt Fabius Quintil. & Annæus Seneca, qui hunc tradunt habuisse diu iniquissimam litem cum M. Cic. de principatu eloquentiæ, & contra Vatinium in eo accusando violentum se atque acerrimum præstitisse. Perit vero Calvus juvenis adhuc, ut ipse Cicero videtur ostendere.

## DE C. HELVIO CINNA.

*Ex Burmanno.*

**P**hilargyrius ad Virg. Ecl. IX. 35. e Catullo & Quintiliano [Lib. X. c. 4.] refert, Poema Smyrnam a Cinna per novem annos pressum elaboratumque fuisse, eoque respicere Horatium in Art. Poet. *nonumque prematur in annum;* licet Servius ibidem *decem* annos tradat. Quod vero addat, nonnullos ejus ætatis Grammaticos ex enarratione obscuri hujus poematis magnam gloriam consecutos, sine dubio ad Luc. Crassitium referendum est. Catulli Epigramma, quod idem innuit Philargyrius, est Ep. XCVI, & incipit;

*Smyrna mei Cinnae nonam post denique mensem,  
Quam cepta est, nonamque edita post hiemem.*  
unde firmatur, quod Philargyrius de poemate Cinnae per novem annos laborato tradit, &  
tem-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies






## DE C. T I C I D A .

*Ex Crinito.*

**C**Ajus Ticida in scribendis Epigrammatis claruit his maxime temporibus, quibus Cor. Cinna, Val. Catullus & Cornificius præstiterunt. Afferuntur a Grammaticis nostris Ticidæ versus, ex quibus colligitur, fuisse illum eleganti ingenio, & ad scribendum carmen accommodato. Non desunt apud nos qui tradant ab eodem Ticida dilectam fuisse Metellam, quam mutato nomine Petillam appellavit: quod etiam Catullus fecit, qui Lesbiam pro Clodia nominavit. Habuit inter principes amicos Val. Catonem, cujus poemata illustravit editis versibus de Lydia illius. Priscianus Ticidam in Hymeneo citat. Ovidius quoque inter eos poetas hunc enumerat, qui amores decantarunt, ut Metellum, Cornificium Hortensium, Calvum, & alios. Hæc sunt quæ de C. Ticida apud veteres legimus.



## DE FURIO ANTIATE.

*Ex Crinito.*

**F**urius Antias poeta insignis habitus est, & inter vetustiores receptus. Macrobius Furium hunc, & alios complures enumerat, a quibus poeta Virgilius permulta (ut fit) mutuatus est: ut Ennium, Nævium, Accium, Lucretium, & Varium. Idem Furius annales composuit hexametris versibus, & poemata satis erudite, & eleganter. Neque probandus est Cessellius Vindex Grammaticus, qui reprehendere Furium ausus est, atque in ordinem redigere. Qua in re parum prudenter se criticum professus est, ut A. Gellius testatur. Itaque petulantia simul atque inscitia arguitur, quod hæc verba damnaverit in Furii poematis, id est, terram lutescere, noctescere, increfcere, purpurare, opulescere. Nonius Marcellus & alii Grammatici persæpe afferunt versus Furii Antiatis, ex quibus colligitur, non defuisse ingenium aut eruditionem.



## DE LAUREA TULLIO.

*Ex Crinito.*

**L**Aurea Tullius, M. Tullii oratoris libertus fuit, & a patrono suo propter ingenium atque eruditionis elegantiam magnopere dilectus. Cicero enim Tironem ac Lauream libertos suos magni fecit, quod cum alia multa tum illius epistolæ testantur. Ipse autem Lauream ingenio præstitit, ac in poematis scribendis claruit: quæ res Plinii testimonio patet, qui præcipuis laudibus carmen illius commendat. Inter alia epigrammata scripsit illud notum de laude Marci Ciceronis, ac de aquis in Academia villa erumpentibus, quæ remedium agris oculis afferrent. Leguntur & apud Græcos epigrammata Laureæ, in quibus par elegantia atque eruditio habetur. Mihi non satis constat, an idem sit qui fuerit Marci Tullii libertus.

DE C. CÆSARE AUGUSTO,  
ET C. CILNIO MÆCENATE.

*Editor.*

**C**æsar Octavianus Augustus Imperator, & C. Cilnius Mæcenas Eques, Poetarum sui temporis amplissimi fautores, & ipsi etiam a Musis non alieni, adeo celebres fama feruntur, ut prolegomenis egere non videantur.



## D E Q. V A R O .

**V**ari poetæ diversi ab Alfeno Varo Jcto, & a Varo duce exercitus, mentio apud Horat. & Servium in 8. Eclog. Vide Diarium Venetum Giornale de' letterati d' Italia Tom. 10. p. 266. seq.



est a poeta Tibullo: qui eum dicit aptissimum ad canendas laudes Messalæ, & assurgere in carmine ad Homerum.

TULLIO.

## DE C. RABIRIO.

Ex Crinito.

**C**Ajus Rabirius poeta insignis habitus, ut a multis traditur. Fabius Quintilianus censor omnium pene scriptorum, posuit hunc Rabirium in eodem poetarum numero, qui Epicuri appellantur: sicuti Varronem Atacinum, Corvinum Severum, Saleium Bassum, Lucanum, & alios. Laudatur maxime ab Annæo Seneca & Ovidio, quod in suis carminibus nultum animi ac virium demonstravit. Verba Senecæ hæc sunt de Rabirio. "Egregie mihi, hi videtur M. Antonius apud Rabirium poetam, tam exclamare, quum fortunam suam ad alios transeuntem videt, nihilque aliud sibi relictum præter jus mortis."

Hoc habui, quodcumque dedi...

Parum mihi compertum est, an idem sit hic Rabirius, qui Satyras scripsit: quod a Fulgentio refertur. Rabirius, inquit, in Satyris sic Mecennia:

*Abstemium temulenta fugit Mecennia nomen.*

Hæc sunt quæ legimus de C. Rabirio apud veteres auctores.

## DE T. VALGIO.

Ex Crinito.

**T**itus Valgius inter eos poetas refertur a Veteribus, qui Elegias & Poemata scriferunt. Familia ortus est nobili, & insigni, et quæ consulares viros tulerit. Neque desunt, qui ejus ingenium atque elegantiam commentent in scribendis carminibus. Horatius Flaccus plurimum tribuit Valgio; & in eodem numero eum collocavit, in quo Plotium, Varium, Mecænatem, Asinium & Virgilium: ad quorum judicium sua scripta probari postulat. Messala item Corvinus (qui cum rebus præclare gestis tum eloquentia maxime præstitit) magnopere Valgium coluit propter ejus elegantiam & ingenium. Itaque præcipue laudatus

est a poeta Tibullo: qui eum dicit aptissimum ad canendas laudes Messalæ, & assurgere in carmine ad Homerum.

## DE CORNELIO GALLO.

**C**ornelius Gallus Forojulienensis, Orator & Poeta clarissimus, cui Virgilius Eclogam X. & Parthenius Græcus scriptor Eroica sua inscripsit a Strabone Lib. XVI. p. 780. vocatur Ælius Gallus, ad quem locum vir summus H. Casaubonus: *Hic est Gallus ille Poeta egregius, qui Euphorionem latinis versibus expresserat, Virgilio apprime charus, ut testatur ecloga postrema, & ibi Servius. Fuit & Augusto aliquando charissimus, a quo primus omnium constitutus est ὑπαρχος Αἰγύπτου qui vocatur Præfectus Augustalis, ejusdemque jussu suscepit expeditionem, quæ hic a Strabone describitur. Postea in odium Augusti ita venit, ut coactus sit suis manibus se interficere [a] ut testatur Eusebius in Chron. & Sueton. ac Dio, qui mode eum Gallum Cornelium appellat, ut Suetonius Cornelium Gallum, modo Ælium Gallum, ut Strabo & Josephus. Eusebio dicitur Cajus Cornelius Gallus. Historiam hujus expeditionis refert Dio libro LIII. Alia de hoc Gallo lectorem docebit doctissimus & humanissimus vir Justus Fontanini in libro de Scriptoribus Forojulienensibus.*

Addit Gyraldus: *Unam vero vel alteram elegiam ipsius Galli esse non abnuerim. Quibus verbis respexit forte ad Elegiam a prioribus diversam, quam sub Galli nomine cum tribus Epigrammatibus separatim deinde Florentiæ vulgavit Aldus Manutius Pauli F. cujus hoc est initium:*

*Non fuit Arsacidum tanti expugnare Seleucen,*

*Italæque ultori signa referre Jovi.*

Sed & hanc elegiam Gallo abjudicant P. Pithæus, & alii viri docti, quemadmodum & carmen Lyricum, quod incipit: *Lydia bella puella candida;* & decastringon ad Augustum

i

de

(a) Hoc factum est Anno U. C. 728. ante Christum 26. Vide Dionem Lib. LIII. p. 512.

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii

libertus  
propter ingenium  
nam magnopere dile-  
ctum ac Lauream  
cum alia multa  
tur. Ipse autem Lau-  
in poematis scriben-  
tium testimonio patet  
tarmen illius commea-  
mata scripsit illud no-  
icronis, ac de aquis in-  
tribus, quæ remedia  
Legatur & apud Gra-  
z, in quibus par ele-  
Mih non fati-  
Marci Tullii



LXVI

de morte Virgilii, cujus hic primus est versus: *Temporibus letis tristamur, maxime Cæsar.* Omnia hæc leguntur in collectionibus P. Pithœi & Goldasti, & in editionibus quibusdam Catulli, Tibulli, Propertii, ut illa, quam Simon Abbes Gabbena adornavit.

Allegatur Gallus a Vibio Sequestre libello de fluminibus pag. 333. *Hypanis Scythiæ, qui ut ait Gallus,*

*Ut tellures dividit amne duas.*

*Asiam enim ab Europa separat.* Fugiebat hic locus elegantissimum Brouckusium, cum in præclaris suis ad Propertium notis pag. 209. scriberet, ne unum quidem Galli fragmentum exstare hodie apud Grammaticum ullum. Ita enim ille ad hæc Propertii II. 25. v. 91.

*Et modo formosa qui multa Lycoride Gal-*  
*lus*

*Mortuus inferna vulnera lavit aqua.*

Ex Euphorione Chalcidico expressum notat eruditissimus Schottus lib. 2. *Observ. Human. c. 26.* cujus Poetæ scripta omnia interciderunt, quamvis eum latinum (b) fecisset hic ipse Gallus, qui nec in suis quidem carminibus mitiorem habuit sortem. Adeo enim funditus perierunt omnes viri eximii lucubrations, (nam præter Euphorionem Latio donatum quatuor Amorum libros laudat Servius ad Eclog. 10.) ut ne unum quidem inde fragmentum exstet hodie apud Grammaticorum ullum. Quod valde mirum videri potest, quum in magno pretio fuerit, etiam post mortem. Nam ne famæ ejus obfuisse putes indignationem Augusti, satis superque evincunt luculenta testimonia magnorum hominum, qui cum Augusto vixerunt. Itaque nihil nobis restat de Cornelio Gallo præter solam memoriam. Nam libellus ille, qui vulgo sub ejus nomine circumfertur, auctorem habet nescia quem Maximianum, scriptorem barbarum, lutulentum, ac tantum non stercorem. Primus fucum studiosis hominibus facere ausus est sub nomine tam bono Pomponius Gauricus, & successit ei mangonium,

(b) Servius in Eclog. VI. Hoc autem Euphorionis continent carmina, que Gallus transtulit in sermonem latinum. Et in Eclog. X. Hic est Cajus Asinius Gallus Orator, Asinii Pollionis filius, qui ante omnes primus Ægypti præfectus fuit, eximius poeta: nam & Euphorionem, ut supra diximus, transtulit in latinum sermonem, & amorum suorum de Cytheride libros scripsit quatuor. Pichus Grammaticus: Euphorion elegiarum scriptor Chalcidensis fuit, cujus in scribendo colorem. secutus videtur Cornelius Gallus.

quamquam contra starent viri eruditissimi, apud plaudentibus inficeti vulgi suffragiis. Verum quum lucem claram ferre non posset fœtus hic nocturnus, prodiit paulo post alia elegia auctorem ementita Asinium Gallum, cujus hoc est initium: Non fuit Arfacidum &c. Edita autem fuit Florentiæ ab Aldo Manutio P. F. De ea quid senserit jam tum Josephus Scaliger, notum est, & plus quam verum. Quid igitur sibi voluit homo multi nominis Renatus Rapinus, qui post composita nescio quam feliciter tot paria summorum ex antiquitate virorum, præferre ausus est Cornelium Gallum [in elegia ne erres] Catullo ac Mecenati? Ecce ejus verba: Il nous est resté quelques Elegies de Catulle, de Mécenas, de Cornelius Gallus, qui sont d'une grande pureté, & d'une grande délicatesse: mais le vers de Catulle & de Mécenas est d'une trop grande molesse, & d'une negligence trop affectée: celui de Cornelius Gallus est plus rond, & il soutient mieux. O jugement! Or tamen hæc qui libenter legunt, multum sibi proficere videntur. Quintilianus lib. I. Instit. Or. c. 5. In Oratione Labieni sive illa Cornelii Galli est in Pollionem Cæsar affectator: e Gallia ductum est. Servius ad Eclog. X. testatur Virgilium multos versus de Galli translatis carminibus Eclogæ illi inseruisse. Donatus vero in Virgilii vita, cum Euphorionem a Gallo reditum latino carmine, & libros quatuor amorum de Cytheride [quæ ipsi Lycoris] (c) scriptos ab eo narrasset, subjungit eum valde dilectum a Virgilio, ut liber quartus Georgicon a medio usque ad finem laudes ejus contineret: sed illo apud Augustum postea adducto in suspicionem conjurationis (d) & occiso, Virgilius jubente Cæsare Galli laudes in Aristæi fabulam commutavit. Galli commentarios de expeditione Arabica memorat Plinius VI. 28. Hist. Cornelianam chartam a Cornelio Gallo Ægypti præfecto primum confectam Isidorus VI. 19. Originum. In versibus Propertio, Ovidioque duriores jam olim judicavit Quintilia.

(c) Ovidius lib. 1. amor. elegia 15;  
Gallus. & Hesperis, & Gallus notus Eois,  
Et sua cum Gallo nota Lycoris erit.

(d) Gonfer Jo. Conradum Dietericum in vita Augusti Imp. p. 125. Petrum Crinitum de Poetis latinis c. 42.



tilianus lib. X. cap. 1. Dionysius Nestor in  
dictionario edito Argentorati A. 1507. fol.  
113. hoc Galli citat: *Praxitelis manibus vivo  
iterum Niobe*, cum quo Bernardus Moneta  
confert hoc Epigramma Græcum lib. 4. Antho-  
log. c. 9.

Ἐκ ζωῆς με θεοὶ τένυξαν λίθον, ἐν δὲ  
λίθῳ

Ζωὴν Πραξιτέλης ἔμπαλιν ἐργάτατο.

## DE L. VARIO.

*Ex Crinito.*

**L**ucius Varius iisdem temporibus floruit,  
quibus in eloquentia præclari habiti sunt  
Messala Corvinus, M. Callidius, Numatius  
Plancus, & Asinius Pollio. Relatum est ab  
antiquis eundem Varium inter Epicos poetas  
censeri, & in scribendis Tragædiis maxime  
præstitisse. Quocirca magnopere dilectus est a  
principe Octavio, qui in studio poetices ma-  
gna voluptate versatus creditur. Tantum illi  
tribuit Horatius Flaccus, ut, cum scriberet ad  
M. Agrippam consularem virum, unum dicat  
esse L. Varium, qui possit ejus gesta atque  
egregias virtutes præclarissimo carmine posteris  
commendare. Corn. Tacitus sub Materni per-  
sona ita laudat Varii Thyestem & Ovidii Me-  
deam, ut inter præcipua opera referat. Nul-  
lus, inquit, liber Pollionis Asinii aut Messa-  
læ tam illustris est, quam Medea Ovidii, aut  
Varii Thyestes. Sed & Fabius Quintilianus  
auctor est, Varii Thyestem cum omnibus qui-  
dem Græcis potuisse conferri. Tantum subli-  
mitate carminis & ingenii facilitate excellit.  
Habit inter amicos Horatium Flaccum, Pol-  
lionem Asinium, & Plotium Tuccam. Pu-  
blius autem Virgilium familiarissime coluit,  
ut in eodem contubernio versarentur. Neque  
desunt qui scribant fuisse dilectam a P. Vir-  
gilio uxorem Varii; eoque nomine dono illi  
datam tragædiam a se compositam; ac deinde  
sub nomine ipsius Varii editam. Quæ res a-  
perte refellitur auctoritate doctiorum. Illud pro  
comperto habetur; relictos fuisse hæredes a P.  
Virgilio ex parte L. Varium & Plotium Tuc-  
cam: tum illis demandatum prudentia & au-  
toritate Octavii principis, ut Ænean Virgilii  
emendarent; sed ea conditione, ut nihil operi  
adderetur. Quidam ætate nostra imprudenter

faciunt, qui cum L. Vario Quintilium Varum  
confundunt: parum intelligentes quantum in-  
ter se differant & carminum genere & mo-  
ribus.

## DE DOMITIO MARSO.

*Ex Crinito.*

**D**omitius Marsus poeta insignis est habitus  
in scribendis Epigrammatis, ut veteres  
testantur. P. Ovidius & hunc ipsum nomi-  
nat inter poetas sui temporis; ut Corn. Seve-  
rum, Montanum, Pedonem, Rabirium, & re-  
liquos. Laudantur ejus Epigrammata, cum ab  
aliis, tum a Val. Martiale, qui, ad exem-  
plum illius, lascivam verborum licentiam ex-  
cusat in suis carminibus. Idem Marsus com-  
posuit bellam Herculis contra Amazonas: eo-  
que argumento vocavit Amazonidem suum o-  
pus: in quo non magnam laudem adeptus est,  
ut ex antiquis auctoribus possumus colligere,  
vulgatis versibus, in quibus poetæ Persio post-  
ponitur. Melenin puellam dilexit, eamque ce-  
lebravit longo carmine; ut Catullus Lesbiam.  
Quocirca sic de Marso Val. Martialis:

*Nota tamen Marfi fusca Melenis erit.*

## DE CÆSIO BASSO.

*Ex Crinito.*

**C**æsius Bassus inter poetas lyricos relatus  
est. Floruit ætate Claudii principis, &  
usque ad Flaviorum imperium pervenit; quod  
ipsum Fabius Quintilianus testatur: qui refert  
illum a se visum, quo tempore libros suos de  
oratoria institutione componeret. Fuit hoc ob-  
servandum ea ratione, ut facilius devitemus il-  
lorum errorem, qui parum prudenter de Cæso  
Basso differunt. Item libros aliquot scripsit  
vario & multiplici carmine: ut Flaccus apud  
nos, & Pindarus apud Græcos. Veteres aucto-  
res cum de poetis lyricis agunt, Horatium  
Flaccum & Cæcium Bassum præcipue enume-  
rant, qui legi mereantur. Diomedes quoque  
Grammaticus Molossicos numeros refert (qui  
durissimi habebantur) a Cæso Basso composi-  
tos. Amicos habuit P. Ovidium & Persium

non possit fatus hi-  
pali alia elegia audi-  
tura, cuius hoc est in-  
um &c. Edita autem  
Mantuanio P. F. De  
sepibus Scaliger, necna  
1. Quid igitur sibi ve-  
Renatus Rapius, qui  
iam feliciter tot pariu  
virorum, præferre au-  
[in elegia ne erres]  
eius verba: Il nous  
de Catulle, de Mece-  
s, qui sont d'une gran-  
rante délicatesse: mais  
de Mécenas est d'une  
d'une negligence trop  
melius Gallus est plus  
ieux. O jugement! O  
legent, multum sibi præ-  
ianus lib. I. Infit. On  
si fere illa Cornelii Gal-  
e. Auctor: e Gallia de-  
log. X. testatur Virgi-  
Galli translato carmi-  
isse. Donatus vero in  
sborionem a Gallo red-  
& libros quatuor ami-  
pli Lycoris] (c) scri-  
jungit eum valde dil-  
ber quartus Georgicon  
laudes ejus continue  
psum postea adducto is  
is (d) & occiso, Vir-  
Galli laudes in Aristot-  
Galli commentariis de-  
terat Plinius VI. 28.  
um a Cornelio Gallo  
in confectam. Isidorus  
La veribus Propertio  
n olim iudicavit Quir-  
tulia.

n. elegia 19  
- Galle mane Eui,  
- Lioreu eni  
- m Diereicent in vita A-  
- Cribitum de Poetis lan-



LXVIII

Satyrarum Scriptorem, qui ad hunc Bassum scribit.



DE ÆMILIO MACRO.

*Ex Crinito.*

**Æ**Milius Macer patria Veroneasis fuit, ut quidam existimant. Ingenio & doctrina traditur præstitisse: quod ejus carmen satis indicavit. Floruit his maxime temporibus, quibus Messala Corvinus & Asinius Pollio in latina eloquentia claruerunt. Id quum aliis multis colligitur, tum ex Pub. Ovidio, qui comes illi fuit, dum iter faceret in Asiam, ac Siciliæ regionem perlustraret. Amicos præcipue habuit Albiū Tibullum & Ovidium ipsum: cum quibus propter suavitatem morum atque communia studia, magna familiaritate versatus est. Idem Macer præter opus de Bello Trojano scripsit etiam libros de venenatis animantibus, ac de herbis: secutus Nicandrum poetam Colophonium. In quibus non medio-crem laudem gult suæ diligentiae atque laboris. Fabius Quintilianus elegantiam carminis in hoc poeta commendavit; ac legenda quidem esse illius opera refert; etsi ad eloquentiam oratoris non multum pertinere videantur. Obiit in Asia paucis annis post Pub. Virgilium; ut ab Eusebio relatum est.



DE C. ASINIO GALLO.

*Ex Crinito.*

**C**Asinius Gallus patrem habuit Asinium Pollionem virum consularem & in Romana eloquentia excellentem. Filius Asinius diligentia & studio parentis secutus est primo disciplinam paternam: deinde in poetica suum ingenium præcipue excoluit. Annæus Seneca & alii veteres oratorem & poetam hunc faciunt. Afferuntur a nostris grammaticis versiculi aliquot Galli Asinii: ex quibus apparet quantum valuerit in scribendis epigrammatis & acumine & gratia. Fecit inter cætera carmen de Pomponio grammatico; quem pugilem fuisse jocatur. C. quoque Plinius de Asinii

epigrammatis meminit in epistola ad Pontium: Dicit enim scriptos libros a Gallo Asinio de comparatione patris & Ciceronis: in quibus amores M. Tullii cum suo Tyrone retulerit.



DE ALPHIO AVITO.


*Ex Burmanno.*

**V**Ossius de Poet. Lat. p. 39. plura adfert de hoc Fl. Alphio Avito, quem duos virorum excellentium libros, e quibus petitum fragmentum, scripsisse notat. Qui utinam exstarent! nam reliquorum sane desiderium haud exiguum nobis movent hi versus ex tanto naufragio superstites, qui sunt ex libro II. Excellentium: nam ita eos tribus diversis locis adfert Priscianus. Sed plures tamen numero, quam duos Excellentium Libros reliquisse Avitum colligo ex Terentiano Mauro pag. 101. b. ed. Brissæi:

*Ut pridem Avitus Alphius  
Libros poeta plusculos  
(Usus dimetro perpeti)  
Conscripsit Excellentium.*

Recte autem Steweckius & Valesius duos ultimos versus, licet separato a reliquis loco a Prisciano producantur, retulerunt ad hanc historiam; sunt enim proditoris Ludimagistri ad Camillum verba: ideoque ejus ceteris subjuxi. Vide etiam de hoc fragmento Barth. ad Claudian. Bel. Gildon. v. 276. & Salmasii ac Dukeri notas ad Florum Lib. I. cap. XII. §. 5. qui recte refutat errorem Salmasii, versus hos Varo, ut Steweckius fecit, adtribuentis, sub cujus nomine perperam eos etiam profert Delrius ad Livii Epit. Lib. V. init., ubi vide notas Drakenb. & ad c. 27.





## DE POMPONIO SECUNDO.

Ex Crinito.

Pomponius Secundus nobili ac illustri familia natus, iisdem temporibus claruit in urbe, quibus optimi rhetores habiti sunt Porcius Latro, Domitius Afer, & Albutius Sylo. Inter eos poetas refertur qui tragœdias composuerunt, ut Accius, Pacuvius, & Attilius. Relatum est a Fab. Quintiliano, longe omnium excelluisse hunc Pomponium in eo genere carminis, quos ipse viderit. Tanta enim doctrina atque sublimitate excelluit, ut vulgo sit appellatus Pindarus Tragicus. Multa de Pomponio traduntur ab antiquis Scriptoribus; quæ copiose indicant vixisse illum in summa dignitate & gratia apud nobiliores civitatis. Quod & C. Plinius asserit, qui duos libros composuit de vita & moribus Pomponii Secundi: tantum illius nomini summisque virtutibus concessit. Germanico Cæsari gratissimus fuit, quem aliquando cœna accepit, ut notatum est ab antiquis. C. Plinius eundem Pomponium civem ac vatem clarissimum vocat; quo loco de monumentis Tiberii & Caii Gracchorum disserit. Afferuntur versus a Mauro Terentiano & aliis veteribus; ex quibus facile intelligitur quantum iacturæ factum sit ex amissione Tragœdiarum Pomponii. De obitu illius nihil apud auctores legimus.




## DE CNEO GETULICO.

Ex Crinito.

CN. Getulicus poeta nobilis habitus est in scribendis Epigrammatis, ut Grammatici nostri tradunt. Val. Martialis ad exemplum Getulici carmina sua excusat, si paulo lasivior in illis videretur. Relatum est ab antiquis scriptoribus fuisse ab eo dilectam puellam nomine Cesensiam, magnoque studio celebratam: ut Corinnam ab Ovidio, Lesbiam a Catullo, Argentariam a Lucano: quod a Sidonio scri-

bitur in epistola ad Hesperium. Valerius Probus affert versus Getulici, cum de cardinibus cæli loquitur.




## DE C. DOMITIO NERONE IMPERATORE.

Ex Burmanno.

Fragmentum Neronis servavit Scholiastes antiquus Lucani ad Lib. III. 261. ex quo illud adfert etiam Gruterus ad Senecæ Lib. II. Quæst. Nat. cap. 26. & a P. Pithæo secum communicatos hos versus vulgavit Obsopæus ad ejusdem Lib. III. cap. 25. quos ex Neronis Troicis desumptos recte suspicabatur Vossius de Poet. Lat. cap. 3. p. 43. probante illic Cels. Opudendorpio, primo versu *pererratam* juncta voce scribendum. Ista Neronis Troica indicat Juvenalis Sat. VIII. 221. *in scena nunquam cantavit Orestes, Troica non scripsit*, ubi Scholiastes a Pithæo editus: *hoc ideo, quia Nero Troados libros scripsit. Unde & maxime insanivit, quia poeta fuit.* Ibidem Scholiastes Vossianus ineditus hæc habet: *Nero Troica, id est excidium Trojæ scripsit, & volens probare quantum fuerat subversa Trojæ incendium, jussit Romam incendi, & per hoc nactus occasionem Seniores interfecit.* Et paulo post, *Quid Nero, Ne quis diceret sed casus Iliadum (Troica in alio codice) bene descripsit. Ad hoc poeta in tanta tyrannide, inquit, sua nihil [fuit quod] fecit, quippe qui intrepidus suam ardere passus est civitatem, ut describeret Troicam, quam ipse condiderat.* Meminit eorumdem Servius ad V. III. Georg. 36. *vel Cynthium dicit Regem Trojæ, quem in Troicis suis Nero commemorat.* Non enim Nero tantum adfectavit carminum studium, ut dicit Tacit. XIV. Ann. cap. 16. ubi vid. Lips. sed & ad Poeticam prænus carmina libenter ac sine labore composuit, nec, ut quidam putant, aliena pro suis edidit, teste Sueton. cap. 52. Plura vide apud Gonsal. ad Petron. cap. 89. ubi & promittit librum singularem de Neronis Operibus. Sub titulo *Neronis Troicon* laudat Scholiastes Persii ad Sat. 1. 137. idque forsân rectius, ut *Satyricon, Georgicon, Bucolicon, Argonauticon, & sim.* de qui-



quibus vide Nic. Heins. ad init. Bucolic. Virg.



## DE SEXTILIO HÆNA.

*Ex Crinito.*

**S**extilius Hæna natione Hispanus, patria Cordubensis fuit; ex eodem municipio quo Lucanus poeta, Annæus Gallio, & uterque Seneca. Traditum est de hoc Sextilio fuisse illum magis ingeniosum quam eruditum, & in suo carmine peregrinum quoddam & inæquale retinuisse; ut est auctor Seneca. Inter alia opera carmen composuit de laude & interitu M. Tullii; quod ab eodem recitatum est in ædibus Messalæ Corvini. Qua in re non præmittam referre hoc loco, quod acciderit factis urbanum ac lepidum de Asinio Pollione. Is enim cum esset convocatus ad audiendum Sextilium, non potuit sibi temperare quo minus indicaret, quam infensus esset nomini M. Tullii, quamque iniquo animo illius laudes acciperet. Nam cum principio Sextilius hoc carmen retulisset:

Desiendus Cicero, Latæque silentia linguæ;

Tum Pollio Asinius vehementer ea re permotus: Tu, inquit, Messala, videris, quid tibi liberum sit in domo tua: ego istum non sum auditurus, cui videor mutus. Et simul confurgens discessit, ne cæteros versus audiret. Per multa referuntur de hoc Sextilio & ejus ingenio, cum alibi, tum apud Annæum Senecam in controversiis.



## DE VOLCATIO SEDIGITO.

*Ex Crinito.*

**V**olcatius Sedigitus in poetica illustris est habitus, ut a C. Plinio refertur; qui hunc ipsum locis pluribus celebrat. Gellius complures versus ejusdem Volcatii reperit in Atticis noctibus: ex quibus facile colligitur

præstitisse illum ingenio & multiplici doctrinâ: Neque desunt apud veteres, qui asserant appellatum fuisse Sedigitum ea ratione, quod singulis manibus senos digitos haberet. Unde & Horatii filia Sedigitæ nuncupata sunt: de quo scripsimus suo loco. Idem Volcatius librum composuit de poetis Latinis senariis versibus; quo opere judicem se atque criticum probavit in adnotandis atque judicandis poetis; quod & Lucilius & Horatius Flaccus fecerunt. Fuisse alterum Volcatium constat, qui Romæ nobilissimus est habitus, quique jus civile Cæsellium edocuit. Quod & Cajus Plinius commemorat.



## DE C. PLINIO SECUNDO.

**C** Plinius Secundus Cæcilius (e) ex Novo Como Italiæ Transpadanæ oppido, Plinium Majorem Avunculum, Quintilianum & Nicetam Sophistam Præceptores habuit, disertissimus in foro causarum Patronus: variis honoribus, iisque maximis [f] in Republ. gestis, Imperatori Trajano charissimus obiisse videtur postremis annis ejus imperii. Vitam Plinii post Cataneum, Lycosthenem, Rittershulium & Christophorum Cellarium consignavit Saffius Gallicus interpres, & diligentissime Joannes Masson, a quo scripta Plinii vita editioni Oxoniensi Epistolarum A. 1703. 8. præmittitur. Castigantur in hac vita nonnulla tradita ab H. Dodvvello in Annalibus Statianis & Quintilianeis, a quo & ipso viro præstantissimo Annales Plinianos expectavimus. Plinii

(e) A Josepho Scaligero vocatur C. *Plinius Secundus Cæcilianus*. Sed vide Vossium lib. 1. de Analogia c. 7. *Veronensem* appellat Beda de sex ætatibus, sive per errorem, sive propter avunculum Veronensem Plinium, a quo fuit adoptatus. Confer Jo. Mansionarii animadversionem de duobus Pliniis Veronensibus oratoribus.

(f) Cum consulari potestate in Bithyniam missus est a Traiano. Confer Gruteri inscript. p. 454 & A. Pagi ad A. C. LXIX. num. IX. ubi discas consulari potestate [civilis] diversam fuisse ab imperio consulari (militari). Etiam Consulatum fuisse constat ex ipsius Panegyrico. Licet enim a Dione, Cassiodoro & aliis inter consules non refertur, Trajanus ei tertium suum consulatum Anno Christi 100. resignavit, ut præter alios notatum Joanni Lightfooto. p. 155. seq. Opposthum.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.


**Continue**

\*Fair usage policy applies



(b) Adventum amicum suum, capitibus 57. quorum index ab Auctore præfixus occurrit in editione præstantissima, quam cum locupletissimis & diffusæ eruditionis commentariis exercitationum Plinianarum titulo insignitis [i] *Salmastium* in lucem emisisse, paulo ante dixi.

Carmine quoque valuisse Solinum patet ex fragmento (k) Ponticon, quod in Appendice Virgilii, & inter Poemata vetera vulgata a Petro Pithoco, & emendatius in Salmastii prolegomenis legitur. Exhibetur item a Jano Ulitio inter rei venaticæ Scriptores p. 18. Confer ejus notas p. 442.



## DE AULO SEPTIMIO SERENO.

Ex Burmanno.

**N** Ic. Loensis Lib. V. Epiphyll. cap. 4. in Tom. V. Fac. Crit. Grut. multa erudita de hoc Septimio Sereno, Phalisco dicto ex genere carminis quo ulus est, ibidem collegit, nam & *poeta phaliscus* vocatur hic Serenus eidem Terentiano p. 82. b. Ejus etiam versus e Terentiano exhibet H. Stephanus in Fragm. Vet. Poet. Lat. pag. 410. Sed qui in eo errat, quod Septimium & Aulum Serenum diversos faciat: nam ex Septimio hos versus illic profert, & sequente pagina alios itidem apud Terentianum Maurum exstantes sub nomine Auli Sereni producit, ut recte ad marginem exemplaris sui notavit Jacobus Roverius, Hardinxveldii quondam Toparcha, & N. Heinfrici cognatus, aliudque Sereni hujus fragmen-

ter alia docet, Solini Polyhistorum ante 600. annos a monacho carmine heroico redditum esse versibus heroicis, idque carmen superesse MS.

(b) Is in antiquioribus editionibus perperam vocatur *Autius* pro quo *Antium* vel *Avitum* reponebat Delrio. Ineptius Jacobus Philippus Bergomensis legit *Augustum*, qui ei fons erroris de Solini ætate.

(1) Salmastio e Galliis Lugdunum Batavorum ingresso, P. Scriverius dixisse fertur: *Salvo sal & sol Solini*.

[k] In illo heroico carmine τὸντιν æquoreas caterwas, sive pisces, & animalia maris descripserat Solinus imitatus Halieutica Ovidii. Sed vix primi 22. versus supersunt, etsi Barthius p. 1990. Adversariorum illum neget umquam reliqua absolvisse.

tum exstare adscripserat apud Diomedem Grammaticum pag. 372. 4. *Severus Distractus atque salites*, ubi legendum *Serenus* putabat. Eundem hunc Serenum in Opusculis aliquoties etiam ad partes vocat Nonius Marcellus, Martianus Capella, & Marius Victorinus Lib. III. de ration. Carm. p. 178. & 179. ubi profert carmen ex Septimii Opusculis, *Inquit amicus ager &c.* ut & Terentianus pag. 87. b. quod suo loco in hæc Catalecta retulimus. Sæpe etiam Serenum hunc citat Servius ad Virgilium variis in locis, quos vide apud Gronov. Lib. III. Observ. cap. 16. ubi nonnulla de hoc Septimio Sereno notavit. Eum inter incertæ ætatis poetas retulit Vossius de Poet. Latin. cap. 8. & simpliciter vocat *Aulum Serenum*. Floruisse tamen Vespasianorum ævo, & a quibusdam cum Sereno Sammonico confusum fuisse putat Sirmond. ad Sidon. Apollin. pag. 145. Huic Aulo Septimio Sereno Moretum adscribebat Scaliger ad Catalect. pag. 158. & notat Crinitum nugari, qui Serenum hunc Faliscum Afrum faciat, & sic Barthius Lib. XXXV. Advers. 8. & ad Claudian. II. Rufin. 108. ed. pr. qui passim in notis ad Statium loca ex Moreto sub illius nomine producit. Ejusdemque esse opinor versus illos trochaicos, quos ex Commentatore antiquo adfert ad Lib. IV. Theb. 502. Ceterum hos Septimii de Jano versus illustrat Boxhornius ad Plutarch. Quæst. Rom. pag. 108. & observat veteres in sacrificiis primo omnium compellasse Janum, (vid. Herald. ad Martial. pag. 93.) & quidem cum cognomine *pater*, ut *Jane pater* invocaretur, de quo vide Scriver. ad Martial. Lib. VIII. Ep. 8. pag. 167. Id patris nomen Jano tributum egregie Gronovius in Observ. Eccles. p. 97. reddidit Julio Firmico de Error. Profan. Relig. ubi de Saturno dicit: *Hic ex Creta fugiens a Spartanis absconditur*: ubi optime, *Spartanis* illis ejectis emendat, *a patre Jano absconditur*, & nonnulla alia loca huc facientia adfert. Reliqua vero Jani hoc in carmine cognomina illustrat Ouzel ad Minuc. Felic. pag. III. ubi etiam hos Septimii versus adfert, ut & Neapolis ad Ovid. Lib. 1. Fastor. v. 65. sed qui perperam *Quintum Septimium* vocat.





## DE HADRIANO IMPERATORE, ET FLORO.

*Ex Burmanno.*

**H**Adriani versus, quibus Floro respondet, noti etiam sunt, ut & illi, quibus animam suam morti vicinus adloquitur, quos ex Spartiano Pithœus Lib. IV. Epigr. vet. pag. 184. inseruit. Ei etiam tribuitur anacreonticum illud in equum Boristhenem, quod sub finem libri tertii idem edidit Pithœus, nisi id Græce ab eo compositum & a recentiore verum sit, ut putabat Vossius. Ita & Hadriani Epitaphium in tumulum Voconii memorat Apulejus in Apolog. pag. 13. ed. Pric. eumque etiam multos liberioris argumenti versus iussisse ibidem testatur, quod firmat Spartianus in Hadr. cap. 14. *Fuit enim poematum & literarum omnium studiosissimus, arithmeticæ, geometriæ, picturæ peritissimus. Jam psallendi & cantandi scientiam præ se ferebat: in voluptatibus nimius. Non & de suis dilectis multa versibus composuit, & amatoria carmina scripsit.*



## DE L. APULEJO.

**L**Apulejus ex Madaura Africæ Civitate semi Numida & semi Gætulus, Carthagine in pueritia disciplinas adeptus, orator, Jctus & Philosophus Platonicus nobilis doctusque utraque lingua Græca & Latina, non sub Trajano floruit, ut Petavio visum, neque Theodosii demum ætate, ut doctissimus quidam Jurisconsultus contendit, sed temporibus Antonini Pii ac fratrum M. Antonini Philosophi & Veri, uti ex Apologia Apuleji constat, qua ut alia jam omittam affirmat se Lolliano Avito præsentem differere, eique se purgare conatur. Floruit autem Lollianus sub divis fratribus Bithyniæ præses, qui attigit etiam Helvii Pertinacis adultam ætatem, etsi Pertinace ad imperium evecto Lollianum superfuisse ex Capitolino probari non possit. De ætate Apulleji falluntur haud dubie, qui ad quinti sæculi ini-

tia rejiciunt, ut Diarii Veneti auctores (Giornale de' Letterati d' Italia) T. 27. p. 80. nam post secundi sæculi initia floruisse, non inficiandis argumentis constat: meminitque ejus Lactantius V. 3 & ante Lactantium Septimius Severus Imp. in Epistola (Jul. Cap. in Albin. c. 12.) ad Senatum scribens, Clodium Albinum inter Milesias Punicas Apuleji sui consensescere. Apuleji effigies cum ramo lauri exstat in numo apud Andream Morellum in specimine rei numariæ antiquæ, Tabula 2. p. 45. ubi nomen sine prænomine *Apulejus* scribitur, non *Appulejus* sicut in aliis antiquis monumentis, ut in inscriptionibus Dalmaticis Jo. Lucidi p. 548. D. M. S. AP-PULEJO P. F. FRONTONI AE. II. VIR. QQ. PONT. SAE. MAXIMA MARITO D. S. B. M. Apuleji Theologiam exponit Christianus Falsterus in cogitationibus variis Philologicis editis Flensburgi A. 1719. 8. pag. 37. - 43.

Diectio Apuleji ingeniosa se audacique elegantia commendat, sed quandoque licentior est & durior in detorquendis vocabulis, adverbis præcipue & diminutivis. Multos passim in Metamorphoseon libris versus latere, qui neglecti & pro libera oratione habiti durum aliquid præferunt & inamœnum, observat Lipsius II. 11. elector. Sic statim initio libri I. Milesiar. versus jambicos observant Beroaldus & Rutgersius, & auctoritate Florentini Codicis ac veteris glossæ interlinearis in sua editione reponi curavit Elmenhorstius, etsi hoc minus probatur Priczo, in cujus tamen editione itidem versus, sed invito Priczo expressit typographus.



## DE ABLAVIO CONSULE.

*Ex Burmanno.*

**P**ithœus & Scaliger ediderunt Ablavii Cos. sed *Ablavius* recte scribitur in Sidonii Cod. MS. Bibl. Leidens. qui olim P. Danielis fuit, hic enim *Ablavius Ægyptius* cum Annio Basso Consul A. V. C. 1083. A. Chr. 331. occurrit in Almelov. Fast. Cons. p. 109. ubi *Ablavio* in Fastis Idatianis. Ejus instinctu Sopatrem Jamblichi æqualem Constantini tempore occisum, ex Eunapio docet Jonsius de Script. Hist. Philos. Lib. III. cap. 12. p. 272.





## DE Q. AURELIO SYMMACHO.

**Q** Aurelius Symmachus Romanus, Vir Consularis, & præfetus Urbis, causæ gentium adversus Christianos pertinax & ingeniosus assertor, Valentiniani II. Theodosii & filiorum tempora ingenio suo illustravit, inter præcipua, Ammiano judice, exempla doctrinarum & modestiæ numerandus. Perdita ejus Oratio in Vettium Agorium, (a) Prætextatum, cujus meminit lib. 1. Epist. 52. aliisque scriptis, exstant *Epistolarum ad diversos libri X.* post ejus obitum editi a filio Q. Flavio Memmio Symmacho V. C. quorum liber postremus Plinii junioris imitatione exhibet Epistolas scriptas ad Imperatores. Hujus libri Epistola LXI. est celebris illa *relatio pro ara Victoriæ* (b) Valentiniano oblata, sed fructus expers, & ab Ambrosio Prudentioque valide confutata.



## DE TURCIO RUFO ASTERIO.

*Ex Burmanno.*

**E**st hoc celebratum illud Aproniani Asterii, qui Consulatum gessit cum Præsidio A.

C. 494. Epigramma, quod in antiquissimo Virgilio codice MS. Bibliothecæ Medicæ, literis Romanis exarato, legitur post Bucolica, manu paullo recentiori, & minutis sed tamen Romanis literis scriptum: unde id produxerunt plurimi viri eruditi, eosque inter Norisius ad Cenotaph. Pisan. Diff. IV. c. 2. §. 1. Henr. Vales. ad Socrat. Hist. Eccles. Lib. II. cap. 29. Gorius in Inscript. Florent. Tom. 2. p. 452. & 453. Mabillon. Lib. V. de Re Diplom. p. 354. Murator. in Thesaur. Inscript. Tom. II. p. 662. & N. Heinsius in Dissert. de Codice Virgilii Mediceo, quam in Tom. V. Syllog. Epist. pag. 193. & seqq. a Patruo meo exhibitam, ex schedis Heinlianis auctiorem præfixi majori Virgilii editioni: ubi in præfatione de hoc Epigrammate egi, specimenque codicis ipsius, ubi hi versus leguntur, tabulæ æneæ incisum dedi pag. 6. sed quod inepto scio & nasuti Typographi arbitrio insertum fuit N. Heinsii Dissertationi de codice Mediceo; quum specimen illud Cocchianum hoc sæculo factum sit, a Cel. Dorvilio mihi suppeditatum. In Heinsii quoque libello Inscriptionum MSS. apographum ejus inveni, quod quum ex ipso Mediceo codice descripserit, illud expressi, adhibita editione Fogginiana, quæ Florentiæ 1741. ipsis characteribus literisque uncialibus, quibus exaratus est, nobis codicem illum, vetustate venerabilem, representavit, ubi ad finem Bucolicor. pag. 13. hoc Epigramma occurrit: cujus scripturam sequi, posthabitis aliorum lectionibus diversis, tutissimum arbitratus sum.

## PROLEGOMENA PARTIS TERTIÆ

Ethnica carmina minima incerta, sive Ethnicam Anthologiam continentis.

**P**ars hæc Prolegomenis non indiget, cum inscripta indicia auctorum, ex quibus singula carmina sunt petita, satis omnia præstare videantur.

(a) De hoc Agorio vide Sponii Miscell. p. 149.

(b) Confer Nic. Antonii Bibliothecam veterem Hispanam part. 1. p. 170. Gallice utramque Symmachi, & Ambrosii orationem vertit Girys.



# M. TULLII CICERONIS CARMINA

## FRAGMENTUM LIBRI II. DE SUO CONSULATU.

*Ipsè Cic. I. De Divinatione.*



**P**incipio ætherio flammatus Jupiter igni  
Vertitur, & totum collustrat lumine mun-  
dum,  
Menteque divina cælum terrasque petiſſit:  
Quæ penitus sensus hominum, vitasque re-  
tentat,

Ætheris æterni septa atque inclusa caver-  
nis.

Et si stellarum motus curſusque vagantes  
Noſſe velis, quæ ſint ſignorum in ſede locatæ,  
Quæ verbo & falſis Grajorum vocibus errant,  
Re vera certo lapſu ſpatioque ſerantur:  
Omnia jam cernes divina mente notata.  
Nam primum aſtrorum volucres te Conſule motus,  
Concuſusque graves ſtellarum ardore micantes:  
Tu quoque cum tumulos Albano in monte nivales  
Luſtraſti, & læto maſtaſti lacte Latinæ,  
Au-diſti & claro tremulos ardore cometas,  
Multaque miſceri nocturna ſtrage putaviſti,  
Quod ſerme dirum in tempus cecinere Latinæ,  
Cum claram ſpeciem concreto lumine Luna  
Abdidit, & ſubito ſtelliſſanti nocte perempta eſt.  
Quid vero Phoebi fax triſtis nuntia belli,  
Quæ magnum ad columen flammato ardore volabat,  
Præcipites cæli partes, obituſque petiſſet:  
Aut cum terribili percuſus fulmine civis  
Luce ſerenanti vitæ lumina liquit:

Aut cum ſe gravido tremefecit corpore tellus.  
Jam vero variæ nocturno tempore viſæ  
Terribiles formæ bellum motuſque monebant:  
Multaque per terras vates oracla furenti  
Pectore fundebant triſtes minitantiæ caſus:  
Atque ea, quæ lapſu tandem cecidere vetuſto,  
Hæc fore, perpetuis ſignis clarisque frequentans  
Ipſe Deum Genitor cælo terrisque canebat.  
Nunc ea Torquato quæ quondam & Conſule Cotta  
Lydius ediderat Tyrrhænæ gentis haruſpex,  
Omnia fixa tuus glomerans determinat annus.  
Nam pater altitonans ſtelliſſanti nixus Olympo,  
Ipſe ſuos quondam tumulos ac templa petiſſit,  
Et Capitoliſis iniecit ſedibus ignes:

Tum ſpecies ex ære vetus, generoſaque Natæ  
Concidit, elapſæque vetuſto numine leges:  
Et Divum ſimulacra peremit fulminis ardor.  
Hic ſilveſtris erat Romani nominis altrix  
Marræ, quæ parvos Mavortis ſemine natos  
Uberibus gravidis vitali rore rigabat:  
Quæ tum cum pueris flammato fulminis iſtu  
Concidit, atque avulſa pedum veſtigia liquit.  
Tum quis non artis ſcripta ac monumenta volutans,  
Voces triſtifiſſimas chartis promebat Etruſcis?

Omnes civili generoſam ſurpe profeſtam  
Vitare ingentem cladem peſtemque monebant:  
Vel legum exitium conſtanti voce ferebant,  
Templa deumque adeo flammis urbeſque jubebant  
Eripere, & ſtragem horribilem cædemque vereri.  
Atque hæc fixa gravi fato, ac fundata teneri,  
Ni poſt exciſum ad columen formata decore  
Sancta Jovis ſpecies claros ſpectaret in ortus.  
Tum fore ut occultos populus ſanctusque Senatus  
Cernere conatus poſſet, ſi ſolis ad ortum  
Converſa, inde patrum ſedes populique videret.  
Hæc tardata diu ſpecies, multumque morata,  
Conſule te tandem celſa eſt in ſede locata:  
Atque una fixi ac ſignati temporis hora  
Jupiter excelſa clarabat ſceptra columna:  
Ac clades patriæ flamma ferroque parata  
Vocibus Allobrogum patribus populoque patebat.  
Rite igitur veteres, quorum monumenta tenetis,  
Qui populos urbeſque modo ac virtute regebant:  
Rite etiam veſtri, quorum pietasque fidesque  
Præſtitit, ac longe vicit ſapientia cunctos,  
Præcipue ingenti coluerant numine divos,  
Hæc adeo penitus cura videre ſagaci,  
Orta qui ſtudiis læti tenuere decoris,  
Inque Academia umbrifera nitidoque Lycæo  
Fuderunt claras ſæcundi pectoris artes.  
E quibus ereptum primo jam a flore juventæ,  
Te patria in media virtutum mole locavit.  
Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas,  
Quod patriæ voces ſtudiis nobiſque ſacraſti.

*Nonius in verbo Eventus.*

Atque animo pendens noctis eventa timebat.

DE SUO CONSULATU LIB: III.

*Ipsè Cic: Epi. 2. ad Attic.*

Interea curſus, quos prima a parte juventæ,  
Quoſque adeo Conſuli virtute animoque petiſſi,  
Hos retine, atque auge famam laudemque bonorum.

*Quint. & ipſe Cic. de officiis Lib. I.*

Edant arma togæ, concedat laurea linguæ.

*Quint. Lib: II. cap. I.*

Fortunatam natam me conſule Romam.

d in antiquiſſimo  
reccz Medicez, li-  
tur poſt Bucolica,  
minutis ſed tamen  
nde id produxerunt  
inter Norſius ad  
c. 2. §. 1. Henr.  
ceſel. Lib. II. cap.  
orent. Tom. 2. p.  
Lib. V. de Re Di-  
Theſaur. Inſcript.  
Heinſius in Diſſert.  
quam in Tom.

in editioni: ubi in

in illud Cocchianum

editione Foggiana,  
ſis characteribus lite-  
exaratus eſt, nobis  
venerabilem, repræ-  
colicor. pag. 13. hæc  
ſequi,  
tuttiſſi.

RTIÆ

2, ſatis omnia præſſi.

e uramque Symmachii &



M. TULLII CICERONIS

ELEGIA TAMELASTIS.

*Servius in I. Eclog. in Rauce tua cura perlumbes.*

**J**am mare Tyrrenum longe penitusque palumbes  
Reliquit.

JOCULARIS LIBELLUS.

*Quint. Lib. VIII. cap. ult. Charis. Lib. IV. Diomed.  
Lib. II.*

**F**undum Varro vocat, quem possim mittere funda,  
Ni tamen exciderit qua cava funda patet,  
Extractam puteo situlam cum ponit in horto,  
Ulterius standi non habet ille locum.

MARIUS.

*Ipsè Cic. de legibus. Lib. I.*

**N**untia fulva Jovis, miranda visa figura.

*Ipsè Cic. Lib. I. de Divinat.*

**H**ic Jovis altisoni subito pennata satelles  
Arboris e trunco serpentis faucia morfu,  
Ipsa feris subigit transfrens unguibus anguem  
Semianimum, & varia graviter cervicè micantem,  
Quem intorquentem lanians, rostroque cruentans,  
Jam satiata animum, jam duros ultra dolores,  
Abiicit efflantem & laceratum affligit in undas,  
Seque obitu a solis nitidos convertit ad ortus.  
Hanc ubi præpetibus pennis lapsuque volantem  
Conspexit Marius divini numinis augur,  
Fausaque signa suæ laudis reditusque notavit:  
Partibus intonuit cæli pater ipse sinistris.  
Sic aquilæ clarum firmavit Jupiter omen.

ALCYONES.

*Nonius in verba Prævius.*

**A**lcyonem genuit claris delapsus ab astris  
Prævius auroræ solis noctisque satelles.

LIMON.

*Donatus in Terentii vita.*

**T**u quoque qui solus lecto sermone, Terenti,  
Conversum expressumque Latina voce Menandrum  
In medio populi sedatis vocibus etters  
Quidquid come loquens atque omnia dulcia promens.

*Isidor. Lib. XIX. Cap. I. Orig.*

**T**unc se fluctigero tradit mandatque paroni.

IN CANINIUM REBILUM

*Macrob. Saturn. Lib. 2. Cap. III.*

**V**igilantem habemus Consulem Caninium:  
In Consulatu somnum non vidit suo.

CARMINA.

ARATI PHÆNOMENA.

*LATINE. VERSA A CICERONE.*

*Ipsè Cic. Lib. II. Legum.*

**A**B Jove Musarum primordia.

*Ipsè Cic. Lib. II. Nat. Deorum.*

**C**ætera labuntur celeri cælestia motu,  
Cum cæloque simul noctesque diesque feruntur.  
Extremusque adeo duplici de cardine vertex  
Dicitur esse Polus.

Ex his altera apud Grajos Cynosura vocatur,  
Altera dicitur esse Helice.

Quas nostri Septem soliti vocitare triones.

Hac fidunt duce nocturna Phœnices in alto.  
Sed prior illa, magis stellis distincta resulget,  
Et late prima confestim a nocte videtur.  
Hæc vero, parva est, sed nautis usus in hac est:  
Nam cursu interiore brevi convertitur orbe.

Has inter, veluti rapido cum gurgite flumen  
Torvu' Draco serpit subter superaque revolvens  
Sese, conficiensque sinus e corpore flexos.

Huic non una modo caput ornans stella relucet,  
Verum tempora sunt duplici fulgore notata,  
E trucibusque oculis duo fervida lumina flagrant,  
Atque uno mentum radianti sidere lucet:  
Obstipum caput & tereti cervicè reflexum  
Ohtutum in cauda majoris figere dicas.

Quod caput hic paulum sese subitque recondit,  
Ortus ubi atque obitus partem miscentur in unam.

Attingens defessa velut mærentis imago.  
Vertitur \*

*Εν γόνατιν* vocitant, genibus quod nixa feratur.  
Hic illa eximio posita est fulgore corona.

\* propter caput Anguinenentis,  
Quem claro perhibent ὀφιοῦχος nomine Graii.  
Huic supera duplices humeros affixa videtur  
Stella micans tali specie, talique nitore.  
Hic pressu duplici palmarum continet Anguem,  
Ejus & ipse manet religatus corpore toto.  
Namque virum medium Serpens sub pectora cingit;  
Ille tamen nitens graviter vestigia ponit,  
Atque oculos urget pedibus pectusque Nepai.

Arctophylax vulgo qui dicitur esse Bootes,  
Quod quasi remone adjunctam præ se quatit Arcton.

\* Subter præcordia fixa tenetur  
Stella micans radiis, Arcturus nomine claro.

Spicum illustre tenens splendenti corpore Virgo.

Ferrea tum vero proles exorta repente est:  
Ausaque functum prima est fabricarier ensem,

Et



Electra, Steropeque, simul sanctissima Maia.  
 Hæ tenues parvo labentes lumine lucent,  
 At magnum nomen signi clarumque vocatur,  
 Propterea quod ad æstatis primordia claret,  
 Et post hiberni præpandens temporis ortus,  
 Admonet ut mandent mortales semina terris:

Inde Fides leviter posita & convexa videtur,  
 Mercurius parvus manibus quam dicitur olim  
 Infirmis fabricatus, in alta sede locasse.  
 Hæc genus ad lævum Nisi delapsa resedit,  
 Atque inter flexum genus & caput Alitis hæsit.  
 Namque est Ales avis, lato sub tegmine cæli  
 Quæ volat, & serpens geminis secatur aera pennis.  
 Altera pars huic obscura est & luminis expers,  
 Altera nec parvis nec claris lucibus ardet,  
 Sed mediocriter jacit quærens e corpore lumen.  
 Hæc dextram Cephei dextro pede pellere palmam  
 Gestit. jam vero clinata est ungula vehemens  
 Fortis Equi, propter pennati corporis alam.

Ipse autem labens geminis Equus ille tenetur  
 Piscibus. huic cervix dextrâ mulcetur Aquari.  
 \* Serius hæc obitus terrarum jussit equinis,  
 Quam gelidum valido de corpore frigus anhælans  
 Corpore semifero magno Capricornus in orbe,  
 Quem cum perpetuo vestivit lumine Titan,  
 Brumali flectens contorquet tempore cursum.  
 Hoc cave te ponto studeas committere mense:  
 Nam non longinquum spatium labere diurnum:  
 Non hyberna cito volvetur curriculo nox:  
 Humida non sese vestris aurora querelis  
 Ocyus ostendet, clari prænuncia solis:

At validis æquor pulsabit viribus auster:  
 Tum fidum tremulo quatietur frigore corpus:  
 Sed tamen anni jam labuntur tempore toto,  
 Nec cui signorum cedunt, neque flamina vitant,  
 Nec metuunt canos minitanti murmure fluctus.

Atque etiam supero navi pelagoque vagato  
 Mense, Sagittipotens solis tum sustinet orbem.  
 Nam jam, cum minus exiguo lux tempore præsto est,  
 Hoc signum veniens poterunt prænoscere nautæ.  
 Jam prope præcipiti ante licebit visere nocti,  
 Ut sese ostendens emergat Scorpius alte,  
 Posteriore trahens flexum vi corporis Arcum.  
 Jam supra cernes Arcti caput esse minoris,  
 Et magis erectum ad summum versarier orbem.  
 Tum sese Orion toto jam corpore condit  
 Extrema prope nocte, & Cepheus conditur antè  
 Lumborum tenus a palma depulsus ad undas,  
 Hic missore vacans, fulgens jacet una Sagitta,  
 Quam propter nitens penna convolvitur Ales,  
 Et clinata magis paulo est Aquilonis ad auras.

At propter se Aquila ardenti cum corpore portat,  
 Igniferum mulcens tremebundis æthera pennis,  
 Non nimis ingenti cum corpore, sed grave mæstis  
 Ostendit nautis perturbans æquora signum.

Tum magni curvus Capricorni corpora propter  
 Delphinus jacet, haud nimio lustratus nitore,  
 Præter quadruplices stellas in fronte locatas,  
 Quas intervallum binas determinat unum:  
 Cætera pars late tenui cum lumine serpit.  
 Illæ quæ fulgent lucis ex ore corusco,  
 Sunt inter partes gelidas aquilone locatæ,  
 Atque inter spatium & læti vestigia solis.  
 At pars inferior Delphini fusca videtur  
 Inter solis iter, simul inter flamina venti,  
 Viribus erumpit qua summi spiritus Austris.



Exinde Orion obliquo corpore nitens,  
Inferiora tenet truculenti corpora Tauri.  
Quem qui suspiciet in cælum nocte lærena,  
Late dispersum non viderit, abdita vero  
Cætera se speret cognoscere signa potesse.

Namque pedes subter rutilo cum lumine claret  
Fervidus ille Canis, stellarum luce refulgens.  
Hunc regit obscurus subter præcordia vespæ.  
Nec toto spirans rabido de corpore flammam,  
Æstiferos validis erumpit flatibus ignes:  
Totus ab ore micans jacitur mortalibus ardor.  
Hic ubi se pariter cum sole in culmina cæli  
Extulit, haud patitur foliorum tegmine frustra  
Suspensos animos arbuta ornata tenere.  
Nam quorum stirpes tellus amplexaprehendit,  
Hæc augens anima vitali flamine mulcet:  
At quorum nequeunt radices findere terras,  
Denudat follis ramos, & cortice truncos.

Hunc propter, subterque pedes quos diximus ante,  
Oriona, jacet levipes Lepus: hic fugit, iæctus  
Horridos metuens rostri tremebundus acuti:  
Nam Canis infesto sequitur vestigia cursu,  
Præcipitantem agitans, oriens jam denique paulum,  
Curriculum numquam defesso corpore sedans.

At Canis ad caudam serpens prolabitur Argo,  
Conversam præ se portans cum lumine puppim.  
Non aliæ naves ut in alto ponere proras  
Ante solent, rostro Neptunia prata secantes,  
Sed conversa retro cæli semper loca portat,  
Sicut cum cœptant tutos constringere portus,  
Obvertunt navem magno cum pondere nautæ,  
Adversamque trahunt optata ad litora puppim:  
Sic conversa vetus super æthera vertitur Argo,  
Atque usque a prora ad celsum sine lumine malum,  
A malo ad puppim cum lumine clara videtur,  
Inde gubernaculum disperso lumine fulgens,  
Clari posteriora Canis vestigia condit.

Exin semotam procul in tutoque locatam  
Andromedam, tamen explorans fera quæserè Pistrix.  
Pergit, & usque sitam validas aquilonis ad auras  
Cærulea vestigat, finita in partibus austris.  
Hanc Aries tegit, & squammosi corpore Pisces,  
Fluminis illustris tangentem corpore ripas.

Namque etiam Eridanum cernes in parte locatum.  
Cæli, funestum magnis cum viribus amnem,  
Quem lacrimis mæstæ Phaetontis sæpe sorores  
Sparserunt, letum mœrenti voce canentes.  
Hunc Orionis sub læva cernere planta  
Serpentem poteris: proceraque Vincla videbis  
Quæ retinent Pisces, caudatum parte locata,  
Flumine mixta retro ad Pistricis terga reverti.  
Hic una stella nectuntur, quam jacit ex se  
Pistrix e spina valida cum luce refulgens.  
Exinde exiguæ tenui cum lumine multæ  
Inter Pistricem fusæ sparæque videntur  
Atque gubernaculum stellæ, quas contegit omnes  
Formidans acrem morsum Lopus. his neque nomen,  
Nec formam veteres certam statuisse videntur.  
Nam quæ sideribus claris Natura polivit,  
Et vario pinxit distinguens lumine formas,  
Hæc ille astrorum custos ratione notavit,  
Signaque signavit cælestia nomine vero:  
Has autem quæ sunt parvo sub culmine fusæ,  
Consimili specie stellæ parilique nitore,  
Non potuit nobis nota clarare figura.

Exinde, Australem soliti quem dicere Piscem,

Volvitur inferior Capricorno versus ad austrum,  
Pistricem observans, procul illis piscibus hærens:  
At prope conspicias, expertes nominis omnes,  
Inter Pistricem, & Piscem quem diximus Austris,  
Stellas sub pedibus stataras radiantis Aquari.  
Propter Aquarius obscurum dextra rigat amnem,  
Exiguo qui stellarum candore nitescit.

E multis tamen his duo late lumina fulgent.  
Unum sub magni pedibus cernitur Aquari.  
Quod superest, gelido delapsum lumine fontis,  
Spiniferam subter caudam Pistricis adhæsit.  
Hæc tenues stellæ perhibentur nomine Aquari.  
Hic aliæ volitant parvo cum lumine claræ,  
Atque priora pedum subeunt vestigia magni  
Arcitenentis, & obscuræ sine nomine condunt.

Inde Nepe cernes propter fulgentis acumen,  
Aram, quam flatu permulcet spiritus austris,  
Exiguo superum quæ lumina tempore tranat:  
Nam procul Arcturo est adversa parte locata.  
Arcturo magnum spatium supera dedit, orbem  
Jupiter hunc parvum inferiori in parte locavit.  
Hæc tamen æterno invisens loca curriculo Nox,  
Signa dedit nautis, cuncti quæ noscere possent,  
Commiserans hominum metuendos undique casus.  
Nam cum fulgentem cernes sine nubibus atris  
Aram sub media cæli regione locatam,  
A summa parte obscura caligine rectam,

Tum validis fugito devitans viribus austrum.  
Quam si prospiciens vitaveris, omnia caute  
Armamenta locans, tuto labere per undas:  
Sin gravis inciderit vehementi flamine ventus,  
Perfringeret cellos defixo robore malos:  
Ut res nulla feras possit mulcere procellas,  
Ni parte ex aquilonis opacam pellete nubem  
Cœperit, & subitis auris diduxerit Ara.  
Sin humeros medio in cælo Centaurus habeat,  
Ipseque cærulea contextus nube feretur,  
Atque Aram tenui caligans vestiet umbra,  
Ad signorum obitum vis est metuenda Favoni.

Ille autem Centaurus in alta sede locatus,  
Qua sese clarum collucens Scorpios infert,  
Hæc subter, partem præportans ipse virilem,  
Cedit, equi partes properans conjungere Chelys.  
Hinc dextram porgens, quadrupes qua vasta tenetur,  
Quam nemo certo donavit nomine Graium,  
Tendit, & illustrem truculentus cedit ad Aram.

Hic sese infernis de partibus erigit Hydra,  
Præcipiti lapsu flexo cum corpore serpens.  
Hæc caput atque oculos torquens ad terga Nepai,  
Convexoque sinu subiens interna Leonis,  
Centaurum leni contingit lubrica cauda.  
In medioque sinu fulgens Cratera relucet:  
Extremum nitens plumato corpore Corvus,  
Rostro tundit. & hic, Geminis est ille sub ipsis  
Ante canem, Graio Procyon qui nomine fertur.  
Hæc sunt quæ visens nocturno tempore signa,  
Legitimo cernes cælum lustrantia cursu.

Nam quæ per bis sex Signorum labier orbem  
Quinque solent stellæ, simili ratione notari  
Non possunt: quia quæ faciunt vestigia cursu,  
Non eodem semper spatio portata teruntur,  
Sic malunt errare vagæ per nubila cæli,  
Atque suos vario motu metirier orbem.  
Hæc faciunt magnos longinqui temporis annos,  
Cum redeunt ad idem cæli sub tegmine signum.  
Quorum ego nunc nequeo totos evolvere cursus:

Verum



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Post mediam labens claro cum corpore noſtem.  
Hæc obſcura tenens conveſtit ſidera tellus :  
At parte ex alia claris cum lucibus errat  
Orion humeris & lato peſtore fulgens,  
Et dextra retinens non caſſum luminis Enſem .

Sed cum de terris vis eſt patefacta Leonis,  
Omnia quæ Cancer præclaro detulit ortu ,  
Cedunt obſcurata , ſimul vis major Aeti  
Pellitur : ac flexo conſidens corpore Niſus  
Jam ſupero ferme depulſus lumine, cedit :  
Sed lævum genus atque illuſtrem linquit in altum  
Plantam . tum contra exoritur clarum caput Hydræ,  
Et Lepus , & Procyon , qui ſeſe fervidus infert  
Ante canem : inde Canis veſtigia prima videntur .

Non pauca e cælo depellens ſigna repente  
Exoritur cedens illuſtria lumina Virgo .  
Cedit clara Fides Cyllenia : mergitur unda  
Delphinus , ſimul obtegitur depulſa Sagitta :  
Atque Avis ad ſummam caudam , primaſque recedit  
Pinnas , & magnus pariter delabitur Amnis .  
Hic Equus a capite & longa cervice lateſcit .  
Longius exoritur jam claro corpore Serpens ,  
Crateraſque tenuis lucet mortalibus Hydra .  
Inde pedes Canis oſtendit jam poſteriores,  
Et poſi ipſe trahit claro cum lumine puppim :  
Inſequitur labens per cæli lumina Navis :  
Hæc medium oſtendit radiato ſtipite malum :  
Et jamjam toto proceſſit corpore Chelæ ,  
Exiſtit pariter larga cum luce Bootes ,  
Cujus in adverſum eſt Arcturus corpore fixus ,  
Totaſque jam ſupera fulgens prolabitur Argo ,  
Hydraſque , quod late cælo diſperſa tenetur ,  
Nondum tota latet , non caudam contegit umbra ,  
Jam dextrum genus , & decoratam lumine ſuram  
Erigit ille vagans vulgato nomine Niſus ,  
Quem nocte extinctum atque exortum vidimus una  
Perſæpe , ut parvum tranans geminaverit orbem .  
Hic genus & ſuram cum Chelys erigit alte :  
Ipſe autem præceps obſcura nocte tenetur ,  
Dum Nepa & Arcitenens inviſant lumina cæli .  
Nam ſecum medium pandit Nepa , tollere vero  
In cælum totum exoriens conabitur Arcus .

Hic tribus elatus cum ſignis corpore toto  
Lucet : at exoritur media de parte Corona ,  
Caudaque Centauri extremo candore reſulget .  
Hic ſe jam totum cæcas Equus abdit in umbras ,  
Quem rutila fulgens pluma prætervolat Ales :  
Occidit Andromedæ clarum caput , & fera Piſtrix  
Labitur horribiles epulas funeſta requirens .  
Hanc contra Cepheus non ceſſat tendere palmas .  
Illa uſque ad ſpinam mergens ſe cærulea condit :  
At Cepheus caput atque humeros palmaſque reclinat ,

Cum vero vis eſt vehemens exorta Nepæi ,  
Late ſuſa volat , per terras fama vagatur ,  
Ut quondam Orion manibus violaffe Dianam  
Dicitur , excelsis errans in collibus amens ,  
Quos tenet Ægæo deſixa in gurgite Echineis ,  
Brachia cui viridi conveſtit tegmine vitis .  
Ille teras vecors amenti corde necabat ,  
OEnopionis avens epulas cœnare nitentes ;  
At vero pedibus ſubito percuſſa Dianæ  
Inſula diſceſſit , diſjectaque ſaxa revellens  
Perculit , & cæcas luſtravit luce lacunas ;  
E quibus ingenti exiſtit cum corpore præ ſe  
Scorpios inſeſtus præportans ſtebile acumen ,  
Hic valido cupide venantem perculit iſtu ,

Mortiferum in venas figens per vulnera virus :  
Ille gravi moriens conſtravit corpore terram .  
Quare cum magnis ſeſe Nepa lucibus eſtert ,  
Orion fugiens commendat corpora terris .  
Tum vero fugit Andromeda , & Neptunia Piſtrix  
Tota latet , cedit converſo corpore Cepheus ,  
Extremas medio contingens corpore terras .  
Hic caput & ſuperas potis eſt demergere partes ,  
Infera lumborum numquam conveſtiet umbra :  
Nam retinent Arcti luſtrantes lumine ſuras ,  
Labitur illa ſimul gnatam lacrimoſa requirens  
Caſſiopeia , neque ex cælo depulſa decore  
Fertur : nam verio contingens vertice primum  
Terras , poſt humeros everſa ſede reſertur .  
Hanc illi tribuunt pœnam Nereides almæ ,  
Cum quibus , ut perhibent , aulæ eſt contendere forma .  
Hæc obit inclinata : at pars exorta Coronæ eſt  
Altera , cum caudaque omnis jam panditur Hydra .  
At caput & totum ſeſe Centaurus opacis  
Eripit e tenebris , linquens veſtigia parva  
Antepedum contacta : ſimul cum lumina pandit  
Ipſe teram dextra retinet . prolabitur inde  
Anguitenens capite & manibus : profert ſimul Anguis  
Jam caput & ſummum flexo de corpore lumen .  
Hic ille exoritur converſo corpore Niſus ,  
Alvum , crura , humeros , ſimul & præcordia luſtrans  
Et dextra radios læto cum lumine jaçtans .

Inde Sagittipotens ſuperas cum viſere lucas  
Inſtitit , emergit Niſi caput : & ſimul eſtert  
Seſe clara Fides , & promit corpore Cepheus .  
Fervidus ille Canis toto cum corpore cedit ,  
Abditur Orion , obit & Lepus abditus umbra .  
Inferiora cadunt Aurigæ lumina lapſu .  
Inde obiens Capricornus ab alto , lumine pellit  
Aurigam , inſtatemque Capram , parvos ſimul Hædos ,  
Et magnam antiquo depellit nomine Navem ,  
Crus dextrumque pedem linquens , obit infera Perſeus .  
In loca , tum cedens a puppi linquitur Argo .  
Obruitur Procyon , emergunt Alites una ,  
Et volucris terris exiſtit clara Sagitta .

*Prifcian. Lib. VIII.*

SUB pedibus profert vicina Booti .

*Prifcian. Lib. VI.*

TERTIA ſub caudam ad genus ipſum lumina pandit .

*Prifcian. Lib. X.*

QUEM neque tempeſtas perimet , neque longa vetuſtas  
Interimet , ſtinguens præclara inſignia cæli .

*Lactant.*

MALEbant tenui contenti vivere cultu .

*Lactant.*

ET Jovis in regno , cælique in parte reſedit .

P R O G N O S T I C A .

*Prifcian. Lib. X.*

UT cum Luna means Hyperionis officiit orbi ,  
Stinguuntur radii cæca caligine teſti .

*Prif-*



**A**St autem tenui quæ candent lumine Phatnæ.

*Ipsè Cic. Lib. I. de Divinatione.*

**A**Tque etiam ventos præmonstrat sæpe futuros  
Inflatum mare, cum subito penitusque tumescit,  
Saxaque cana falis niveo spumata liquore,  
Tristificas certant Neptuno reddere voces:  
Aut densus stridor cum celso e vertice montis  
Ortus adaugefcit scopulorum sæpe repulso.  
Cana fulix itidem fugiens e gurgite ponti,  
Nuntiat horribiles clamans instare procellas,  
Haud modicos tremulo fundens e gutture cantus.

Vos quoque signa videt aquai dulcis alumnæ  
Cum clamore paratis inanes fundere voces,  
Absurdoque sono fontes & stagna cietis.  
*Quis est qui ranunculos hoc videre suspicari possit?*  
Sæpe etiam pertriste canit de pectore carmen,  
Et matutinis acredula vocibus instat,  
Vocibus inflat, & assiduas jacit ore querelas,  
Cum primum gelidos rores Aurora remittit.  
Fuscaque nonnunquam cursans per littora cornix  
Demersit caput, & fluctum cervice recepit.  
Mollipedesque boves spectantes lumina cæli  
Naribus humiferum duxere ex ære succum.

Jam vero semper viridis semperque gravata.  
Lentiscus triplici solita est grandescere foetu,  
Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi.

*Priscian. Lib. VI.*

**C**Aprigeni pecoris custos de gurgite vasto.

## CARMINA HOMERI. LATINE VERSA A CICERONE.

*Ipsè Cic. Lib. II. de Divinatione.*

**F**Erte viri, & duros animo tolerate labores,  
Auguris ut nostri Calchantis fata queamus  
Scire, ratosne habeant, an vanos pectoris orsus:  
Namque omnes memori portentum mente retentant,  
Qui non funestis liquerunt lumina fati.  
Argolicis primum ut vestita est classibus Aulis,  
Quæ Priamo cladem, Troiæ pestemque ferebant:  
Nos circum latices gelidos fumantibus aris,  
Aurigeris divum placantes numina tauris,  
Sub platano umbrifera, fons unde emanat aquai,  
Vidimus immani specie, tottuque draconem  
Terribilem, Jovis ut pulsu penetrabat ab ara:  
Qui platani in ramo foliorum tegmine septos  
Corripuit pullos: quos cum consumeret octo,  
Non super tremulo genitrix clangore volabat:  
Cui ferus immani laniavit viscera morfu.  
Hunc, ubi ram teneros volucres matremque peremit,  
Qui luci ediderat, genitor Saturnius idem  
Abdidit, & duro firmavit tegmine saxi.  
Nos autem timidi fiantes mirabile monstrum  
Vidimus in mediis divum versarier aris.  
Tum Calchas hæc est fidenti voce loquutus:

Quidnam torpentes subito obstupuistis, Achivi?  
Nobis hæc portenta Deum dedit ipse creator,  
Tarda & sera nimis, sed fama ac laude perenni.  
Nam quot aves terro mastratas dente videtis,  
Tot nos ad Troiam belli exantlabimus annos:  
Quæ decimo cadet, & pœna satiabit Achivos.  
Edidit hæc Calchas: quæ jam matura videtis.

*D. Augustinus Lib. V. Cap. VIII. de Civ. Dei.*

**T**Ales sunt hominum mentes, qualis pater ipse  
Jupiter auctiferas lustravit lumine terras.

*Ipsè Cic. de Divinat. Lib. I.*

**T**ertia te Phthiæ tempestas læta locabit.

*Ipsè Cic. de Divinat. Lib. II.*

**P**rospera Jupiter his dextris fulgoribus edit.

*Gellius Lib. XV. Cap. VI. ex Cicero de Gloria Lib. II.  
Epitaphium Aiæcis.*

**H**ic situs est vitæ jampridem lumina linquens,  
Qui quondam Hestoreo percussus concidit ense.  
Fabitur hoc aliquis: mea semper gloria vivet.

*Ipsè Cic. Lib. V. de Finibus.*

**O**Decus Argolicum, quin puppim flectis Ulysses,  
Auribus ut nostris possis dignoscere cantus?  
Nam nemo hæc umquam est transvectus cæcula cursu,  
Quin prius adstiterit vocum dulcedine captus,  
Post variis avido satiatus pectore Musis,  
Doctior ad patrias lapsus pervenerit oras.  
Nos grave certamen belli, clademque tenemus,  
Græcia quam Troiæ divino numine vexit,  
Omniaque e latis rerum vestigia terris.

*Ipsè Cic. Tuscul. Quæst. Lib. III.*

**C**orque meum penitus turgescit tristibus iris,  
Cum decore, atque omni me orbatum laude recordor.

*Ipsè Cic. ibidem.*

**Q**ui miser in campis mœrens errabat Aleis  
Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.

*Ipsè Cic. ibidem.*

**N**amque nimis multos, atque omni luce, cadentes  
Cernimus, ut nemo possit mœrore vacare.  
Quo magis est æquum tumulis mandare peremptos  
Firmo animo, & luctum lacrimis finire diurnis.

## CARMINA EURIPIDIS. LATINE VERSA A CICERONE.

*Ipsè Cic. Lib. I. De Nat. Deor.*

**V**ides sublime fufum, immoderatum æthera,  
Qui tenero terram circumvectu amplectitur:

Hunc



Hunc summum habeto divum: hunc perhibeto Jovem.

*Ipsè Cic. de Officiis Lib. III. Ex EURIPIDIS  
Phœnijsis.*

**N**Am si violandum est Jus, regnandi gratia  
Violandum est: aliis rebus pietatem colas.

*Ipsè Cic. de Officiis Lib. III.*  
**J**Uravi lingua, mentem injuratam gero.

*Ipsè Cic. de Finibus Lib. II.*

**S**Uavis est laborum præteritorum memoria.

*Ipsè Cic. Tusc. Quæst. Lib. I.*

*Ex Cresphonte EURIPIDIS.*

**N**Am nos decebat cætas celebrantes domum  
Lugere, ubi esset aliquis in lucem editus,  
Humanæ vitæ varia reputantes mala.  
At qui labores morte finisset graves,  
Omnes amicos laude & lætitiâ exequi.

*Ipsè Cic. Tusc. Quæst. Lib. III.*

*Thesæus.* = **N**Am qui hæc audita a docto meminif-  
sem viro,  
Futuras mecum commentabar misèrias,  
Aut mortem acerbam, aut exilii mœstam fugam,  
Aut semper aliquam molem meditabar mali,  
Ut, si qua invec̄ta diriras casu foret,  
Ne me imparatum cura laceraret repens,

*Ibidem.*

**M**ortalis nemo est, quem non attingat dolor  
Morbusque. multi sunt humandi liberi,  
Rursum creandi: morsque est finis omnibus,  
Quæ generi humano angorem nequidquam atterunt.  
Reddenda est terræ terra: tum vita omnibus  
Metenda, ut fruges; sic jubet necessitas.

*Ibidem.*

**S**I mihi nunc tristis primum illuxisset dies,  
Nec tam ærumnoso navigassem salo:  
Effet dolendi causa, ut injecto equulei  
Freno repente tactu exagitantur novo.  
Sed tam subiectus miseris obtorpi.

*Ipsè Cic. Tusc. Quæst. Lib. IV.*

**N**Equè tam terribilis ulla fando oratio est,  
Neque fors, neque ita cælitum invec̄tum malum,  
Quod non natura humana patièdo serat.

## CARMINA SOPHOCLIS.

LATINE VERSA A CICERONE

*Ipsè Cicero Tusc. Quæst. Lib. II. Ex Trachiniis.*

**O**Multa dictu gravia, perpeffu aspera,  
Quæ corpore exanclato atque animo pertuli!

Nec mihi Junonis terror implacabilis,  
Nec tantum invexit tristis Eurystheus mali,  
Quantum una vecors Oenei partu edita:  
Hæc me irretivit veste furiali inscium,  
Quæ lateri inhærens morsu lacerat viscera,  
Urgensque graviter pulmonum haurit spiritus:  
Jam decolorem sanguinem omnem exforbuit.  
Ipse corpus clade horribili absumprum extabuit.  
Ipse alligatus peste interimor textili.  
Hos non hostilis dextra, non terra edita  
Moles gigantum, non bifornato impetu  
Centaurus ictus corpori inflixit meo;  
Non Graia vis, non barbara ulla immanitas,  
Non sæva terris gens relegata ultimis;  
Quas peragrans, undique omnem hinc feritatem expulsi:  
Sed feminea vi, feminea interior manu.  
O nate, vere hoc nomen usurpa patti,  
Nec me occidentem matris superet caritas:  
Jam cernam, mene an illam potiozem putes.  
Perge, aude, nate; illacruma patris pestibus:  
Miserere: gentes nostras flebunt misèrias.  
Heu! virginalem me ore ploratum edere,  
Quem vidit nemo ulli ingemiscentem malo!  
Sic feminata virtus afflicta occidit?  
Accede, nate: assiste. miserandum adspice  
Evisceratum corpus lacerati patris.  
Videte cuncti: tuque cœlestium fator  
Jace, obsecro, in me vim coruscam fulminis.  
Nunc, nunc dolorum anxiferi torquent vortices:  
Nunc serpit ardor. o ante victrices manus!  
O pectora! o terga! o lacertorum tori!  
Vestrone pressu quondam Nemeæus leo  
Frendens efflavit graviter extremum halitum?  
Hæc dextra Lernam tetra mac̄tata excetra  
Placavit? hæc bicorpoream afflixit manum?  
Erymanthiam hæc vastificam abjecit belluam?  
Hæc, e Tartarea tenebrica abstractum plaga,  
Tricipitem eduxit Hydra generatum canem?  
Hæc interemit tortu multiplicabili  
Draconem, auriferam obtutu observantem arborem?  
Multa alia victrix nostra lustravit manus.  
Nec quisquam e nostris spolia cepit, laudibus.

*Ibidem.*

*Ulysses.* = **P**Edetentim ite, & sedato nilu,  
Ne succussu arripiat major dolor.

*Ipsè Cicero Tusc. Quæst. Lib. III.*

**N**Ec veto tanta præditus sapientia  
Quisquam est, qui aliorum ærumnam distis alle-  
vans,  
Non idem, cum fortuna mutata impetum  
Convertat, clade ut subita frangatur sua,  
Ut illa ad alios dicta & præcepta excidant.

## CARMINA ÆSCHYLI.

LATINE VERSA A CICERONE.

*Ipsè Cicero Tusc. Quæst. Lib. II. Ex Prometheus.*

**T**itanum soboles, socia nostri sanguinis,  
Generata cælo, adspicite relegatum asperis



Vinctumque sanie; navem ut horrido freto  
 Noctem paventes timidi adnectunt navitæ:  
 Saturnius me sic infixit Jupiter,  
 Jovisque nomen Mulciberi adscivit manus,  
 Hos ille cuneos fabrica crudeli inferens  
 Perrupit artus: qua miser solertia  
 Transverberatus, castrum hoc furiarum incolo.  
 Jam tertio me quoque funesto die,  
 Trisli advolatu aduncis lacerans unguibus  
 Jovis satelles pastu dilaniat fero:  
 Tum jecore opimo farta & satiata affatim,  
 Clangorem fundit vastum, & sublime advolans  
 Pinnata cauda nostrum adulat sanguinem.  
 Quum vero adsum inflatu renovatum est jecur,  
 Tum rursus tetros avida se ad pastus refert.  
 Sic hunc custodem mœlli cruciatus alo,  
 Qui me perennivivum, fœdat miseria.  
 Namque, ut videtis, vinculis constrictus Jovis,  
 Arcere nequeo diram volucrem a pectore.  
 Sic me ipse videns pestes excipio anxias,  
 Amore mortis terminum anquirens mali:  
 Sed longe a leto numine aspello Jovis:  
 Atque hæc vetusta, seclis glomerata horridis,  
 Luctifica clades nostro infixæ est corpori;  
 Ex quo liquatæ solis ardore excidunt  
 Guttæ, quæ saxa assidue instillant Caucaſi.  
 Atqui Prometheu, te hoc tenere existimo,  
 Mederi posse rationem iracundiæ.

*Prometheus.*

Si quidem qui tempestivam medicinam admoventes,  
 Non ad graveſcens vulnus illidat manus.

### EX HERODOTO.

*Ipsè Cicero de Divinat. Lib. II.*

**C**œsus Halin penetrans magnam pervertet opum  
 vim.

### EX EPICCHARMO SICULO.

*Ipsè Cicero Tusc. Quest. Lib. I.*

**E**Mori nolo: sed me esse mortuum nihili existimo.

## V A L E R I I

D I



Attare, cycneas repetamus carmine voces:  
 Divisas iterum sedes, & rura canamus,  
 Rura, quibus diras indiximus, impia vota.  
 Ante lupos rapiunt hædi, vituli ante leones,  
 Delphini fugient pisces, aquilæ ante colum-  
 bas,

Et conversa retro rerum discordia gliscet

Multa prius, fuerit quam non mea libera avena,  
 Montibus, & silvis dicam tua facta, Lycurge,  
 Impia Trinacriæ sterileſcant gaudia nobis,  
 Nec fœcunda senis nostri, felicia rura,  
 Semina parturiant segetes, non pascua colles,  
 Non arbuta non ovas fruges, non pampinus uvas.

## E X S I M O N I D E.

### EPITAPHIUM LACONUM AD THER- MOPYLAS CÆSORUM.

*Ipsè Cicero Tusc. Quest. Lib. I.*

**D**ic hospes Spartæ, nos te hic vidisse jacentes,  
 Dum sanctis Patriæ legibus obsequimur.

### EX CRANTORIS CONSOLATIONE.

*Ipsè Cicero Tusc. Quest. Lib. I.*

**I**gnaris homines in vita mentibus errant:  
 Euthynous potitur factorum munere læto.  
 Sic fuit utilius finire ipsique tibi que.

### SOLONIS EPITAPHIUM.

*Ipsè Cicero Tusc. Quest. Lib. I.*

**M**ors mea ne careat lacrimis: linquamus amicis  
 Mœrorem, ut celebrent funera cum gemitu.

### SARDANAPALI EPITAPHIUM.

*Ipsè Cicero Tusc. Quest. Lib. V.*

**H**æc habui, quæ edi, quæque exsaturata libido  
 Hausit, at illa jacent pulchra & præclara relicta.

### EX GRÆCO VERSU.

*Ipsè Cicero de Divinat. Lib. II.*

**B**ene qui conjiciet, vatem hunc perhibeto optimum.

### EX GRÆCO VERSU.

*Ipsè Cicero ibidem.*

**Q**uod fore paratum est, id summum exsuperat Jovem.

### EX PROVERBIO GRÆCO.

*Ipsè Cicero Tusc. Quest. Lib. I.*

**Q**uam quisque norit artem, in hac se exercent.

## C A T O N I S

R Æ.

Ipsæ non silvæ frondes, non flumina montes:  
 Rursus & hoc iterum repetamus, Battare, carmen.  
 Effœtas Ceteris fulci condatis avenas:  
 Pallida flavescant æstu sitientia prata:  
 Immatura cadant ramis pendentia mala:  
 Desint & silvis frondes & fontibus humor:  
 Nec desit nostris devotum carmen avenis.  
 Hæc Veneris vario florentia ferta decore,  
 Purpureo campos quæ pingit avena colore.  
 Hinc auræ dulces, hinc suavis spiritus agri  
 Mittant pestiferos æstus, & tetra venena.  
 Dulcia non oculis, non auribus ulla ferantur.

B

Sic



Sic precor : & nostris superent hæc carmina votis .  
 Ludimus , & multum nostris cantata libellis  
 Optima sylvarum , formosis densa viretis .  
 Tondemus virides umbras , nec læta comantes  
 Jactabis molles ramos instantibus auris ,  
 Nec mihi sæpe meum resonabit , Battarè , carmen .  
 Militis impia cum succidet dextera ferro ,  
 Formosæque cadent umbræ , formosior illis  
 Ipsa cades . veteris domini felicia ligna  
 Nequidquam nostris toties devota libellis ,  
 Ignibus æthereis flagrabunt . Jupiter ipse ,  
 Jupiter hanc aluit : cinis hæc tibi fiat , oportet .  
 Thracis tum Boreæ spirent immania vires :  
 Euris agat mistam fulva caligine nubem :  
 Africus immineat nimbis minitantibus imbrem :  
 Cum tua cyaneo resplendens æthere sylva  
 Nosset iter , ducens Erebo tua Lydia Ditis .  
 Vicinæ flammæ rapiant ex ordine vites :  
 Pascantur segetes , diffusis ignibus aura  
 Transvolet arboribus , conjungat & arbor atillas .  
 Pertica quæ nostros metata est impia agellos ,  
 Qua nostri fines olim : cinis omnia fiant .  
 Sic precor , & nostris superent hæc carmina votis .  
 Undæ quæ vestris pulsatis litora lymphis ,  
 Litora , quæ dulces auras diffunditis agris ,  
 Accipite has voces : migret Neptunus in arva  
 Fluctibus , & spissa campos perfundat arena .  
 Qua Vulcanus agros pastor Jovis ignibus ardet ,  
 Barbara dicatur Libycæ soror altera Syrtis .  
 Tristius hoc , memini , revocasti Battare carmen .  
 Nigro multa mari dicunt portenta natæ ,  
 Monstra repentinis terrentia sæpe figuris ;  
 Cum subito emersere furenti corpora ponto :  
 Hæc agat infesto Neptunus cæca tridenti ,  
 Atrum convertens æstum maris undique ventis ,  
 Et fuscum cinerem canis exhauriat undis .  
 Dicantur mea rura seram mare , nautæ caveto  
 Rura , quibus diras indiximus , impia vota .  
 Si minus , hæc , Neptune , tuis infundimus aris ,  
 Battare fluminibus tu nostros trade dolores .  
 Nam tibi sunt fontes , tibi flumina semper amica .  
 Nil est quod perdam ulterius , merita omnia dixi .  
 Flectite currentes lymphas vaga flumina tetro .  
 Flectite , & adversis rursus diffundite campis .  
 Incurrant amnes passim remeantibus undis ,  
 Nec nostros servire sinant erroribus agros :  
 Dulcius hoc , memini , revocasti Battare carmen .  
 Emanant subito sicca tellure paludes ,  
 Et metat hic iuncos , spicas ubi legimus olim :  
 Occupet arguti grylli cava garrula rana .  
 Tristius hoc rursus dicat mea filula carmen ,  
 Præcipitent altis spumantes montibus imbres ,  
 Et late teneant diffuso gurgite campos :  
 Queis dominis infesta minantes stagna relinquunt ,  
 Unde relapsa meos agros pervenerit undæ .  
 Piscetur nostris in sinibus advena arator :  
 Advena civili qui semper crimine crevit .  
 O male devoti pratorum crimine agelli ,  
 Tuque inimica tui semper discordia civis !  
 Exsul ego , indemnatus , egens mea rura reliqui ,  
 Miles ut accipiat funesti præmia belli .  
 Hinc ego de tumulo mea rura novissima visam :  
 Hinc ibo in silvas : obstabunt jam mihi colles :  
 Obstabunt montes , campos nec adire licebit .  
 Dulcia rura valere , & Lydia dulcior illis ,  
 Et casti fontes , & felix nomen agelli .

Tardius , ah , miseræ descendite montes capellæ :  
 Mollia non iterum carpetis pabula nota .  
 Tuque resiste pater : en prima , novissima nobis .  
 Intueor campos : longum manet hostis in illis .  
 Rura valete iterum , tuque optima Lydia salve :  
 Sive eris , & si non , mecum morleris , utrumque  
 Extremum carmen revocemus , Battare , avena .  
 Dulcia amara prius fient , & mollia dura :  
 Candida nigra oculi cernent , & dextera læva :  
 Migrabunt casus aliena in corpora rerum ,  
 Quam tua de nostris emigret curæ medullis .  
 Quamvis ignis eris , quamvis aqua , semper amabo .  
 Gaudia semper enim tua me meminisse juvabit .  
 Invideo vobis agri , formosæque præta :  
 Hoc formosa magis , mea quo formosa puella  
 Est vobis . tacite vestrum suspirat amorem .  
 Vos nunc illa videt , vobis mea Lydia ludit .  
 Vos nunc alloquitur , vos nunc arridet ocellis ,  
 Et mea summissa meditatæ carmina voce ,  
 Cantat & interea , mihi quæ cantabat in auribus .  
 Invideo vobis , agri : disceris amare .  
 O fortunati nimium , multumque beati ,  
 In quibus illa pedis nivei vestigia ponet :  
 Aut roseis digitis viridem decerpserit uvam ,  
 [Dulci nunque tumet nondum viticula Baccho ]  
 Aut inter varios Veneris stipendia flores  
 Membra reclinarit , teneramque illiserit herbam ,  
 Et secreta meos furtim narrabit amores .  
 Gaudebunt silvæ , gaudebunt mollia præta ,  
 Et gelidi fontes , aviumque silentia fient .  
 Tardabunt rivi labentes currere lymphæ ,  
 Dum mea jucundas exponat cura querelas .  
 Invideo vobis , agri : mea gaudia habetis .  
 Et vobis nunc est , mea quæ fuit ante , voluptas .  
 At mihi tabescunt morientia membra dolore ,  
 Et calor infuso decedit frigore mortis ,  
 Quod mea non necum domina est : non ultra puella  
 Doctior in terris fuit , aut formosior , ac si  
 Fabula non vana est , tauro Jove digna , vel auro .  
 Jupiter avertas aures : mea sola puella est .  
 Felix taure pater magni gregis , & decus : arte  
 Vaccula non unquam secreta cubila captans ,  
 Frustra te paritur silvis mugire dolore .  
 Et pater hædorum felix , semperque bestæ !  
 Sive petis montes præruptos saxa pererrans :  
 Sive tibi sylvis nova pabula fastidire :  
 Sive libet campis : tecum tua læta capella est .  
 Et mas quocumque est , illi sua semina juncta ,  
 Interpellatos nunquam ploravit amores .  
 Cur non & nobis facilis natura fuisset ?  
 Cur ego crudelentur patrot tam sæpe dolerem ?  
 Sidera per viridem redeunt cum pallida mundana ,  
 Inque vicem Phœbe excurrens , atque aureus orbis ;  
 Luna tua est tecum : cur non est & mea mecum ?  
 Luna , dolor nosti quid sit , miserere dolentis .  
 Phœbe gerens in te laurus celebravit amorem ,  
 Et quem pompa Deum , non silvis fama locuta est :  
 Omnia vos estis : tecum sua gaudia gestat ,  
 Aut insperata videt mundo , quæ dicere longum est .  
 Aurea quin etiam cum sæcula voluebantur ,  
 Conditio similis fuerat mortalibus illis .  
 Hæc quoque prætereo , notum Minoïdis astrum ,  
 Quæque virum virgo , sicut captiva , secuta est .  
 Lædere , Cælicolæ , potuit vos nostra quid ætas ?  
 Conditio nobis vitæ quo durior esset ?  
 Ausus egon' prius castos violare pudores ?



Sacratamque meæ vitam tentare puellæ?  
 Immatura meæ quoque noxæ solvere fata?  
 Istius atque utinam facti mea culpa magistra  
 Prima foret: lethum vita mihi dulcius esset.  
 Non mea, non ullo moreretur tempore fama,  
 Dulcia cum Veneris furatus gaudia primus  
 Dicerer, atque ex me dulcis foret orta voluptas.  
 Nam mihi non tantum tribuerunt impia vota,  
 Auctor ut occulti noster foret error amoris.  
 Jupiter ante sui semper mendacia furti  
 Cum Junone, prius conjux quam dictus uterque est,  
 Gaudia libavit dulcem furatus amorem:  
 Et mecum tenera gavisa est ludere in herba,  
 Purpureos flores, quos insuper accumbebat,

Candida formoso supponens brachia collo.  
 Tum credo, fuerat Mavors distentus in armis.  
 Nam certe Vulcanus opus faciebat, & illi  
 Tristi, turpabatque mala fuligine barbam.  
 Non aurora novos etiam ploravit amores,  
 Atque rubens oculos roseo celavit amictu?  
 Talia Cælicolæ. numquid minus aurea promo?  
 Ergo quod Deus, atque Heros, cur non minor ætas?  
 Infelix ego, non illo qui tempore natus,  
 Quo facilis natura fuit. fors o mea læva  
 Nascendi, miserumque genus, quo fera libido est!  
 Tanta meæ vitæ cordis fecere rapinam,  
 Ut maneam, quod vix oculis cognoscere possis.

C. PEDONIS ALBINOVANI

A D

LIVIAM AUGUSTAM.

D E

MORTE DRUSI NERONIS FILII EJUS,

QUI IN

GERMANIA MORBO PERIIT.



Isa diu felix, mater modo dicta Nero-  
 num,  
 Jam tibi dimidium nominis hujus a-  
 best:  
 Jam legis in Drusum miserabile, Livia,  
 carmen.  
 Unum, qui dicat jam tibi, mater, ha-  
 bes.

Nec tua te pietas distendit amore duorum:  
 Nec posito fili nomine, dicis: Uter?  
 Et quisquam leges audeat tibi dicere stendi?  
 Et quisquam lacrimas temperat ore tuas?  
 Hei mihi, quam facile est (quamvis hic contigit omnes)  
 Alerius luctu fortia verba loqui!  
 Scilicet exiguo percussa es fulminis ictu;  
 Fortior ut possis cladibus esse tuis.  
 Occidit exemplum juvenis venerabile morum:  
 Maximus ille armis, maximus ille toga.  
 Ille modo eripuit latebrosas hostibus Alpes,  
 Et titulum belli dux duce fratre tulit.  
 Ille genus Svevos acre, indomitosque Sycambros  
 Contudit, inque fugam barbara terga dedit:  
 Ignotumque tibi meruit, Romane, triumphum.  
 Protulit in terras imperiumque novas.  
 Solvere vota Jovi, fatorum ignara tuorum  
 Mater, & armifera solvere vota Deæ,  
 Gradivumque patrem donis implete parabas;  
 Et quoscumque celi jusque piisque Deos.  
 Maternaque sacros agitabas mente triumphos:  
 Forsitan & curæ jam tibi currus erat.  
 Funera pro sacris tibi sunt ducenda triumphis,  
 Et tumulus Drusum pro Jovis arce manet.

Fingebas reducem; præceptaque mente fovebas  
 Gaudia; & ante oculos jam tibi victor erat.  
 Jam veniet: jam me gratantem turba videbit:  
 Jam mihi pro Druso dona ferenda meo.  
 Obvia progrediar, felixque per oppida dicar;  
 Collaque & hos oculos illius ore premam.  
 Talis erit: sic occurret: sic oscula junget:  
 Hoc mihi narrabit: sic prior ipsa loquar.  
 Gaudia vana foves, spem pone, miserrima, falsam.  
 Desine de Druso læta referre tuo.  
 Cæsaris illud opus, voti pars altera vestri,  
 Occidit. indignas, Livia, solve comas.  
 Quid tibi nunc mores profunt, actumque pudice  
 Omne ævum, & tanto tam placuisse viro?  
 \* Quidque pudicitia tantum inviolata bonorum,  
 Ultima sit laudes inter ut illa tuas?  
 Quid tenuisse animum contra sua secula rectum;  
 Altius & vitiis exseruisse caput?  
 Nec nocuisse ulli, & fortunam habuisse nocendi?  
 Nec quemquam nervos extimuisse tuos?  
 Nec vires errasse tuas Campoque Foroque;  
 Quamque libet citra constituisse domum?  
 Nempe per hos etiam Fortunæ injuria mores  
 Regnat; & incerta est hic quoque nixa rota.  
 Hic quoque sentitur: ne quid non improba carpat,  
 Sæviti; & injustum jus sibi ubique facit.  
 Scilicet immunis si luctus una fuisset  
 Livia; Fortunæ regna minora forent?  
 Quid si non habitu sic se gessisset in omni,  
 Ut sua non essent invidiosa bona?  
 Cæsaris adde domum. quæ certe funeris experts  
 Debuit humanis ætior esse malis.



Ille vigil, summa facer ille locatus in arce,  
 Res hominum ex tuto cernete dignus erat:  
 Nec fieri ipse suis, nec quemquam flere suorum;  
 Nec, quæ nos patimur vulgus, & ipse pati.  
 Vidimus erepta mærentem stirpe sororis.  
 Luctus, ut in Druso, publicus ille fuit.  
 Condidit Agrippam, quo te, Marcelle, sepulcro:  
 Et cepit genitos jam locus ille duos.  
 Vix posito Agrippa tumuli bene janua clausa est:  
 Perficit officium funeris, ecce, soror.  
 Ecce, ter ante datis jactuta novissima Drusus:  
 A magno lacrymas Cæsate quartus habet.  
 Claudite jam, Parcæ, nimium reserata sepulcra:  
 Claudite: plus justo jam domus ista patet.  
 Cedis; & incassum tua nomina, Druse, levantur.  
 Ultima sit fati hæc summa querela tui.  
 Ille potest implete dolor vel sæcula tota,  
 Et magni luctus obtinuisse locum.  
 Multi in te amissi: nec, cui tot turba bonorum,  
 Omnis cui virtus contigit, unus eras.  
 Nec genetrice tua sæcundior ulla parentum:  
 Tot bona per partus quæ dedit una duos.  
 Heu! par illud ubi est, totidem virtutibus æquum?  
 Et concors pietas, nec dubitatus amor?  
 Vidimus attonitum fraterna morte Neronem,  
 Squallida promissa flere per ora comam:  
 Dissimilemque sui vultu proficiente dolorem.  
 Hei mihi, quam toto luctus in ore fuit!  
 Tu tamen extremo moriturum tempore fratrem  
 Vidisti: lacrymas vidit & ille tuas.  
 Affigique suis moriens tua pectora sensit,  
 Et tenuit vultu lumina fixa tuo:  
 Lumina cærulea jam jamque natantia morte,  
 Lumina fraternas jam subitura manus.  
 At miseranda parens suprema neque oscula fixit,  
 Frigida nec sovit membra tremante sinu.  
 Non animam apposito fugientem excepit hiatu;  
 Nec traxit cæsas per tua membra comas.  
 Raptus es absenti, dum te fora bella morantur,  
 Utilior patriæ, quam tibi, Druse, tuæ.  
 Liquebit: ut quondam Zephyris & solibus icæ  
 Solvuntur teneræ, vere tepente, nives.  
 Te queritur, casusque malos, irrisaque tales,  
 Accusatque annos, ut diuturna, suos.  
 Talis in umbrosis mitis nunc denique silvis  
 Deslet Threicium Daulias ales Ityn:  
 Halcyonum tales ventosa per æquora questus  
 Ad surdas tenui voce sonantur aquas.  
 Sic plumosa novis plangentes pectora pennis  
 Oenidem subitæ concinuisit aves.  
 Sic flevit Clymene: sic & Clymeneides, alte  
 Cum juvenis patriis excidit ictus equis.  
 Congelat interdum lacrimas, duratque, tenetque,  
 Suspensaque oculus fortior intus agit.  
 Erumpunt, iterumque gravant gremiumque sinusque,  
 Effusæ gravidis uberibusque genis.  
 In vires abiit flendi mora. plenior unda  
 Defluit, exigua si qua retenta mora.  
 Tandem ubi per lacrimas licuit, sic flebilis orsa est,  
 Singultu medios impediante sonos.  
 Nate, brevis frustus, duplicis fors altera partus;  
 Gloria confectæ, nate, parentis, ubi es?  
 Sed neque jam duplicis neque jam fors altera partus,  
 Gloria confectæ nunc quoque matris, ubi es?  
 Heu! modo tantus ubi es? tumulo portaris & igni.  
 Hæc sunt in reditus dona paranda tuos?

Siccine dignus eras oculis occurrere matris?  
 Sic ego te reducem digna videre fui?  
 Cæsaris Uxori si talia dicere fas est;  
 Jam dubito, magnos an rear esse Deos.  
 Nam quid ego admisi? quæ non ego numina cultu,  
 Quos ego non potui demeruisse Deos?  
 Hic pietatis honos? artus amplector inanes.  
 Et vorat hos ipsos flamma rogusque sinus.  
 Tene ego sustineo positum scelerata videre?  
 Tene meæ poterunt ungere, nate, manus?  
 Nunc ego te infelix summum teneoque tuorque?  
 Estingoque manus? ora que ad ora fero?  
 Nunc primum adspiceris consul victorque parenti?  
 Sic mihi, sic miseræ nomina tanta refers?  
 Quos primum vidi fasces, in funere vidi;  
 Et vidi everfos, indiciumque mali.  
 Quis credat? matri lux hæc mæstissima venit,  
 Qua natum in summo vidit honore suum.  
 Jamne ego non felix? jam pars mihi rapta Neronum  
 Materni celebrer nomine Drusus avi?  
 Jamne meus non est, nec me facit ille patrem?  
 Jamne fui Drusi mater? & ipse fuit?  
 Nec cum victorem referetur adelle Neronem,  
 Dicere jam potero, Major, an alter adest?  
 Ultima contigimus. jus matris habemus ab uno.  
 Unius est munus, quod tamen orba negor.  
 Me miseram! extimui, frigusque per ossa cucurrit:  
 Nil ego jam possum certa vocare meum.  
 Hic meus ecce fuit. jubet hic de fratre vereri.  
 Omnia jam metuo: fortior ante fui.  
 Sospite te saltem moriar, Nero! tu mea condas  
 Lumina, & excipias hanc animam ore pio.  
 Atque utram Drusi manus altera & altera fratris  
 Formarent oculos comprimerentque meos.  
 Quod licet, hoc certe tumulo ponemur in uno,  
 Druse: neque ad veteres conditus ibis avos.  
 Miscebor cinerique cinis, atque ossibus ossa.  
 Hanc lucem celeri turbine Parca neat!  
 Hæc & plura refert: lacrimæ sua verba sequuntur,  
 Oraque nequidquam per modo quæssa flunt.  
 Quin etiam corpus matri vix vixque remissum  
 Exequiis caruit, Livia, pene tuis.  
 Quippe ducem arsuris exercitus omnis in armis,  
 Inter quæ periit, ponere certus erat.  
 Abstulit invitis corpus venerabile frater;  
 Et Drusum patriæ, quod licuitque, dedit.  
 Funera ducuntur Romana per oppida Drusi;  
 (Heu facinus!) per quæ victor iturus erat.  
 Per quæ deletis Rhætorum venerat armis.  
 Hei mihi, quam dispar huic fuit illud iter!  
 Consul in fractis mærentem fascibus urbem.  
 Quid faceret victus, sic ubi victor init.  
 Mæsta domus plangore sonat: cui figere lætus  
 Parta sua dominus voverat arma manu.  
 Urbs gemit, & vultum miserabilis induit unum.  
 Gentibus adversis forma sit illa, precor!  
 Incerti clauduntque domos, strepitantque per urbem:  
 Hic illi pavidi clamque palamque dolent.  
 Jura silent, mutæque tacent sine vindice leges:  
 Adspicitur toto purpura nulla foro.  
 Dique latent templis, neque iniqua ad funera vultus  
 Præbent; nec poscunt thura ferenda rogo.  
 Obscuros delubra tenent. pudet ora colentum  
 Adspicere invidiæ, quam meruere, metu.  
 Atque aliquis de plebe pius pro paupere nato  
 Sustulerit timidæ sidera ad alta manus:

Jamque



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Et modo per somnos agitaris imagine falsa,  
 Teque tuo Drusum credis habere sinu?  
 Et subito tentasque manu, sperasque receptum;  
 Quæris & in vacui parte priore tori?  
 Ille pio (si non temere hæc creduntur) in arvo  
 Inter honoratos excipietur avos.  
 Magnaque maternis majoribus, aqua paternis  
 Gloria quadrijugis aureus ibit equis:  
 Regalique habitu, curruque superbus eburno,  
 Fronde triumphali tempora vinctus erit.  
 Accipient juvenem Germanica signa ferentem  
 Consulis imperio, conspicuumque decus.  
 Gaudebuntque suæ merito cognomine gentis;  
 Quod solus domito victor ab hoste tulit.  
 Vix credent tantum rerum cepisse tot annos.  
 Magna viri latum querere facta locum.  
 Hæc ipsum sublime ferent: hæc, optima mater,  
 Debuerant luctus attenuare tuos.  
 Femina digna illis, quos aurea condidit ætas,  
 Principibus natis, principe digna viro.  
 Quid deceat Drusi matrem, matremque Neronis,  
 Adspice. quo surgas adspice mane toro.  
 Non eadem vulgusque decent & lumina rerum.  
 Est quod præcipuum debeat ista domus.  
 Imposuit te alto Fortuna, locumque tueri  
 Iussit honoratum, Livia: perfer onus.  
 Ad te oculos, aureisque trahis. tua facta notamus.  
 Nec vox missa potest principis ore regi.  
 Alta mane; supraque tuos exsurge dolores:  
 Infragilemque animum, quod potes, usque tene.  
 An melius per te virtutum exempla petemus,  
 Quam si Romanæ principis edis opus?  
 Fata manent omnes. omnes expectat avarus  
 Portitor: & turbæ vix satis una tatis.  
 Tendimus huc omnes: metam properamus ad unam.  
 Omnia sub leges mors vocat atra suas.  
 Ecce necem intentam cælo terræque fretoque  
 Casurum triplex vaticinatur opus.  
 I nunc, & rebus tanta impendente ruina,  
 In te solam oculos & tua damna refer.  
 Maximus ille quidem juvenum, spes publica vixit;  
 Et, qua natus erat, gloria summa domus.  
 Sed mortalis erat: nec tu secuta fuisti,  
 Fortia progenie bella gerente tua.  
 Vita data est utenda: data est sine scenore nobis  
 Mutua, nec certa perfoluenda die.  
 Fortuna arbitriis tempus dispensat iniquis.  
 Illa rapit juvenes: sustinet illa senes.  
 Quaque ruit, furibunda ruit: totumque per orbem  
 Fulminat, & cæcis cæca triumphat equis.  
 Regna Deæ immitis parce irritare querendo:  
 Sollicitare animos parce potentis heræ.  
 Quæ tamen hoc uno tristis tibi tempore venit,  
 Sæpe eadem rebus favit amica tuis.  
 Nata quod en alte es, quod sætibus aucta duobus;  
 Quodque etiam magno consociata Jovi:  
 Quod semper domito redit tibi Cæsar ab orbe,  
 Gessit & invicta prospera bella manu:  
 Quod spes implerunt maternaque vota Neronis;  
 Quo pullus tories hostis utroque duce.  
 Rhenus, & Alpinæ valles, & sanguine nigro  
 Decolor infecta testis Itargus aqua:  
 Danubiusque rapax, & Dacius orbe remoto  
 \* Apulus huic hosti per breve Pontus iter:  
 Armenis fugax, & tandem Dalinata supplex,  
 Summaque dispersi per juga Pannonii:

Et modo Germanus Romanis cognitus oris.  
 Adspice quot meritis culpa sit una minor.  
 Adde quod est absens functus: nec cernere nati  
 Semineces oculos sustinere tui.  
 Quique dolor menti lenissimus influit ægræ,  
 Accipere es luctus aure coacta tuos.  
 Prævertitque metus per longa pericula luctum;  
 Tu quibus auditis anxia mentis eras.  
 Non ex præcipiti dolor in tua pectora venit,  
 Sed per mollitos ante timore gradus.  
 Jupiter ante dedit fati mala signa cruenti,  
 Flammitera petiit cum tria templa manu:  
 (Junonisque gravi nocte impavidæque Minervæ,  
 Sanctaque & immensi Cæsaribus ista domus.)  
 Sidera quin etiam cælo fugisse feruntur;  
 Lucifer & solitas destituisse vias.  
 Lucifer in toto nulli comparuit orbe,  
 Et venit stella non præeunte dies.  
 Sideris hoc obitus terris instare monebat,  
 Et mergi Stygia nobile lumen aqua.  
 At tu, qui superes mæstæ solatia matri,  
 Compescor illi ipsi conspiciare senex.  
 Perque annos diuturnus eas fratrisque tuosque,  
 Et vivat nato cum sene mater anus.  
 Eventura precor. Deus excusare priora  
 Dum volet, a Druso cætera læta dabit.  
 Tu tamen ausa potes tanto indulgere dolori:  
 Longius ut nolis, heu male fortis, ali.  
 Vix etiam fueras paucas vitalis in horas,  
 Obtulit invitæ cum tibi Cæsar opem:  
 Admovitque preces, & jus immiscuit illis:  
 Aridaque affusa guttura tinxit aqua.  
 Nec minor est nato servandæ cura parentis:  
 Hic adhibet blandas, nec sine jure, preces.  
 Conjugis & nati meritum pervenit ad omnes:  
 Conjugis & nati, Livia, sospes ope es.  
 Supprime jam lacrimas. non est revocabilis istis,  
 Quem semel umbrifera navita lintre tulit.  
 Hæstora tot fratres, tot desistere sutores;  
 Et pater, & conjux, Astyanaxque puer;  
 Et longæva parens. tamen ille redemptus ad ignes;  
 Nullaque per Stygias umbra renavit aquas.  
 Contigit hoc etiam Thetidi. populator Achilles  
 Iliaca ambustis ossibus arva premit.  
 Illi cæruleum Panope matertera crinem  
 Solvit, & immensas fletibus auxit aquas.  
 Consortesque Dex centum, longævaque magni  
 Oceani conjux, Oceanusque pater;  
 Et Thetis ante omnes: sed nec Thetis ipsa, neque omnes  
 Mutarunt avidi tristia iura Dei.  
 Prisca quid huc tepeto? Marcellum Octavia flevit,  
 Et flevit populo Cæsar utrumque palam.  
 Sed rigidum jus est & inevitabile mortis.  
 Stant rata non ulla fila renenda manu.  
 Ipse tibi emissus nebulosi littore Averni,  
 Si liceat, forti verba tot ore sonet.  
 Quid numeras annos? vixi maturior annis.  
 Acta senem faciunt: hæc numeranda tibi.  
 His ævum tuit implendum, non seignibus annis.  
 Hostibus eveniat longa senectæ meis.  
 Hoc atavi monuere mei, proavique Neronis.  
 Fregerunt ambo Punica bella duces:  
 Hoc domus ista docet, per te mea, Cæsaribus alti.  
 Exitus hic, mater, debuit esse meus.  
 Nec meritis [quamquam illa juvant magis] absuit illis,  
 Mater, honos, titulis nomina plena vides.

Consul,



Consul, & ignoti victor Germanicus orbis,  
 (Qui fuit heu mortis publica causa!) legos.  
 Cingor Apollinea victricia tempora lauro,  
 Et sensi exsequias funeris ipse mei.  
 Decursusque virum notos mihi, donaque Regum,  
 Cunctaque per titulos oppida lecta suos.  
 Et quo me officio portaverit illa juvenus,  
 Quæ fuit ante meum tam generosa torum.  
 Denique laudari sacrato Cæsaris ore  
 Emerui, lacrimas elicuique Deo.  
 Et cuiquam miserandus ero? jam comprime fletus.  
 Hoc ego, qui flendi sum tibi causa, rogo.  
 Hæc sentit Drusus, si quid modo sentit in umbra.  
 Nec tu de tanto crede minora viro.  
 Est tibi, sitque precor, multorum filius instar:  
 Parsque tui partus sit tibi salva prior.  
 Est conjux tutela hominum: quò sospite vestram,  
 Livia, funestam dedecet esse domum.

E J U S D E M  
IN MÆCENATIS OBITUM ELEGIA.

**D**esperam juvenis tristi modo carmine fata:  
 Sunt etiam merito carmina danda seni.  
 Ut juvenis deslendus erat tam candidus, & tam  
 Longius annoso vivere dignus avo.  
 Irreligata ratis nunquam defessa carinã  
 It, redit in vastos semper onusta lacus.  
 Illa rapit juvenes ptima florente juventa:  
 Non oblita rapit sed tamen illa senes.  
 Nec mihi Mæcenias tecum fuit usus amici:  
 Lollius hoc ergo conciliavit opus.  
 Fides erat nobis nam propter Cæsaris arma,  
 Cæsaris & similem propter in arma fidem.  
 Regis eras genus Etrusci: tu Cæsaris almi  
 Dexterâ, Romanæ tu vigil urbis eras.  
 Omnia cum posses tanto tam carus amico:  
 Te sensit nemo posse nocere tamen.  
 Pallade cum docta Phœbus donaverat artes.  
 Tu decus, & laudes hujus & hujus eras.  
 Vincit vulgares, vincit Beryllus arenas,  
 Litore in extremo quas simul unda movet.  
 Quod discinctus eras animo quoque, carpitur unum:  
 Diluitur nimia simplicitate tua.  
 Sic illi vixere, quibus fuit aurea virgo:  
 Quæ bene præcinctos postmodo pulsa fugit.  
 Invide, quid tandem tunicæ nocere solutæ?  
 Aut tibi ventosi quid nocere linus?  
 Num minus urbis erat custos, & Cæsaris hospes?  
 Num tibi non tutas fecit in urbe vias?  
 Nocte sub obscura quis te spoliavit amantem?  
 Quis tetigit ferro durior ipse latus?  
 Majus erat potuisse tamen, nec velle triumphos:  
 Major res, magnis abstinuisse, fuit.  
 Maluit umbrosam quercum, Nymphasque canentes,  
 Paucaque pomosi jugera cæta soli.  
 Pieridas, Phœbumque colens in mollibus hortis,  
 Sederat argutas garrulus inter aves.  
 Marmora Mæonii vincunt monumenta libelli:  
 Vivitur ingenio: cætera mortis erunt.  
 Quid faceret? defunctus erat, comes impiger idem,  
 Miles & Augusti fortis, & usque pius.  
 Iulum piscos viderunt saxa Pelori

Ignibus hostilis reddere ligna tatis.  
 Pulvere in Emathio fortem videre Philippi.  
 Quam tunc ille tener! quam gravis hostis erat!  
 Cum freta Niliacæ texerunt lata carinæ,  
 Fortis erat circum, fortis & ante Ducem.  
 Militis Eoi fugientis terga secutus,  
 Territus ad Nili dum fugit ille caput.  
 Pax erat, hæc illos laxarunt otia cultus.  
 Omnia victores Marte sedente decent.  
 Actius ipse lyram plectro percussit eburno,  
 Postquam victrices conticuere tubæ.  
 Hic modo miles erat, ne posset femina Romam  
 Dotalem stupri turpis habere sui.  
 Hic tela in profugos (tantum curvaverat arcum)  
 Misit ad extremos exorientis equos.  
 Bacche, coloratos postquam devicimus Indos,  
 Potasti galea dulce juvante merum.  
 Et tibi securo tunicæ fluxere solutæ:  
 Te puto purpureas tunc habuisse duas.  
 Sum memor, & certe memini sic ducere thyrsos  
 Brachia purpurea candidiora nive.  
 Et tibi thyrsus erat gemmis ornatus & auro:  
 Serpentes hederæ vix habuere locum.  
 Argentata tuos etiam sandalia talos  
 Vinxerunt certe: nec, puto, Bacche negas.  
 Mollius es solito mecum tum multa locutus,  
 Et tibi consulto verba fuere nova.  
 Impiger Alcide multo defuncte labore,  
 Sic memorant curas te posuisse tuas.  
 Sic te cum tenera lætum lævisse puella  
 Oblitum Nemeæ; jamque, Erymanthe, tui.  
 Ultra numquid erat? torsisti pollice subis:  
 Lenisti morsu lævia fila parum.  
 Percussit crebros te propter Lydia nodos.  
 Te propter dura stamina rupta manu.  
 Lydia te tunicas jussit lasciva fluentes  
 Inter lanificas ducere sæpe suas.  
 Clava torosa tibi pariter cum pelle jacebat,  
 Quam pede suspensio percutebat Amor.  
 Quis fore credebat, premeret cum jam impiger infans  
 Hydros ingentes vix capiente manu?  
 Cumve renascentem terret velociter Hydram?  
 Frangeret immanes vel Diomedis equos?  
 concursu trepid  
 que simul flamm  
 alter, quam cum p  
 Aquilone fremunt si  
 hæc serpant ju  
 etiam stolidi  
 cessare sinus:  
 vites, reper  
 tenas animo, men  
 est divinis tam s  
 parvas mendicat  
 sunt operi vent  
 latet, querunt pa  
 premit fauces mag  
 claudique vi  
 veluti tecto sul  
 ac teneros  
 est, rutoque lice  
 continuare mor  
 oppositas moles,  
 in obliquum est  
 eritur: magn  
 micat, lætoque  
 a rure, ferunt  
 querant quacumqu  
 amas alimenta vo  
 poterunt. illis  
 oppotumque  
 esse calidus nu  
 crebro præ  
 que bromæ adel, &  
 met flammæ: illis  
 hæc hæc



ior, altera vitis:  
bis dignissima tellus  
lique nobilis.  
in ultimis  
& corpora caule,  
& dolia multo,  
a campo.  
est carius istis,  
et arboribus, ille  
a maxima merces,  
ra coarctat:  
litos cernere sacros  
unquam furentis:  
credere, subter  
mine profundum,  
aurea vena;  
roque domantur,  
mora mundi.  
quid nutriat ignes:  
a fœdere pax sit.  
vel forte caventur,  
a terra minimis  
abstrahat auras.  
a vertice surgit,  
brachia, intra  
regit auras,  
a vires:  
a nobilis Auster:  
roque feruntur.  
ura, fugatione  
corpora densat.  
ritone canoro,  
aliqua morare  
colina voces,  
aurea theatri  
mit arte regentis,  
in subremigat undam:  
crenentibus aura  
in communitur Ætna.  
an evitire causas  
cerentibus extra.  
se corpora turba,  
proxima secun-  
de in rede restant.  
diffordia tecum est,  
aque ventos:  
aliqua caventur  
que propinquas  
line cernere ventos,  
fundere largo:  
nos obruit amnis.  
aurea aer.  
is proxima ventos est.  
erentibus humor,  
a potentia ramis est,  
aque necesse est.  
aurea coarctis  
in fœderibus arbor.  
in unum profundo  
prope ubi peribit Ætna,  
aurea vena:  
que tangitur istu  
bi ponere vires,  
opora vena,  
a fœderibus morantur  
aurea amnis

Exsilit, atque furens tota vomit igneus Ætna.  
Quod si forte putas iisdem decurrere ventos  
Faucibus, atque iisdem pulsos remeare: notandas  
Res oculis locus ipse dahit, cogetque negare.  
Quamvis caruleo siccus sic frigeat æther,  
Purpureoque rubens surgat jubar aureus ostro,  
Illinc obscura semper caligine nubes,  
Pigraque defuso circumstupet humida vultu:  
Prospectat sublimis opus, vastosque recessus.  
Non illam videt Ætna, nec ullo intercipit æliu:  
Obsequitur quacumque jubet levis aura reditque.  
Placantes etiam cælestia numina thure,  
Summo cerne jugo, vel qua liberrimus Ætna  
In prospectus hiat, tantarum semina rerum,  
Si nihil irriter flammam, stupeatque profundum.  
Huic igitur credis, torrens ut spiritus ille,  
Qui tupes terramque vorat, qui fulminat ignes,  
Cur egit vires, & præceps flexit habenas.  
Præsertim ipsa suo declivia pondere numquam  
Corpora diripiant: validoque absolveret arcu.  
Quod, nisi fallor, adest species: tantusque ruinis  
Impetus attentos oculorum transfugit ictus.  
Nec levitas tantos igitur fetit aura, moverque,  
Sparsa liquore manus factos ubi ventilat ignes:  
Verberat ore tamen, pulsataque corpora nostra  
Incurfant: adeo tenuis vim causa repellit,  
Non cinerem stipulamve levem, non arida sorbet  
Gramina: non tenuis plantis liquor exit iisdem.  
Surgit odoratis sublimis fumus ab aris,  
Tanta quies illi est & pax innoxia patti.  
Sive peregrinis igitur propriisve potentes  
Conjurant animæ causis: ille impetus ignis  
Et montis partes atras subvertit arena,  
Vastaque concursu trepidantia saxa fragoris,  
Ardentesque sinui flammam, ac fulmina rumpunt.  
Haud aliter, quam cum prono jacuere sub Austro,  
Aut Aquilone freinunt silvæ, dant brachia nodo  
Implicitæ, hæc serpunt junctis incendia ramis.  
Nec te decipiant stolidi mendacia vulgi,  
Exhaustos cessate sinus: dare tempora rursus,  
Ut rapiant vires, repetantque in prælia victi:  
Pelle nefas animo, mendacemque exue famam.  
Non est divinis tam sordida rebus egestas:  
Nec parvas mendicat opes, nec corrogat auras.  
Præsto sunt operi ventorum examina semper,  
Causa latet, quærunt pariter, coguntque morari.  
Sæpe premit fauces magnis exstructa ruinis  
Congeries, clauditque vias luctamine ab imo,  
Et scisso veluti tecto sub pondere præsto est:  
Haud secus ac teneros \* cum secum frigida monti  
Desidia est, tutoque licet discedere montes:  
Post ubi continuere motam, velocius urgent,  
Pellunt oppositas moles, ac vincula rumpunt.  
Quidquid in obliquum est, frangunt iter: acrior ictu  
Impetus exoritur: magnis operata rapinis  
Fiamma micat, lætoque ruens exundat in agros:  
Si cessant a ture, ferunt spectacula venti:  
Nunc superant quacumque regunt incendia silvæ,  
Quæ flammam alimenta vocent, quid nutriat Ætna,  
Incendi poterunt. illis vernacula causis  
Materia, oppositumque igni genus utile terrent.  
Uritur assidue calidus nunc sulfuris humor,  
Nunc spissus crebro præbetur vimine succus:  
Pingue bitumen adest, & quidquid cominus atras  
Irritat flammam: illius corporis Ætna est.  
Atque hanc materiam penitus discurrere fontes,

Infectæ erumpunt & aquæ radice sub ipsa.  
Pars oculis manifesta jacet: quæ corpore dura est,  
Ac lapis: in pingui fervent incendia succo.  
Quin etiam varie quædam sine nomine saxa  
Toto monte liquant: illis custodia flammæ  
Vera, tenaxque data est: sed maxima causa molaris  
Illius incendii lapidis sic vindicat Ætnam.  
Quem si forte manu teneas, & robore cernas,  
Nec servare putes ignem, nec spargere posse.  
Sed simul ac ferro quæras, respondet, & ictu  
Scintillat calor. hunc multis circumdate flammis,  
Et potes extorquere animos, atque exue robur,  
Fundetur ferro citius. nam mobilis illi,  
Et metuens natura mali est, ubi cogitur igni.  
Sed simul atque hausit flammam, non tutior haustu  
Ulla domus servans aciem, duramque tenaci  
Septa fides: tutum est illi patientia victo,  
Vix umquam redit in vires, atque evomit ignem.  
Totus enim denso stipatur robore: tarda  
Per tenues admissa vias incendia nutrit,  
Cunctanterque eadem, pigreque accepta remittit,  
Nec tamen hoc uno quod montis plurima pars est,  
Vincit, & incendi causam tenet: illa profesto  
Miranda est lapidum vivax, animosaque virtus.  
Cætera materies, quæcumque est fertis igni,  
Ut semel accensa est, moritur: nec restat in illa,  
Quod repetas: tantum cinis, & sine semine terra est.  
Hic semel atque iterum patiens, ac mille perhæustis  
Ignibus instaurat vires: nec desinit ante,  
Quam levis excocto defecit robore pumex.  
In cinerem, putresque jacet delapsus arenas.  
Cerne locis etiam similes arsisse catervas.  
Illic materiæ nascentis copia major:  
Sed genus hoc lapidis certissima signa coloris,  
Quod nullas adjunxit opes, & languit ignis.  
Dicitur insidiis flagrans Ænaria quondam,  
Nunc extincta super: testisque Neapolin inter  
Et Cumas locus est, multis jam frigidus annis:  
Quamvis æternum pinguescat ab ubere sulfur,  
In mercem legitur; tanto est fœcundior Ætna  
Insula, cui nomen facies dedit ipsa rotunda.  
Sulfur enim solum, nec obesa cacumine terra est,  
Et lapis accretus regerendis ignibus aptus.  
Sed raro fumat, qui vix, si accenditur, ardet:  
In breve mortales flammam quod copia nutrit,  
Insula durata Vulcani nomine sacra.  
Pars tamen incendi major refrigit, & alto  
Jactatas recipit classes, portuque tuetur.  
Quæ restat, minor & dives satis ubere terra est:  
Sed non, Ætnæ vires quas conferat, illi.  
Atque hæc ipsa tamen jam quondam extincta fuisset,  
Ni furim aggereret secretis callibus humor  
Materiam, silvamque suam, pressoque canali  
Huc illuc ageret ventos, & pasceret ignes.  
Sed melius res nota ipsa est, spectataque veris  
Occurrit signis: nec tentat fallere pestem.  
Nam circa latera, atque imis radicibus Ætna  
Candentes efflat lapides, disjectaque saxa  
Intereunt venis, manifesto ut credere possis  
Pabula, & ardendi causam lapidem esse molarem:  
Cujus defectus jejunos colligit ignis.  
Ille, ubi collegit flammam, jacit, & simul ictu  
Materiam accendit, cogitque liquefcere secum.  
Haud equidem mirum factu, quod cernimus extra.  
Si lenitur opus, restat magis: uritur illic;  
Sollicitatque magis vicina incendia laxum,



Certaue venturæ præmittit pignora flammæ.  
 Num simul atque mover curis; turbamque minutos  
 Di lugit: extemploque solum trahit, istaque ramis,  
 Et grave sub terra murmur demonstrat, & ignes.  
 Tum pavidum fugere, & factis tum credere rebus,  
 Parere, & tuto speculareris omnia colli.  
 Nam subito effervent onerosa incendia raptis:  
 Accensæ subeunt moles, truncæque ruinæ:  
 Provolvunt, atque atra sonant examina arenæ:  
 Nec recipit flammæ mors, hic defessus anhelat,  
 Atque aperit se hostis, decrescit spiritus illic.  
 Haud aliter, quam cum læto devicta tropæo  
 Prona jacet campis acies, & castra sub ipsa.  
 Tum si quis lapidum summo pertabuit igni,  
 Asperior sopita, & quædam sordida saxa est:  
 Qualem purgato cernes discedere ferro.  
 Verum ubi paulatim exsiluit sublata caducis  
 Congeries saxi, angusto vertice surgunt.  
 Sic veluri in fornace lapis torretur, & omnis  
 Exiit penitus venis, subit altius humor  
 Amittis opibus, levis & sine pondere punex  
 Excoquitur: liquor ille magis servare magisque  
 Fluminis in speciem mitis procedere tandem  
 Incipit, & primis demittit collibus undas:  
 Ille paulatim bis sena in millia pergunt.  
 Quispe nihil revocat, curtis nihil ignibus obstat:  
 Nulla tenet frustra moles: simul omnia pugnant.  
 Nunc silvas, rupesque vorant hæc tela, solumque.  
 Ipsa adjutat opes, facilesque sibi induit annos.  
 Quod si forte cavis cunctatus vasibus hæsit,  
 Utpote inæquales volvens perpassitur agros,  
 Ingeminat fluctus, & stantibus increpat undis.  
 Sicut cum curvo rapidum mare cernitur æstu,  
 Ac primum tenuis sinus agit ultiores  
 Progrediens late diffunditur, & succernens.  
 Flumina consistunt tipis, ac frigore durant,  
 Paulatimque ignes coeunt, ac flammea messis,  
 Exiit facies tunc prima: u quæque rigescit,  
 Effumat moles, atque ipso pondere tracta  
 Volvitur ingenti strepitu præcepique sonanti.  
 Cum solido inflexa est, pulsantes dissipat istus,  
 Et qua disclusa est, candenti robore fulget,  
 Et micat examen plagis: ardentia saxa  
 Scintillant. procul ecce fide, proci ecce ruentes  
 Incolumi fervore cadunt. verum impetus ignes  
 Si sumant quondam ut ripas trajecerit amnis:  
 Vix cunctis quisquam fixo dimoverit illas.  
 Vicenos per sæpe dies jacet obtuta moles.  
 Sed frustra certis disponere singula causis  
 Tentamus, si firma manet tibi fabula mendax,  
 Materiam ut credas aliam, furere igne favillam,  
 Plurima proprietate simul concreescere: sicque  
 Commistum vento flagrare bitumine sulphur.  
 Nam post exhaustam cretam quoque robora fundit:  
 Et figulos huic esse fidem; dein frigoris usu  
 Duritiem revocare suam, & constringere venas.  
 Sed signum commune leve est, atque irrita causa,  
 Quæ trepidat: verum ubi certo pignore constat.  
 Nam velut arguti natura est æris & ignis,  
 Cum dormitum constat, eademque & robore salvo,  
 Utramque ut possis æris cognoscere portam:  
 Haud aliter lapis ille tenet, seu forte madentes  
 Effluit in flammæ, seu sit securus ab illis:  
 Conseruatque notas, nec vultu perdidit ignes.  
 Quin etiam externam multis color ipse resolvit,  
 Non odor aut levitas: putris magis ille, magisque

Una operis facies, eadem perque omnia terra est.  
 Nec tamen inficior lapides ardescere certos,  
 Interius furere accensos: hæc propria virtus.  
 Quin ipsis quædam Siculi cognomina saxi  
 Imposuere: Fricas etiam ipso nomine signant  
 Fulvium esse notas: numquam tamen illa liquefcunt,  
 Quamvis materies foveat succosior intus,  
 Nec penitus venæ fuerint cominissa molari.  
 Quod si quis lapidis miratur fusile robur:  
 Cogitet obscuro verissima dicta libelli  
 Heracleiti, & ibi nihil insuperabile gigni,  
 Omnia quæ rerum natura semina jacta.  
 Sed nimium hoc mirum; densissima corpora sæpe,  
 Et solido vicina, tamen compescimus igni.  
 Non animos æris flammis succumbere cernis?  
 Lentitiem plumbi non exiit? ipsaque ferri  
 Materies prædura, tamen subvertitur igni,  
 Spissaque suspensis fornacibus aurea saxa  
 Exsulant pretium. quædam fortasse profundo  
 Incomperta jacent, similique obnoxia sorti.  
 Nec locus ingenio est: oculi te iudice vincent.  
 Nec lapis ille tigeat percussus: & ignibus obstat,  
 Si parvis torrere velis: cæloque patenti  
 Candentem, pressumque agedum fornace coerce:  
 Nec sufferre potest; nec sævum durat in hostem:  
 Vincitur, & solvit vires, captusque liquefcit.  
 Quæ majora putas autem tormenta moveri  
 Posse manu? quæ tanta putas incendia nostris  
 Sustentari opibus, quantis fornacibus Ætna  
 Uritur, a sacro nunquam non fertilis igne?  
 Sed non qui nostro fervet moderatior usu,  
 Sed cælo propior: vel quali Jupiter ipse  
 Armatus flamma est, his viribus additus ingens  
 Spiritus, adstrictis elisus faucibus: ut cum  
 Fabriles operæ rudibus contendere massis  
 Festinant, ignes quatiunt, sollesque trementes  
 Exanimant, pressosque instigant agmine ventos.  
 Hæc operis fama est. sic nobilis uritur Ætna,  
 Terra foraminibus vires trahit, urget in arctum,  
 Spiritus incendi vivit per maxima saxa.  
 Magnificas laudes, operosaque visere templa  
 Divitiis hominum, aut facta memorare vetusta  
 Traduce materia, & tetrus per proxima fati  
 Curtimus, atque avidi veteris mendacia famæ  
 Eruimus, cunctasque libet percurrere gentes.  
 Nunc juvat Ogygiis circumdata mœnia Thebis,  
 Carnereque & fratres: ille impiger, ille canorus  
 Condere felices alieno interferit ævo.  
 Invitata pio nunc carmine saxa lyraque,  
 Nunc gemina ex uno fumantia saxa vapore  
 Miramur, septemque Duces, raptumque profundo.  
 Detinet Eurotas illic & Sparta Lycurgi,  
 Et sacer in bellum numerus sua turba recenti.  
 Nunc hic Cecropiæ variis spectantur Athenæ  
 Carminibus, gaudentque sua victrice Minerva.  
 Excidit: hic reduci quondam tibi, perfide Theseu,  
 Candida sollicito permittere vela parenti.  
 Tu quoque Athenarum carmen jam nobile sidus  
 Erigone: sedes vestra en Philomela canoris  
 Evocat in silvis, & tu soror hospita tectis  
 Acciperis: solis Tereus ferus exulat agris.  
 Miramur Trojæ cineres, & flebile viciis  
 Pergamon, extinctosque suos Phrygas: Hæctora primum  
 Conspicimus magni tumulum Ducis. hic & Achilles  
 Impiger, & victus magni jacet Hæctoris ultor.  
 Quin etiam Graiæ fixos tenuere tabellæ,



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.


Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



# MARCI MANILII ASTRONOMICON. LIBER PRIMUS.



Armine Divinas artes, & conscia Fari  
Sidera, diversos hominum variantia ca-  
sus,  
Cælestis Rationis opus, deducete Mundo  
Aggredior; primulque novis Heliconæ  
move  
Cantibus, & viridi nutantes vertice sil-  
vas,

Hospita facta serens nulli memorata priorum.

Nunc mihi tu, Cæsar, patriæ Princepsque Paterque,  
Qui regis Augustis parentem legibus Orbem,  
Concessumque Patri Mundum Deus ipse meteris,  
Das animum, viresque facis ad tanta tenendum.

Jam propiusque lavet Mundus scrutantibus ipsum,  
Et rapit æthereos per carmina pandere census.

Hoc sub pace vacat tantum. juvat ire per ipsum  
Aera, & immenso spatiantem vivere Cælo:

Signaque, & adversos stellarum noscere cursus.

Quod solum novisse, parum est. impensus ipsa  
Scire juvat magni penitus præcordia Mundi;  
Quæque regat generetque suis animalia Signis  
Cernere, & in numerum, Phæbo modulante, referre.

Bina mihi positis lucent altaria flammis.

Ad duo Tempa precot duplici circumdatus æstu,  
Carminis & rerum: cetta cum lege canentem  
Mundus & immenso Vatem circumstrepit orbe;  
Vixque soluta suis immittit verba figuris.

Quem primum infernis licuit cognoscere terris  
Munera Cælestum? quis enim condentibus illum  
Clepsisset furto Mundum, quo cuncta reguntur?  
Quis foret humano conatus pectore tantum,  
Invitis ut Dis cuperet Deus ipse videri?  
Sublimes aperire vias, inumque sub Orbem.

Et per Inane suis parentia legibus astra;  
Nominaque & cursus Signorum, pondera, vires?

Tu princeps, auctorque sacri, Cyllenic, tanti;  
Per te jam Cælum in Terris, jam sidera nota;  
Major uti facies Mundi foret, & veneranda  
Non species tantum: sed & ipsa Potentia rerum;  
Sentirentque Deum Gentes, quam maximus esset,  
Qui sua disposuit per tempora, cognita ut essent  
Omnibus, & Cæli faciem, Cælumque supernum:  
Naturæque dedit vires, se quæ ipsa reclusit,  
Regales animos primum dignata movere,  
Proxima tangentes rerum falligia Cælo:  
Qui domuere seras Gentes Oriente sub ipso,  
Quas secat Euphrates, in quas & Nilus inundat,  
Qua Mundus redit, & nigras superevolat urbes.

Tum qui Tempa Sacris cõluerunt omne per ævum,  
Delectique Sacerdotes in publica vota,  
Othcio junxere Deum; quibus ipsa potentis  
Numinis accendit castam præsentia mentem;  
Inque Deum Deus ipse tulit, paruitque Ministris.  
Hi tantum novere decus, primique per artem

Sideribus videre vagis pendentia Fata.

Singula nam proprio signarunt tempora casu,

Longa per assiduas complexi secula curas.

Nascendi quæ cuique dies, quæ vita fuisset:

In quas Fortunæ leges quæque hora valetet:

Quantaque quam parvi facerent discrimina morus.

Postquam omnis Cæli species redeuntibus astris

Percepta in proprias sedes, & reddita certis

Fatorum ordinibus sua cuique potentia formæ

Per varios usus: artem experientia fecit,

Exemplo monstrante viam; speculataque longe,

Deprendit tacitis dominantia legibus astra,

Et totum æterna Mundum ratione moveri,

Fatorumque vices certis discurrere Signis.

Nam rudis ante illos, nullo discrimine, vita

In speciem conversa, operum ratione carebat;

Et stupefacta novo pendeat lumine Mundi.

Tum velut amissis mærens, tum læta renatis

Sideribus; variosque dies, incertaque noctis

Tempora, nec similes umbras, jam Sole regresso,

Jam propiore, suis poterat discernere caussis.

Nec dum etiam doctas solertia fecerat artes:

Terraque sub rudibus cessabat vasta Colonis:

Tuncque in desertis habitabat montibus aurum:

Immotusque novos Pontus subduxerat Orbes:

Nec vitam Pelago, nec ventis credere vela

Audebant; sed quisque satis se nosse putabat.

Sed cum longa dies acuit mortalia corda,

Et labor ingenium miseris dedit, & sua quemque

Advigilare sibi jussit Fortuna premendo;

Seducta in varias certarunt pectora curas:

Et quodcumque sagax tentando repperit usus,

In commune bonum commentum læta dedere.

Tunc & lingua suas accepit barbara leges:

Et fera diversis exercita frugibus arva:

Et vagus in cæcum penetravit Navita Pontum;

Fecit & ignotis itiner commercia Terris:

Tum belli pacisque artes commenta vetustas;

Semper enim ex aliis alios profeminat usus.

Nec vulgata canam. volucrum prædiscere linguas:

Consultare fibras: & tumpere vocibus Angues:

Sollicitare umbras; inumque Acheronta movere:

In noctemque dies, in lucem vertere noctes.

Omnia conando docilis solertia vicit.

Nec prius imposuit rebus finemque modumque,

Quam Cælum ascendit ratio, cepitque profundis

Naturam rerum caussis, viditque quod usquam est.

Nubila cur tanto quaterentur pulsa fragore:

Hiberna æstiva nix grandine mollior esset:

Arderent terræ; solidusque tremisceret orbis:

Cur imbres ruerent: ventos quæ causa moveret,

Pervidit, solvitque animis miracula rerum;

Eripuitque Jovi fulmen, viresque tonandi,

Et sonitum ventis concessit, nubibus ignem.



I  
ON.

Quæ postquam in proprias deduxit singula causas,  
Vicini ex alto mundi cognoscere molem  
Intendit, totumque animo comprehendere Cælum;  
Attribuitque suas formas, sua nomina Signis;  
Quasque vices agerent certa sub lege notavit;  
Omniaque ad numen mundi, faciemque moveri,  
Sideribus vario mutantibus ordine fata.

Hoc mihi surgit opus, non ullis ante sacratum  
Carminibus. faveat magno Fortuna labori;  
Annosa & molli contingat vita senecta,  
Ut possim rerum tantas emergere moles,  
Magnaque cum parvis simili percurrere cura.

Et quoniam Cælo carmen descendit ab alto,  
Et venit in terras fatorum conditus ordo:  
Ipsa mihi primum naturæ forma canenda est,  
Ponendusque sua totus sub imagine mundus.

Quem sive ex nullis repetentem semina rebus  
Natali quoque egere placet, semperque fuisse,  
Et fore principio pariter fatoque carentem:

Seu permixta chaos rerum priordia quondam  
Discrevit partu, mundumque enixa nitentem  
Fugit in infernas caligo pulsa tenebras:

Sive individuis, in idem reditura soluta,  
Principiis natura manet, post secula mille;  
Et pene ex nihilo summum, nihilumque futurum;  
Cæcaque materies Cælum perfecit & orbem:

Sive ignis fabricavit opus, flammæque micantes,  
Quæ mundi fecere oculos, habitantque per omne  
Corpus, & in Cælo vibrantia fulmina fingunt:

Seu liquor hoc peperit, sine quo riget arida rerum  
Materies, ipsumque vorat, quo solvitur, ignem:

Aut neque terra patrem novit, nec flamma, nec aer,  
Aut humor; faciuntque Deum per quatuor artus;  
Et mundi struxere globum; prohibentque requiri  
Ultra se quidquam, cum per se cuncta creentur,  
Frigida ne calidis desint, aut humida siccis,  
Spiritus aut solidis; sitque hæc discordia concors,  
Quæ nexus habiles, & opus generabile fingit,  
Atque omnis partus elementa capacia reddit:  
Semper erit genus in pugna, dubiumque manebit,  
Quod latet, & tantum supra est hominemque Deumque.

Sed facies, quacumque tamen sub origine, rerum  
Convenit, & certo digestum est ordine corpus.

Ignis in æthereas volucer se sustulit auras,  
Summaque complexus stellantis culmina cæli,  
Flammarum vallo naturæ mœnia fecit.

Proximus in tenues descendit spiritus auras,  
Aeraque extendit medium per inania mundi.  
Ignem flatus alit vicinum subditus astris.

Tertia fors undas stravit, fluctusque natantes,  
Æquora perfundit toto nascentia Ponto,  
Ut liquor exhalet tenues atque evomat auras;  
Aeraque ex ipso ducentem semina pascat.

Ultima subsedit glomerato pondere tellus,  
Convenitque vagis limus commixtus arenis,  
Paulatim ad summum tenui fugiente liquore.

Quoque magis puras humor secessit in undas;  
Et siccata magis strinxerunt æquora terras,  
Adjacuitque cavis fluidum convallibus æquor,  
Emergere fretis montes, orbisque per undas  
Exiliit, vasto clausus tamen undique Ponto.  
maque de cunctis mediam tenet undique sedem.  
Idcircoque manet stabilis, quia totus ab illa  
tantumdem refugit mundus; fecitque cadendo  
Undique, ne caderat. medium totius & imum est.  
Itaque contractis consistunt corpora plagis,

Et concurrente prohibent in longius ire.

Quod nisi librato penderet pondere tellus,  
Non ageret cursum mundi, subeuntibus astris,  
Phœbus ad occasum, & nunquam remearet ad ortum:  
Lunave submersos regeret per inania cursus:  
Nec matutinis fulgeret Lucifer horis,  
Hesperus immerso dederat qui lumen Olympo.

Nunc quia non imo tellus dejecta profundo,  
Sed medio suspensa manet, sunt pervia cuncta,  
Qua cadat & subeat Cælum, rursusque resurgat.

Nam neque fortuitos ortus surgentibus astris:  
Nec toties possum nascentem credere mundum:  
Solisve assiduos partus & fata diurna;  
Cum facies eadem signis per secula constet:  
Idem Phœbus eat Cæli de partibus iisdem:  
Et natura vias servet, quas fecerat ipsa:  
Lunaque per totidem luces mutetur & orbes,  
Nec tyrocinio peccet; circumque feratur  
Æterna cum luce dies, quod tempora monstret  
Nunc his, nunc illis eadem regionibus orbis  
Semper; & ulterius vadentibus ortus ad ortum,  
Occasumve obitus, Cælum & cum Sole perennet.

Nec vero tibi natura admiranda videri  
Pendentis terræ debet, cum pendeat ipse  
Mundus, & in nullo ponat vestigia fundo.  
Quod patet ex ipso motu cursuque volantis.  
Cum suspensus eat Phœbus, cursumque reflectat  
Huc illuc, agiles & servet in æthete metas:  
Cum luna & stellæ volitent per inania mundi;  
Terra quoque aeris leges imitata pependit.

Est igitur Tellus mediam sortita cavernam  
Aeris, & toto pariter sublata profundo:  
Nec patulas distenta plagas, sed condita in orbem  
Undique surgentem pariter, pariterque cadentem.  
Hæc est naturæ facies: sic mundus & ipse  
In convexa volans teretes facit esse figuras  
Stellarum; solisque orhem, lunæque rotundum  
Aspicimus tumido quærentis corpore lumen,  
Quod globus obliquos totus non accipit ignes.

Hæc æterna manet, Divisique simillima forma,  
Cui neque principium est usquam, nec finis in ipso:  
Sed similis toto remanet, perque omnia par est.

Sic stellis glomerata manet mundoque figura.  
Idcirco terris non omnibus omnia signa  
Conspicimus. nusquam invenies fulgere Canopum,  
Donec Niliacas per pontum veneris oras.  
Sed quærent Helicen, quibus ille supervenit ignis,  
Qui laterum tractus habitant, mediique tumores  
Eripiunt terræ Cælum, visusque coercent.

Te testem dat, Luna, sui glomerabilis orbis,  
Quæ cum mersa nigris per noctem deficiis umbris,  
Non omnes pariter confundis sidere gentes;  
Sed prius Eoæ quærent tua lumina gentes;  
Post medio subjecta Polo quæcumque coluntur;  
Ultima ad Hesperios infectis voveris alis;  
Seraque in extremis quatiuntur gentibus æra.

Quod si plana foret tellus, simul iccta per omnes  
Deficeret, pariter toto miserabilis orbe:  
Sed quia per teretem deducta est terra tumorem,  
His modo, post illis apparet Delia terris,  
Exoriens simul atque cadens quia fertur in orbem  
Ventris, & acclivis pariter declivia jungit,  
Atque alios superat gyros, aliosque relinquit.  
Ex quo colligitur terrarum forma rotunda.

Hanc circum variæ gentes hominum atque ferarum,  
Aerique colunt volucres, pars ejus ad Arctos  
Eminet,

Fata.  
tempora casu,  
la ceras.  
ita fuisse:  
ora valeret:  
distinctione motus.  
redemptibus astris  
etiam certis  
potentia formæ  
nata fuit,  
evolutione longe,  
scilicet anim,  
sive motum,  
ante Signis.  
lo dicitur. visa  
ratione carebat;  
unde Mundi.  
n licta recans  
maque noctis  
lam Sole remisso,  
tenere causis.  
ta fecerat artes:  
e vana Colonis:  
monibus aurum:  
dixerat Orbes:  
is credere vela  
se nosse parabat.  
mortalia corda,  
sit, & sua quemque  
præmendit:  
edora curas:  
cudo reperit usus,  
num licta dedere.  
omnino leges:  
bus arva:  
Nativa Pontum,  
na Terris:  
tena veritas;  
coliminas ubi.  
anum prædicere linguas:  
re vocibus Angas:  
ne Achærona movere:  
im venere noctis.  
ria rictis.  
is animæque modumque,  
cepique profundis  
litque quod aliquam est.  
cur pulsa fragore:  
e mollior esset:  
remitteret orbis:  
s quæ tanta moveret,  
nata hanc tenens:  
reque torandi,  
subibus lignis.



Eminent, Austrinis pars est habitabilis oris;  
Sub pedibusque jacet nostris, supraque videtur  
Ipsa, sibi fallente solo declivia longa,  
Et pariter surgente via, pariterque cadente.

Hanc ubi ad occasus nostros sol aspicit ortus,  
Illic orta dies sopitas excitat urbes,  
Et cum luce refert operum vadimonia terris:  
Nos in nocte sumus, somnosque in membra locamus.  
Pontus utrosque suis distinguit & alligat undis.

Hoc opus immensi constructum corpore mundi,  
Membraque naturæ diversa condita forma  
Aeris, atque ignis, terræ, pelagique jacentis,  
Vis animæ divina tegit, sacroque meatu  
Conspirat Deus, & tacita ratione gubernat;  
Et multa in multas dispensat fœdera partes,  
Alteræ ut alterius vires faciatque feratque,  
Summaque per varias maneat cognata figuras.

Nunc tibi signorum lucentes undique flammæ  
Ordinibus certis referam. primumque canentur  
Quæ media obliquo præcingunt ordine mundum,  
Solemque alternis vicibus per tempora portant,  
Atque alia adverso luctantia sidera mundo,  
Omnia quæ possis cælo variare sereno.  
E quibus & ratio fatorum ducitur omnis:  
Ut sit idem mundi primum, quod continet arcem.  
Aurato Princeps Aries in vellere fulgens  
Respicit admirans adversum surgere Tautum,  
Summisso vultu Geminos & fronte vocantem,  
Quos sequitur Cancer: Cancrum Leo: Virgo Leonem.

Æquato tum Libra die cum tempore noctis  
Attrahit ardenti fulgentem Scorpion a siro,  
In cujus caudam contentum dirigit arcum  
Mixtus equo, volucrem missurus jamque sagittam.  
Tum venit angusto Capricornus sidere flexus.  
Post hunc inflexam diffundit Aquarius utnam  
Piscibus assuetas avide subeuntibus undas,  
Quos Aries tangit claudentes ultima signa.

At, qui fulgentes cælo consurgit ad Arctos,  
(Omnia quæ summo despectant sidera Mundo,  
Nec norunt obitus, unoque in vertice tantum  
In diversa sitæ cælumque & sidera torquent,)  
Aera per gelidum tenuis deducitur Axis,  
Libratumque gerit diverso cardine Mundum,  
Sidereus circa medium quem volvitur orbis,  
Æthereosque rotat cursus. immotus at ille  
In binas Arctos magni per inania mundi,  
Perque ipsum terræ directus conlinit orbem,  
Nec vero e solido stat robur corporis ejus,  
Nec grave pondus habet, quod onus ferat ætheris alti:  
Sed cum aer omnis semper volvatur in orbem,  
Quoque semel capit, totus volet undique in ipsum,  
Quodcumque in medio est, circa quod cuncta moventur,  
Usque adeo tenue, ut verti non possit in ipsum,  
Nec jam inclinati, nec se convertete in orbem,  
Hoc dixere Axem, quia motum non habet ullum;  
Ipse videt circa volitantia cuncta moveri.

Summa tenent eius miseris notissima Nautis  
Signa, per immensum cupidos ducentia Pontum,  
Majoremque Helice major decircinat arcum,  
Septem illam stellæ certantes lumine signant,  
Qua duce per fluctus Grajæ dant vela carinæ.  
Angusto Cynosura brevis torquetur in orbe,  
Tam spatium, quam luce minor. sed iudice vincit  
Majorem Tyrio; Pœnis hæc certior auctor  
Non apparentem Pelago quærentibus Orbem.  
Nec paribus positæ sunt frontibus, utraque caudam

Vergit in alterius rostro, sequiturque sequentem:  
Has interius, circumque amplexus utramque  
Dividit, & cingit stellis ardentibus Anguis,  
Ne coeant, abeantve suis a sedibus umquam.

Hunc inter, mediumque orbem, quo sidera septem  
Per bis sena volant contra nitentia signa,  
Mixta ex diversis consurgunt viribus astra:  
Hinc vicina Poli, cælique hinc proxima flammis;  
Quæ quia dissimilis, quæ pugnant, temperat aer,  
Frugiferum sub se reddunt mortalibus orbem.

Proxima frigentes Arctos Boreamque rigentem  
Nixa venit species genibus, sibi conscia causæ.

A tergo nitet Arctophylax, idemque Bootes,  
Quod similis junctis instat de more juvenicis;  
Arcturumque rapit medio sub pectore secum.

At parte ex alia claro volat orbe Corona,  
Luce micans varia. nam stella vincitur una  
Circulus, in media radians quæ proxima fronte,  
Candidaque ardenti distinguit lumina flamma;  
Gnostia desertæ hæc fulgent monumenta puellæ.

Et Lyra diductis per cælum cornibus inter  
Sidera conspicitur, qua quondam ceperat Orpheus  
Omne quod attingerat cantu, Manesque per ipsos  
Fecit iter, domuitque infernas carmine leges.  
Huic cælestis honos, similisque potentia causæ:  
Tunc silvas & saxa trahens, nunc sidera ducit,  
Et rapit immensum mundi revolubilis orbem.

Serpentem magnis Ophiuchus nomine signis  
Dividit, & toto mergentem corpore corpus  
Explicat, & nodos sinuataque terga per orbem,  
[Respicit ille tamen molli cervice reflexus,]  
Et didit fuis per laxa volumina palmis.  
Semper enim paribus bellum, quia viribus æquant.

Proxima fors Cycni, quem cælo Jupiter ipse  
Imposuit formæ pretium, qua cepit amantem,  
Cum Deus in nivem descendit versus Olorem,  
Tergaque fidenti subjecit plumea Leda.  
Nunc quoque diductas volitat stellarum in alas.

Hinc imitata nitent cursumque habitumque Sagittæ  
Sidera. tum magni Jovis ales fertur in altum  
Assueto volitans, gesserit ceu fulmina mundi,  
Digna Jove, & cælo, quod factis instruit armis.

Tunc quoque de Ponto surgit Delphinus ad astra,  
Oceani cælique decus, per utrumque sacratum.  
Quem rapido conatus Equus comprehendere cursu  
Festinat, pectus fulgenti sidere clarus,  
Et finitur in Andromeda, quam Perseus armis  
Eripit, & lociat sibi, cui succedit iniquo  
Divisum spatio, cui tercia lampada dispar  
Conspicitur paribus, Deltoton nomine sidus,  
Ex simili distans. Cepheusque & Cassiopea  
In pœnas signata suas, juxtaque relictam  
Andromedam vallos metuentem Piscis hiatus;  
Expositam Ponto desset, scopulisque relictam,  
Ne veterem Perseus cælo quoque servet amorem,  
Auxilioque juvet, fugiendaque Gorgonis ora  
Sustineat, spoliūque sibi, testemque videnti.

Tunc vicina ferens nixo vestigia Tauro  
Heniochus, studio mundumque & nomen adeptus;  
Quem primum curru volitantem Jupiter alto  
Quadrijugis conspexit equis, cæloque sacravit.

Tum subeunt Hædi claudentes sidere Pontum  
Nubibus; & mundi nutrito Rege Capella,  
Cujus ab uberibus magnum ille ascendit Olympum,  
Lactæ sero crescens ad fulmina, vimque tonandi.  
Hanc ergo æternis merito sacravit in astris

Hyades, & Cæli  
Hyades Hyad  
Boream scand  
Alpice nunc in  
Quæ super exultas  
Quæque intra gelid  
Lactem verto  
Censere vicinam  
Cæli ter  
extento  
fulgentes hu  
obliquis de  
Orion exce  
ducto sign  
clara minu  
per totum  
rapido  
terris viol  
cedit. v  
Solis ful  
mov  
surgentem  
ab excelso sp  
fragum vari  
valetudo v  
pacemque  
vidit, l  
hoc posse  
Sole mi

magis Man  
Dea facta Deos  
dipolitis imi  
facit Ales



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Arctos & Orion adversis frontibus ibant.  
Hæc contenta suos in vertice flectere gyros:  
Ille ex diverso vertentem surgere contra  
Obvius, & toto semper decurrere Mundo.  
Temporaque obscuræ noctis deprendere Signis  
Jam poterant; Cælumque suas distinxerat horas.

Quot post excidium Trojæ sunt eruta regna?  
Quot capti populi? quoties fortuna per Orbem  
Servitium imperiumque tulit, varietque revertit?  
Trojanos cineres in quantum oblita resovit  
Imperium? Fatis Axiæ jam Græcia pressa est.  
Secula dinumerare piget, quotiesque recurrens  
Lustravit Mundum vario Sol igneus Orbe.  
Omnia mortali mutantur lege creata.  
Nec se cognoscunt Terræ vertentibus annis  
Exutas. variant faciem per sæcula gentes.

At manet incolumis Mundus, suaque omnia servat,  
Quæ nec longa dies auget, minuitque senectus.  
Nec motus puncto currit, cursusque fatigat:  
Idem semper erit, quoniam semper fuit idem.  
Non alium videre Patres, aliumve Nepotes  
Aspicient. Deus est, qui non mutatur in ævo.

Numquam transversas Solem decurrere ad Arctos;  
Nec mutare vias, & in Ortum vertere cursus,  
Auroramque novis nascentem ostendere terras;  
Nec Lunam certos excedere luminis orbes,  
Sed servare modum quo crescat, quove recedat;  
Nec cadere in terram pendentia sidera Cælo,  
Sed dimensa suis consumere tempora Signis.  
Non casus opus est, magni sed Numinis ordo.

Hæc igitur texunt æquali sidera tractu  
Ignibus, in varias Cælum laqueantia formas.

Altius his nihil est. hæc sunt fastigia Mundi.  
Publica naturæ domus his contenta tenetur  
Finibus, amplectens pontum terrasque jacentes.  
Omnia concordia tractu veniuntque caduntque,  
Qua semel incubuit Cælum, versumque resurgit.

Ipse autem quantum convexo Mundus Olympo  
Obtineat spatium: quantis bis sena serantur  
Finibus astra, docet ratio, cui nulla resistunt  
Claustra, nec immensæ moles, ceduntque recessus,  
Omnia succumbunt, ipsum est penetrabile Cælum.

Nam quantum a terris atque æquore Signa recedunt,  
Tantum bina patent: quantumque inciditur orbis  
Per medium, pars efficiet tum tertia gyri,  
Exiguo dirimens solidam discrimine summam.  
Summum igitur Cælum bis bina resurgit ab imo,  
Altera bis binis ut sit pars tertia Signis.

Sed quia per medium est Tellus suspensa profundum,  
Binis a summo Signis discedit & imo.

Hinc igitur quodcumque supra te suspicis ipse,  
Qua per inane meant oculi, quaque ire reculant,  
Binis æquandum est Signis. sex tanta rotundæ  
Efficiunt orbem zonæ, qua Signa seruntur  
Bis sex æquali spatio texentia Cælum.

Nec mirere vagos partus eadem esse per astra,  
Et mixtum ingenti generis discrimine Fatum:  
Singula cum tantum teneant, tantoque serantur  
Tempore sex tota surgentia sidera luce.

Restat ut æthereos fines tibi reddere coner,  
Filaque dispositis vicibus comitantia Cælum,  
Per quæ dirigitur Signorum flammæus ordo.

Circulus ad Boream fulgentem sustinet Arcton,  
Sexque fugit solidas a Cæli vertice partes.

Alter ad extremi decurrens sidera Cancri,  
In quo consummat Phæbus lucemque moramque,

Tardaque per longos circumfert lumina flexus.  
Æstivum medio nomen sibi sumit ab æstu,  
Temporis & titulo potitur, metaque volantis  
Solis; & extremos distinguit servidus ætus;  
Et quinque in partes Aquilonis distat ab orbe.

Tertius in media Mundi regione locatus,  
Ingenti spira totum præcingit Olympum,  
Parte ab utraque videns Axem: quo limite Phœbus  
Componit paribus numeris noctemque diemque,  
Veris & Autumnus currens per tempora mixta,  
Cum medium æquali distinguit limite Cælum.  
Quatuor & gradibus sua fila reducit ab æstu.

Proximus hunc ultra Brumalis nomine cingens  
Ultima designat fugientis limina Solis,  
Inviaque; obliqua radiorum munera flamma  
Dat per iter minimum nobis: sed finibus illis  
Quos super incubuit, longa stant tempora luce,  
Vixque dies transit candentem extensa per æstum,  
Bisque jacet binis summotus partibus orbis.

Unus ab his superest, extremo proximus Axi  
Circulus, Austrinas qui stringit & obsidet Arctos.  
Hic quoque Brumalem per partes quinque relinquit;  
Et quantum a nostro sublimis cardine gyros  
Distat, ab adverso tantumdem proximus illi.

Sic tibi per binas vertex a vertice partes  
Divisus, duplici summa circumdat Olympum,  
Et per quinque notat signantes tempora fines.

His eadem est via, quæ Mundo: pariterque rotantur  
Inclines, sociosque ortus occasibus æquant;  
Quandoquidem textu, quo totus volvitur Orbis,  
Fila trahunt, alti cursum comitantia Cæli:  
Intervalla pari servantes limite semper,  
Divisosque semel fines, sortemque dicatam.

Sunt duo, quos recipit ductos a vertice vertex,  
Inter se adversi, qui cunctos ante relatos  
Seque secant, gemino coeuntes cardine Mundi,  
Transversoque polo rectum ducuntur in Axem,  
Tempora signantes anni, Cælumque per astra  
Quatuor in partes divisum mensibus æquis.

Alter ab excelso decurrens limes Olympo,  
Serpentis caudam, siccas & dividit Arctos,  
Et juga Chelarum medio volitantia Cælo.  
Extremamque secans Hydram, mediumque sub Austri  
Centaurum, adversus concurrat rursus in Axe,  
Et redit in Cæum, squamosaque tergora Ceti,  
Lanigerique notat lines, clarumque Trigonum,  
Andromedæque sinus imos, fastigia matris,  
Principiumque suum reperito cardine claudit.

Alter in hunc medium, summumque incumbit in Axem  
Perque pedes primos, cervicem transit & Ursæ,  
Quam septem stellæ primam, jam Sole remoto,  
Producunt nigra præbentem lumina nocti:  
Et Geminis Cancrum dirimit, stringitque flagrantem  
Ore Canem, clavumque Ratis, quæ vicerat æquor.  
Inde axem occultum per gyri Signa prioris  
Transversa, atque illo rursus de limite tangit  
Te, Capricorne, tuisque Aquilam designat ab astris;  
Perque Lyram inversam currens, spirasque Draconis,  
Posteriora pedum Cynosuræ præterit astra,  
Transversamque secat vicino cardine caudam.  
Hic iterum coit ipse sibi, memor unde profectus.  
Atque hæc æternam fixerunt tempora sedem,  
Immotis per signa modis, statione perenni.

Hos volucres fecere duos. namque alter ab ipsa  
Consurgens Helice, medium præcidit Olympum,  
Discernitque diem, sextamque examinat horas,

Et partibus spatii  
Hic mutans pe  
Sic petit Helpe  
Verticibus superat  
Cælum, & diviso  
Quando aliquid n  
Quoque loco terra  
aque ubi se primi  
Sexta manet, q  
ad Helperios  
Nominam ac sum  
extremo  
Hinc fines si vi  
transfer faciles oc  
erit Cæli  
ipse sibi mul  
aut recipit  
tenui tran  
per totu  
tantum ad m  
nunc septem  
vage  
modo terrarum,  
erit novus &  
aliquid Cælum  
regit arq  
& cum visu pa  
trahens erit, qu  
plano pe  
trahens ti  
obliquos d  
quorum  
per quæ Pl  
suo Sol  
adversio luc  
vates natu  
a summo Ca  
lucem qui ci  
Libra signi  
gyros in h  
deveo fallit  
adversioque sue  
potest, licet cæ  
ingenti stell  
fieri cæ  
vicinas partes p  
bis sex late  
vario labe  
adversum po  
a Boreæ gy  
inter se per  
obliquum defe  
fecat fines,  
æquantes  
intra cauda  
Sagittari  
flexus pe  
berius, ruri  
Sagittamque ra  
Mundi gyru  
sub Henio  
per se, super  
et illa cogit  
locat mios gy  
bus & binis, in que  
Nec quærenda sit.



Et paribus spatiis Occasus cernit & Ortus .

Hic mutans per Signa vices ; seu si quis Eoos ,  
 Sea petit Hesperios , supra se circinat orhem  
 Verticibus superstantem , mediumque secantem  
 Cælum , & diviso signantem culmine Mundum ;  
 Quando aliis aliud medium est , volat hora per Orbem ,  
 Cumque loco terræ Cælumque ac tempora mutat .  
 Atque ubi se primis attollit Phœbus ab undis ,  
 Illis sexta manet , quos tunc premit aureus orbis .  
 Rursus ad Hesperios sexta est , ubi cedit in umbras .  
 Nos primam ac summam sextam numeramus utramque ,  
 Et gelidum extremo lumen sentimus ab igne .

Alterius fines si vis cognoscere gyri ,  
 Circumfer faciles oculos , vultumque per Orhem ,  
 Quidquid erit Cælique imum , terræque supremum ;  
 Qua coit ipse sibi nullo discrimine Mundus ,  
 Redditque aut recipit fulgentia sidera ponto ,  
 Præcingit tenui transversum limite Mundum ;  
 Hæc quoque per totum volitabit linea Cælum ,  
 Nunc tantum ad medium vergens , mediumque repente  
 Orhem : nunc septem ad stellas : nunc mota sub astra .  
 Sed quocumque vagæ tulerint vestigia plantæ ,  
 Has in modo terrarum , nunc has gradientis ad oras ,  
 Semper erit novus & terris murabitur arcus .  
 Quippe aliud Cælum ostendens , aliudque relinquens ,  
 Dimidium regit atque refert , varioque notabit  
 Fine , & cum visu pariter sua fila moventem .  
 Hic terrestris erit , quia terræ amplectitur Orbem ,  
 Et medium plano præcingit limite gyrus ,  
 Atque a fine trahens titulum memoratur Horizon .

His adice obliquos diversaque fila trahentes  
 Inter se gyros : quorum fulgentia Signa  
 Alter habet , per quæ Phœbus moderatur habenas ;  
 Subsequiturque suo Soleni vaga Deha currus  
 Et quinque adverto lustrantia sidera Mundo  
 Exercent varias nature lege choreas .  
 Hunc tenet a summo Cancer , Capricornus ab imo :  
 Bis recipit , lucem qui circulus æquat & umbras ,  
 Lanigeri & Libræ signo sua fila secantem .  
 Sic per tres gyros inhxus ducitur orbis ;  
 Rectaque de vexo tallit vestigia clivo .  
 Nec vilis aciemque fugit , tantumque notari  
 Mente potest , sicut cernuntur mente priores ;  
 Sed nitet ingenti stellatus balteus orbe ,  
 Insignemque facit cælato lumine Mundum :  
 Et ter vicenas partes patet atque trecentas  
 In longum : bis sex latefcit fascia partes ,  
 Quæ cohibet vario labentia sidera cursu .

Alter in adversum positas succedit ad Arctos ;  
 Et paulum a Boreæ gyro sua fila reducit ,  
 Transitque inversæ per sidera Cassiopeæ .  
 Inde per obliquum descendens tangit Olorem :  
 Æstivosque secat fines , Aquilamque supinam :  
 Temporaque æquantem gyrum : Zonamque ferentem  
 Solis equos , intra caudam , qua Scorpius ardet ,  
 Extremamque Sagittarii lævam , atque sagittam .  
 Inde suos sinuat flexus per crura pedesque  
 Centauri alterius , rursusque ascendere Cælum  
 Incipit : Argivamque ratem per aplustria lumina ,  
 Et medium Mundi gyrum , Geminosque per ima  
 Signa secans , subit Heniochum : teque , unde profectus ,  
 Cassiopea , petens , super ipsum Persea transit ,  
 Orbemque ex illa cæptum concludit in illa .  
 Tresque secat medios gyros , & Signa ferentem  
 Partibus e binis , in quot præciditur ipse .

Nec quarendus erit , visus incurrit in ipsos

Sponte sua , seque ipse docet , cogitque notari .  
 Namque in cæruleo candens nitet orbita Mundo ,  
 Ceu missura diem subito , Cælumque recludens .  
 Ac veluti virides discernit semita campos ,  
 Quam tetit assiduo renovans iter orbita tractu :  
 Inter divisas æquabilis est via partes .

Ut freta canescunt sulcum ducente carina ,  
 Accipiuntque viam fluctus , spumantibus undis ,  
 Quam tortus verso movit de gurgite vortex :  
 Candidus in nigro lucet sic limes Olympo ,  
 Cæruleum findens ingenti lumine Mundum .

Utque suos arcus per nubila circinat Iris :  
 Sic superincumbit signato culmine limes  
 Candidus , & resupina facit mortalibus ora ,  
 Dum nova per cæcam vibrantur lumina noctem ;  
 Inquiruntque sacras humano pectore causas .

Nam se diductis conetur solvere moles  
 Segminibus , taraque labent compagine rimæ ,  
 Admittantque novum luxato tegmine lumen ?  
 Quid ? quali non timeant , magni cum vulnera Cæli  
 Conspiciant , feriatque oculos injuria Mundi ,  
 An coeat Mundus , duplicisque extrema cavernæ  
 Conveniant , Cælique oras & sidera jungant ?  
 Perque ipsos fiat nexus manifesta cicatrix ,  
 Fissuram faciens Mundi ? stipatus , & orbis  
 Aeriam in nebula clara compagine versus ,  
 In cuneos alti cogat fundamenta Cæli ?

An melius manet illa fides per secula prisca ,  
 Illac Solis equos diversis cursibus isse ;  
 Atque aliam trivisse viam ; longumque per ævum  
 Exuras sedes , incoctaque sidera flammis  
 Cæruleam verso speciem mutasse colore ,  
 Infusumque loco cinerem , Mundumque sepultum ?

Fama etiam antiquis ad nos descendit ab annis ,  
 Phaethontem patrio curru per Signa volantem ,  
 Dum nova miratur propius spectacula Mundi ,  
 Et puer in Cælo ludit , curruque superbus  
 Luxuriat Mundo , cupit & majora parente ,  
 Monstratas liquisse vias , orbemque recentem  
 Imposuisse Polo : nec Signa insueta tulisse  
 Errantes nutu flammæ : curramque solutum ,  
 Deflexum solito cursu , curvisque quadrigis ,  
 Quod querimus , flammæ totum sævisse per Orbem ,  
 Terrarumque rogam cunctas aruisse per urbes ,  
 Cum vaga dispersi fluitarunt lumina currus ,  
 Et Cælum exustum est : luit ipse incendia Mundus ,  
 Et nova vicinis flagrarunt sidera flammis ,  
 Nunc quoque præteriti faciem servantia casus .

Nec mihi celanda est famæ vulgata vetustas  
 Mollior , e niveo lactis fluxisse liquorem  
 Pectore Reginæ Divum , Cælumque colore  
 Infecisse suo . quapropter Lacteus orbis  
 Dicitur , & nomen causa descendit ab ipsa .  
 An major densa stellarum turba corona  
 Contextit flammæ , & crasso lumine candet ,  
 Et fulgore nitet collato clarior orbis ?

An fortes animæ , dignataque nomina Cælo  
 Corporibus resoluta suis , terræque remissa  
 Huc migrant ex Orbe , suumque habitantia Cælum  
 Æthereos vivunt annos , Mundoque fruuntur ?

Atque hic Æacidæ , hic & veneramur Atridas ,  
 Tydidemque ferum ; terræque marisque triumphis  
 Naturæ victorem Ithacum ; Pyliumque senecta  
 Insignem triplici ; Danaumque ad Pergama Reges ,  
 Auroræque nigrum partum ; stirpemque Tonantis  
 Rectorem Lyciæ . nec te , Mavortia virgo ,



Præteream; Regesque alios, quos Græcia misit;  
 Atque Asiæ gentes, & Magni maxima bello.  
 Quique animi vires, & strictas pondere mentes  
 Prudentes habuere viri, quibus omnis in ipsis  
 Censuræ erat; justusque Solon; fortisque Lycurgus;  
 Æthereusque Plato; & qui fabricaverat illum,  
 Damnatusque suas melius damnavit Athenas.  
 Perfidis & victor strarat qui classibus æquor.  
 Romanique viri, quorum jam maxima turba est;  
 Tarquinioque minus Reges; & Horatia proles,  
 Tota acies partis: nec non & Scævola trunco  
 Nobilior: majorque viris & Clælia virgo:  
 Et Romana gerens, quæ textit, mœnia Cocles:  
 Et comilitio volucris Corvinus adeptus  
 Et spolia & nomen, qui gestat in alite Phœbum:  
 Et Jove qui meruit Cælum, Romamque Camillus  
 Servando posuit: Brutusque a Rege receptæ  
 Conditor, & Pirthi per bella Papyrius ultor:  
 Fabricius Curiusque pares: & tertia palma  
 Marcellus: Cossusque prior de Rege necato:  
 Certantesque Decii votis, similesque triumphis:  
 Invisusque mora Fabius: victorque necati  
 Livius Hasdrubalis socio per bella Nerone:  
 Scipiadeque duces, satum Carthaginis unum:  
 Pompeiusque Orbis domitor, per tresque triumphos  
 Ante Deum princeps; & censu Tullius oris  
 Emeritus Cælum; & Claudia magna propago;  
 Æmilieque domus proceres; clarique Metelli;  
 Et Cato fortunæ victor; matrisque sub armis  
 Miles Agrippa suæ; Venerisque ab origine proles  
 Julia descendit Cælo; Cælumque replevit,  
 Quod regit Augustus socio per signa Tonante.  
 Cernit & in cœtu Divum magnumque Quirinum.  
 Altius ætherei quam candet circulus orbis,  
 Illa Deum sedes; hæc illi proxima Divum,  
 Qui virtute sua similes vestigia tangunt.  
 Ac prius incipiam stellis quam reddere vires,  
 Signorumque canam fatalia carmine jura,  
 Implenda est mundi facies, corpusque per omne  
 Quidquid ubique nitet, (vigeat quandoque) notandum est.  
 Sunt alia adverso pugnantis sidera mundo,  
 Quæ Cælum terramque inter volitantia pendent,  
 Saturni, Jovis, & Martis, Solisque; sub illis  
 Mercurius Venerem inter agit lunamque locatus.  
 Sunt etiam raræ sortis natalis, euntes  
 Protinus & raptim. subitas candescere flammæ  
 Aera per liquidum, tractosque perire cometas  
 Rara per ingentes viderunt sæcula motus.  
 Sive quod, ingenitum terra spirante vaporem,  
 Humidior sicca superatur spiritus aura:  
 Nubila cum longo cessant depulsa seteno,  
 Et solis radiis arefcit torridus aer,  
 Aptæ alimenta sibi demissus corripit ignis,  
 Materiamque sui deprendit flammæ rapacem.  
 Et quia non solidum est corpus, sed rara vagantur  
 Principia auratum, volucrique simillima fumo,  
 In breve vivit opus, cœptoque incendia sine  
 Subsistunt pariterque cadunt fulgente cometa.  
 Quod nisi vicinos agerent occasibus ortus,  
 Et tam parva forent accensis tempora flammis,  
 Alter nocte dies esset, Cælumque rediret,  
 Immersum & lœmo totum deprenderet orbem.  
 Tum quia non una specie dispergitur omnis  
 Aridior terræque vapor comprehenditur igne,  
 Diversas quoque per facies accensa feruntur  
 Lumina, quæ subitis existunt nata tenebris.

Nam modo ceu longi fluitent de vertice crines,  
 Flammæ comas imitata volat, tenuisque capillus  
 Diffusos radiis ardentibus explicat ignes.  
 Nunc prior hæc species dispersis ignibus exit,  
 Et globus ardentis sequitur sub imagine barbæ.  
 Interdum æquali laterum compagine ductus  
 Quadratamve trabem fingit, teretemve columnam.  
 Quin etiam tumidis exæquat dolia flammis  
 Procero distenta utero; parvosque capillos  
 Mentitur parvos ignis glomeratus in orbem.  
 Hirta figuratur tremulo sub lumine mæssis:  
 Lampadas & fissas ramosos fundit in ignes.  
 Præcipites stellæ passimque volare videntur,  
 Cum vaga per liquidum scintillant lumina mundum;  
 Et tenues longis jaculantur crinibus ignes,  
 Exiliuntque procul volucres imitata sagittas,  
 Arida cum gracili tenuatur semita filo.  
 Sunt autem cunctis permixti partibus ignes;  
 Qui gravidas habitant fabricantes fulmina nubes;  
 Et penetrant terras, Ætnamque minantur Olympo;  
 Et calidas reddunt ipsis in fontibus undas;  
 Ac silice in dura, viridique in cortice sedera  
 Inveniunt, cum siiva sibi collisa crematur.  
 Ignibus usque adeo natura est omnis abundans.  
 Ne, mirere faces subitas erumpere Cœlio;  
 Aeraque accensum flammis lucere coruscis,  
 Arida complexum spirantis semina terræ,  
 Quæ volucer pascens ignis sequiturque fugitque;  
 Fulgura cum videas tremulum vibrantia lumen  
 Imbribus in mediis; & Cælum fulmine ruptum.  
 Sive igitur ratio præbentis semina terræ,  
 Involvens ignes potuit generare cometas:  
 Sive illas natura faces ob juncta creavit  
 Sidera, per tenues Cælo lucentia flammæ:  
 Seu trahit ad semet rapido Titanius æstu,  
 Involvitque suo flammantes igne cometas,  
 Ac modo demittit, sicut Cyllenius orbis,  
 Et Venus, accenso cum ducit vespere noctem,  
 Sæpe micant, falluntque oculos, rursusque revisunt.  
 Seu Deus instantis fati miseratus in orbem  
 Signa per ætæstus Cælique incendia mittit.  
 Numquam futilibus concanduit ignibus æther;  
 Squalidaque eluli deplorant arva Coloni,  
 Et steriles inter sulcos defessus arator  
 Ad juga mœrentes cogit frustrata juvencos.  
 Aut gravibus morbis, & lenta corpora tabe  
 Corripit exutulis lethalis flammæ medullis,  
 Tabentesque rapit populos; totasque per urbes,  
 Publica succensis peraguntur fata sepulchris.  
 Qualis Erechtheos pestis populata colonos  
 Extulit antiquas per funera pacis Athenas,  
 Alter in alterius labens cum fata tuebat.  
 Nec locus artis erat medicæ, nec vota valebant:  
 Cesserat officium morbis, & funera decrant  
 Mortibus & lacrimæ. testis defecerat ignis,  
 Et coacervatis ardebant corpora membris.  
 Ac tanto quondam populo vix contigit hæres.  
 Talia significant lucentes sæpe cometæ.  
 Funera cum facibus veniunt, terrisque minantur  
 Ardentes sine fine rogos, cum mundus, & ipsa  
 Ægrotet natura novum sortita sepulchrum.  
 Quin & bella canunt ignes, subitosque tumultus,  
 Et clandestinis surgentia fraudibus arma.  
 Externas modo per gentes ut sædere rupto  
 Cum fera ductorem rapuit Germania Varum,  
 Infecitque trium legionum sanguine campos,

Arferunt toto p  
 Lumina, & ipsa  
 Quæ voluitque sua  
 Nec mirere gra  
 Sæpe domit capis et  
 Civiles etiam me  
 Significat. nec pl  
 Substitit, quam cu  
 Ama Philippæos i  
 Vis etiam sicca n  
 Cælitum, lacero  
 Invenitque suis c  
 Sæpe Patris Paten  
 Medum finis er  
 Sæpe commissa ac  
 Sæpe, & in ponto q  
 Sæpe in formâ p  
 Sæpe ipsâ facie ce  
 Sæpe abant profug  
 Sæpe patriis armis  
 Sæpe Pompejus  
 Sæpe iatis hoc Fat  
 Sæpe adamanteis  
 Sæpe habeat fra  
 Sæpe Patris invictus p  
 Sæpe Deum Cæ

## LIBER

M. Manilius Iliacæ ge  
 Et quinquaginta  
 Sæpe etiamque facem  
 Sæpe etiamque ducis torid  
 Sæpe etiamque bello, gemine  
 Sæpe etiamque in patria,  
 Sæpe etiamque cecinit, par  
 Sæpe etiamque dabat, eripuit: q  
 Sæpe etiamque Cænis pulchritas latice  
 Sæpe etiamque in tenuis  
 Sæpe etiamque facunda bonis  
 Sæpe etiamque memorat D  
 Sæpe etiamque Cænos enixam terr  
 Sæpe etiamque primum t  
 Sæpe etiamque juvenis Semis  
 Sæpe etiamque fratre viri nome  
 Sæpe etiamque iterum patrio n  
 Sæpe etiamque immenso vi  
 Sæpe etiamque etiam raris cultu  
 Sæpe etiamque solum, quo  
 Sæpe etiamque facunda Ceres  
 Sæpe etiamque turbata vagis ef  
 Sæpe etiamque Deos, fac  
 Sæpe etiamque opus, magnos  
 Sæpe etiamque Arctum varias qui  
 Sæpe etiamque dicitur passim  
 Sæpe etiamque cupulque  
 Sæpe etiamque Andromedæ  
 Sæpe etiamque patrem  
 Sæpe etiamque Jovis Cyno  
 Sæpe etiamque Cæcum; pi  
 Sæpe etiamque Erigonem; hæcque N  
 Et mota Cæcum



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Cum maneant ignara sui, legisque per ævum,  
Natura tamen ad Mundum revocante patentem,  
Attollunt animos, cælumque ac sidera servant;  
Corporaque ad lunæ nascentis cornua lustrant:  
Venturaque vident hiemes, reditura serena.

Quis dubitet post hæc hominem conjungere cælo,  
Cui eximiam natura dedit linguamque, capaxque  
Ingenium, volucrumque animum, quem denique in unum  
Descendit Deus, atque habitat, seque ipse requirit?

Mitto alias artes, quarum est permissa facultas,  
Infidas adeo, nec nostri munera census.  
Mitto quod æquali nihil est sub lege tributum:  
Mitto quod & cettum est & inevitabile fatum:  
Materiæque datum est cogi, sed cogere mundo.  
Quo patet auctoris sumnam, non corporis esse.  
Quis cælum possit, nili cæli munera nosset,  
Et reperire Deum, nisi quis pars ipse Deorum est?  
Atque hanc convexi molem sine fine parentis;  
Signorumque Choros: ac mundi flumina tectâ:  
Æternum ac stellis adversus sidera bellum:  
Ac terras cæloque fretum, subjectaque utrisque  
Cernere, & angusto sub pedore claudete possit,  
Ni tantos animis oculos natura dedisset,  
Cognatamque sibi mentem vertisset ad ipsam,  
Et tantum didicisset opus: cæloque veniret  
Quod vocat in cælum, sacra ad commercia rerum,  
Et primas quas dant leges nascentibus astra?  
Quid neget esse nefas invitum prendere mundum,  
Et velut in semet captum deducere in orbem?

Sed ne circuitu longo manifesta probeatur,  
Ipsa fides operi faciet pondusque fidemque.  
Nam neque decipitur ratio, nec decipit unquam.  
Rite sequenda via est a veris credita caulis,  
Eventusque datus qualis prædicitur ante.  
Quod fortuna ratum faciat, quis dicere falsum  
Audeat, & tantæ suffragia vincere fortis?

Hæc ego divino cupiam cum ad sidera flatu  
Ferre, nec in turbam, nec tu hæc carmina dicam:  
Sed solus vacuo veluti veſtatus in orbe,  
Verbere agam currus, non occurrantibus ullis;  
Nec per iter socios commune gerentibus actus:  
Sed cælo noscenda canam, mirantibus atris,  
Et gaudente sui mundo per carmina vatis:  
Vel quibus illa sacros non invidere meatus,  
Notitiamque sui [ minima est quæ turba per orbem ].  
Illa fluit, quæ divitias, quæ diligit aurum,  
Imperia & fasces, mollemque per otia luxum,  
Et blandis diversa iouis, dulcemque per aures  
Affectum, at modico noscenda ad Fata labore.  
Hoc quoque Fatorum est legein prædiscere Fati.

At primum astrorum varia est natura notanda  
Carminibus per utrumque genus: nam mascula sunt sex:  
Diversi totidem generis sub principe Tauro  
Alternant genus, & vicibus variantur in orbem.

Humanas etiam species in parte videbis:  
Nec mores distant. pecudum pars atque ferarum  
Ingenium facient. quin jam signanda sagaci  
Singula sunt animo, propria quæ sorte feruntur.

Nunc binis insiste: dabunt geminata potentes  
Per socium esse usus, multum comes addit & aufert:  
Ambiguisque valent, queis sunt collegia, Fatis  
Ad meritum noxamque. duos per sidera Pisces,  
Et totidem Geminos nudatis aspice membris;  
His conjuncta manent alterno brachia nexu.  
Dissimile est illis iter in contraria versis.  
Par numerus: sed enim dispar natura notanda est.

Atque hæc ex paribus toto gaudencia censu  
Signa meant; nihil exterius mirantur in ipsis,  
Amissumve dolent; quædam quod parte recisa,  
Atque ex diverso commissis corpore membris,  
Ut Capricornus, & hic qui tentum dirigit arcum  
Junctus equo: pars huic hominis, sed nulla priori.  
Hoc quoque servandum est alta discrimen in arte:  
Distat enim gemina duo sint, duplaxe figura.  
Quin etiam Erigone binis numeratur in astris,  
Nec facie ratio duplex. nam desinit Æstas:  
Incipit Autumnus media sub Virgine utrimque.  
Idcirco Tropici præcedunt omnibus astra  
Bina, ut Lanigero, Chelis, Cancroque, Caproque,  
Quod duplices retinent connexo tempore vires.  
Ut quod subsequitur Cancer per sidera Fratres,  
Ex Geminis alter florentia tempora Veris  
Suticit: Æstatem subeuntem provehit alter.  
Nudus uterque tamen, sentit quia uterque calorem:  
Ille senescentis Veris: subeuntis at ille  
Æstatis pars est, primæ fors ultima partis.  
Nec non Arcitenens, qui te, Capricorne, sub ipso  
Præmittit, duplici formatus imagine fertur.  
Militior Autumnus molles sibi vindicat artus  
Materiamque hominis, fera tergo membra rigentem  
Excipiunt hiemem, mittuntque in tempora signum.  
Quoique Aries præ se mittit dæmonia, tempora Pisces  
Bina dicant: hiemem claudit, ver inchoat alter.  
Cum sol æquoreis revolans decurrit in atris,  
Hiberni coeant cum vernis torribus umbres.  
Utraque lors hamæris habet fluctantia signa.

Quin tria signa novem signis conjuncta repugnant,  
Et quasi seditio cælum tenet. aspice taurum,  
Cernis ut adversus redeundo surgat in arcum  
Clanibus? & Geminos pedibus, testudine Cancrum  
Surgere: cum rectis orientur cætera membris?

Nec mirere moras, cum sol adversa per astra  
Æstivum tardis attollat mentibus annum.

Nec te prætereant, nocturna diurnaque signa  
Quæ sint perspicere, & propria deducete lege,  
Non tenebris aut luce suam peragentia sortem,  
[ Nam commune foret nullo discrimine nomen,  
Omnia quod certis vicibus per tempora fulgent,  
Et nunc illa dies, nunc noctes illa se junctur: ]

Sed quibus illa parens mundi natura lacratas  
Temporis attribuit partes statione perenni.  
Namque Sagittarii signum, rabidique Leonis,  
Et sua respiciens aurato vellere terga,  
Nunc Pisces, nunc Cancer, & acri Scorpios ictu,  
Aut vicina loco, divisa aut partibus aquis,  
Omnia dicuntur simili sub sorte diurna.  
Cætera sex numero, consortia vel vice sedis,  
Interjecta locis totidem, nocturna seruntur.

Quiretiam sex continuis dixere diurnas  
Castris esse vices, quæ sunt a principe signo  
Lanigeri: sex a Libra nocturna videri.

Sunt quibus esse diurna placet, quæ mascula surgunt:  
Feminea in noctem tutis gaudere tenebris.

Quin nonnulla libi, nullo monstrante, loquuntur  
Neptuno debere genus, Scopulosus ut undis  
Cancer, & eisulo gaudentes æquore Pisces.  
Ut quæ terrena cententur sidera sorte,  
Principis armenti Taurus, regnoque superbus  
Lanigeri gregis est Aries; Positusque duorum;  
Prædatorque Leo; dumosis Scorpius arvis.

Sunt etiam mediæ legis communia signa,  
Humida terrenis æquali sidere mixta:

Ambiguus terra Cap  
Parique mari initer  
Non licet a minin  
Nec quidquam ration  
facundum est propri  
Scorpius. & partu cor  
Virgo est si  
capit, aut captos  
utrumque manet  
contento fulget  
uniquè Aries a  
Geminos Taurumq  
Nec nulla putes i  
terram rerum, quo  
Arcitenens,  
re par suis libra  
Virgo & Gemini,  
Nec zella sedent pig  
terra depositis collo  
sub emerito con  
ara tuo, Capricor  
terra jacens Cancer  
tempus incumbens p  
latus obliqui Pisces  
Quod si solerti circ  
quædara invenies an  
tempus in Libra confi  
redit in curvo claudi  
Centauri sup  
noscos casus solat  
terpleque docet patie  
tercum celo fortuna  
zæ debilibus formem  
temporibus quoque lu  
Geminis: Autur  
Sagittario: Ven  
avor in partes scribur  
rema æstivis, autum  
Nec satis est proprias  
zæno quoque Fata m  
re altis alia succedu  
zalis ut dextro signo  
eres æquales discurr  
que vicem extremis  
zæcumque ferit, d  
na partus quod r  
zæna manent term  
zæ or partibus spatio  
zæ Sagittarii, diver  
zæ & Tauri Capri  
zæ sine simili ration  
zæsem fortes, que  
zæ discrimen erit de  
zætem: que præce  
zæ en Tauro Capri  
zæ zæ templo est. f  
zæna, æquali laterum  
zæna designat norma  
zæna zænot. Libram  
zæna hinc Aries: ai  
zæna: & hinc lava su  
zæna zæna dextis cen  
zæna hinc zæna parte  
zæna que zæna zæna  
zæna quæ zæna zæna  
zæna quæ zæna zæna



Ambiguus terræ Capricornus & æquoris undis,  
Parque mari innitens fundentis semper Aquarii.

Non licet a minimis animum deflectere rebus :  
Nec quidquam rationis eget, frustrave creatum.  
Fœcundum est proprie Cancri genus : acer & ictu  
Scorpius ; & pattu complentes æquora Pisces.  
Sed sterilis Virgo est simili conjuncta Leoni :  
Nec capit, aut captos effundit Aquarius ortus.  
Inter utrumque manet Capricornus corpore mixto ;  
Et qui contento fulget Centaurus in arcu ;  
Communisque Aries æquantem tempora Libram,  
Et Geminos Taurumque pari sub sorte recenset.

Nec tu nulla putes in eo commenta vocasse  
Naturam rerum, quod sunt currentia quædam,  
Ut Leo & Arcitenens, Ariesque in cornua tortus.  
Aut quæ recta suis librantur stantia membris,  
Ut Virgo & Gemini, fundens & Aquarius undas.  
Vel quæ fessa sedent pigras referentia mentes ;  
Taurus depositis collo sopitus aratri :  
Libra sub emerito confidens orbe laborum :  
Tuque tuo, Capricorne, gelu contractus in astris :  
Contra jacens Cancer patulam distentus in alvum :  
Scorpius incumbens plano sub corpore terræ :  
In latus obliqui Pisces, semperque jacentes.

Quod si solerti circumspicis omnia cura,  
Fraudata invenies amissis sidera membris :  
Scorpius in Libra consumit brachia : Taurus  
Succidit in curvo claudus pede : lumina Cancro  
Desunt : Centauro superest & quæritur unum.

Sic nostros casus solatur mundus in astris,  
Exemploque docet patienter damna subire,  
Omnis cum cælo fortunæ pendeat ordo,  
Ipsaque debilibus formentur sidera membris.

Temporibus quoque sunt propriis pollentia signa :  
Æstas a Geminis : Autumnus Virgine surgit :  
Bruma Sagittifero : Ver Piscibus incipit esse.  
Quatuor in partes scribantur sidera terna :  
Hyberna æstivis, autumnis verna repugnant.

Nec satis est proprias signorum noscere formas.  
Consensu quoque Fata movent, & fœdere gaudent ;  
Atque aliis alia succedunt sorte locoque.  
Circulus ut dextro signorum clauditur orbe,  
In tres æquales discurret linea ductus,  
Inque vicem extremis jungit se finibus ipsa :  
Et quæcumque ferit, dicuntur signa Trigona,  
In tria partitus quod ter cadit angulus astra,  
Quæ divisa manent ternis distantia signis.  
Laniger ut paribus spatiis duo signa, Leonis,  
Atque Sagittarii, diverso conspicit ortu :  
Virginis & Tauri Capricorno consonat astrum.  
Cætera sunt simili ratione Triangula signa  
Per totidem sortes, quæ desunt, condita mundo.

Sed discrimen erit dextris seu causa : sinistra,  
Quæ subeunt ; quæ præcedunt, dextra esse feruntur.  
Dexter erit Tauro Capricornus : Virgo, sinistra.  
Hoc satis exemplo est. sic quæ divisa quaternis  
Partibus, æquali laterum sunt condita ductu,  
Quorum designat normalis virgula sedes,  
Dextra ferunt. Libram Capricornus spectat, & illum  
Conspicit hinc Aries : atque ipsum partibus æquis  
Cancer : & hunc læva subeuntis sidera Libræ.  
Semper enim dextris censentur signa priora.  
Sic licet in totidem partes deducere cuncta ;  
Ternaque bis senis-quadrante fingeré signis,  
Quorum proposito redduntur in ordine vires.  
Sed si quis contentus erit numerasse quadrata,

Divisum ut signis mundum putet esse quaternis :  
Aut tria sub quinis signis ornare Trigonum,  
Ut socias vires & amicos exigat ortus,  
Fœdera que inveniat mundi cognata per ast-  
Falsus erit. nam quina licet sint undique signa,  
Qui tamen his signis, quæ quinto quoque feruntur  
Astra loco, fuerint nati, sentire Trigoni  
Non poterunt vires ; licet illud nomine servant,  
Amilere : loco dotes numerisque repugnant.  
Nam cum sint partes orbis per signa trecentæ,  
Et ter vicinæ, quas Phœbi circuit ardor,  
Tertia pars ejus numeri latus efficit unum  
In tres perducti partes per signa Trigoni.  
Hanc autem numeri non reddit linea summam,  
Si signum a signo, non pars a parte noterur ;  
Quod, quamvis duo sint hæc a dirimentibus astra,  
Si tamen extremam lævi primamve ptloris  
Inter se conferre voies, numerumque notare,  
Ter quinquagenas implebunt ordine partes.  
Transibit numerus formam, finesque sequentis  
Consumet ductus. licet ergo signa Trigona  
Dicantur, partes non servant illa Trigoni.

Hæc eadem species faller per signa Quadrata,  
Quod cum totius numeri qui construit orbem,  
Ter triginta Quadrum partes per sidera reddant,  
Evenit, ut prima signi de parte prioris  
Si partem ad summam ducatur virga sequentis,  
Bis sexagenas faciat : sin summa prioris,  
Et pars confertur subjuncti prima, duorum  
Signorum numerum medium transitque, refertque ;  
Triginta duplicat partes, pars tertia deerit :  
Et quamvis quartum a quarto quis computet astrum,  
Naufragium facient par es ipsius in ipsis.

Non igitur satis est signis numerasse Trigona :  
Quadrative fidem cæli per signa quaterna.  
Quadrati si forte voles estingere formam ;  
Aut trinis paribus facies cum membra Trigoni :  
Hic poscit quintam partem centesima summa :  
Illic amittit decimam. sic convenit ordo.  
Et queiscumque quater cunctis favet angulus usque,  
Quæque loca in triplici signarit linea ductu,  
Cum signata viæ linquet dispendia rectæ,  
His natura dedit communi fœdere legem,  
Inque vicem affectus & mutua jura favoris.

Quocirca non omnis habens genitura Trigonos  
Consumet ductus. licet ergo signa Trigona  
Dicantur partis : non servant illa Trigonis  
Consensum signis. nec cum sint forte Quadrata,  
Continuo inter se servant commercia rerum.  
Distat enim, an partes consumat linea justas,  
Detrahetve modum numeri quem circulus ambit :  
Nunc tres efficiat, nunc quatuor undique ductus,  
Quos in plura jubet ratio procedere signa  
Interdum, quam lint numeris memorata per orbem.

Sed longe major vis est per signa Trigoni,  
Quam quibus est titulus sub quarto quoque quadratus.  
Altior est horum summoto linea Templo :  
Illa magis vicina meat, cæloque recedit ;  
Et propius terras accedit visus eorum,  
Aeraque infectum nostras dimittit ad auras.  
Deviaque alternis data sunt commercia signis :  
Mutua nec magno consensu fœdera servant,  
Invita angusto quod linea flectitur orbe.  
Nam tum per calles formantur singula limos  
Sidera, & alterno divertitur angulus astro,  
Sexque per anfractus curvatur virgula in orbem :



A Tauro venit in Cancrum : tum, Virgine tacta,  
Scorpion ingreditur, quo te, Capricorne, rigentem,  
Et geminos a te Pisces, adversaque Tauro  
Sidera contingens finit, qua cæperat, orbem.  
Alterius ductus locus est per transita Signa.  
Utque ea præteream, quæ sunt mihi singula dicta,  
Flexibus hic totidem similis fit circulus illi.

Transversos igitur fugiunt subeuntia visus,  
Quod nimis inclinant, ac ne limisque videntur,  
Vicinoque latent. ex recto certior ictus.  
Tertia convexo conduntur Signa recessu;  
Et quæ succedit, connexa est linea Cælo,  
Singula circuitu quæ tantum transeat altra.  
Vis ejus procul est, altoque vagatur Olympo,  
Et tenues vires ex longo mittit in Orbem.  
Sed tamen est illis sædus sub lege propinqua,  
Quod non diversum genus est, quod euntibus astris,  
Mascula sex Maribus respondent: cætera sexus  
Feminei sic jungunt commercia Mundi.  
Sic, inquam, aeternis paret natura figuris,  
Et cognata jacent generis sub legibus astra.

Jam vero nulla est hærentibus addita Signis  
Gratia; nam consensus hebet, quia visus ademptus.  
In se cuncta ferunt animos, quæ cernere possunt.  
Sunt & diversi generis connexa per orbem  
Mascula Femineis, semperque obsessa vicissim.

Disparibus non ulla datur concordia Signis:  
Sexta quoque in nullas memorentur eorum vires,  
Virgula per totum quod par non ducitur orbem:  
Sed duo Signa facit mediis summota quaternis,  
Tertius absumpto ductus non sufficit orbe.

At quæ diversis ex partibus astra resurgent,  
Per medium adverso Mundum pendentia vultu,  
Et toto divisa manent contraria Cælo.  
Singula quæque loco quamvis summota ferantur,  
Ex longo tamen illa valent, viresque ministrant  
Vel bello, vel pace suas, ut tempora possunt;  
Nunc Phæbo, stellis nunc & distantibus iras.

Quod si forte libet, quæ sunt contraria Signa  
Per titulos celebrare suos sedesque, memento  
Solstitium brumæ, Capricornum opponere Cancro:  
Lanigerum Libræ, par nox in utroque diesque:  
Piscibus Erigonen: Juvenique Urnæque Leonem:  
Scorpius e summo cum fulget, Taurus in imo est:  
Et cadit Arcitenens, Geminis orientibus orbi.  
Observant inter sese contraria cursus:  
Sed quamquam adversis fulgent contraria Signis,  
Natura tamen interdum sociata feruntur,  
Et genere. exemplis Concordia mutua surgit,  
Mascula si paribus; vel si diversa suorum  
Respondent generi. Pisces & Virginis astrum  
Adversi volitant, sed amant concordia jura,  
Et vincit natura locum: sed vincitur ipsa  
Temporibus, Cancerque tibi, Capricorne, repugnat,  
Femina femineo, quia Brumæ dissidet æstas.  
Hinc rigor & glacies, nivibusque albertia rura:  
Hinc sitis & sudor, nudusque in collibus Orbis,  
Æstivosque dies æquat nox frigida brumæ.  
Sic bellum natura gerit, discordat & annus.  
Nec mitere in ea pugnantia sidera parte.  
At non Lanigeri Signum, Libræque repugnat  
In totum, quia Ver Autumnno tempore distert:  
Fructibus hic implet maturis, floribus illud;  
Sed ratione pares, æquali nocte diebus,  
Temporaque efficiunt simili concordia textu,  
Permixtosque dies, mediis hiemem inter & æstum

Articulis, uno servantia tempore utrinque,  
Quo minus infesto decertent sidera Cælo.  
Talis erit ratio diversis addita Signis.

His animadversis rebus, quæ proxima cura,  
Noscere tutelas, adjectaque Numina Signis;  
Et quæ cuique Deo rerum natura dicavit,  
Cum divina dedit magnis virtutibus ora,  
Condidit & varias sacro sub nomine vires,  
Pondus uti rebus persona imponere possit.  
Lanigerum Pallas: Taurum Cytherea tuetur:  
Formosos Phæbus Geminos: Cyllenie, Cancrum:  
Jupiter & cum matre Deum regit ipse Leonem:  
Spiciferæ est Virgo Cereris: fabricataque Libra  
Vulcano; pugna Mavortii Scorpius hæret:  
Venantem Diana virum, sed partis equinæ;  
Atque angusta tovet Capricorni sidera Vestæ:  
E Jovis adverso Junonis Aquarius astrum est:  
Agnoscitque suos Neptunus in æquore Pisces:  
Hinc quoque magna tibi veniant momenta futuri;  
Cum ratio tua per stellas & sidera curret,  
Argumenta petes omni de parte, viaque  
Artis, ut ingenio Divina potentia surgat,  
Exæquentque fidem Cæli mortalia corda.

Accipe divisas hominis per sidera partes,  
Singulaque propriis patentia membra figuris,  
In quibus præcipuas toto de corpore vires  
Exercent. Aries caput est ante omnia princeps  
Sortitus: censusque sui pulcherrima colla  
Taurus: & in Geminis æquali brachia forte  
Scribuntur connexa humeris: pectusque locatum  
Sub Cancro est: laterum regnum, scapulaque Leonis,  
Virginis in propriam descendunt ilia sortem:  
Libra regit clunes: & Scorpius inguine gaudet:  
Centauri femora accedunt: Capricornus utrisque  
Imperat in genibus: crurum fundentis Aquarii  
Arbitrium est: Piscesque pedum sibi jura reposcunt.

Quin etiam propriis inter se legibus astra  
Conveniunt, & certa gerunt commercia rerum:  
Inque vicem præstant visus, atque auribus hærent:  
Aut odium sædusve gerunt: conversaque quædam  
In semet proprio ducuntur plena favore.  
Idcirco adversis nonnumquam gratia Signis,  
Et bellum sociata gerunt, alienaque sede  
Inter se generant conjunctos omne per ævum:  
Utrique & sorti pugnant, fugiuntque vicissim.  
Sic Deus in leges Mundum cum conderet omnem,  
Affectus quoque divisit variantibus astris:  
Atque aliorum oculos, aliorum contulit aures:  
Junxit amicitias horum sub sædere certo,  
Cernere ut inter se possint audireque quædam,  
Diligerent alia, & noxas bellumque moverent:  
His etiam propriæ foret indulgentia sortis,  
Ut se diligerent semper, libique ipsa placerent.  
Sicut naturas hominum plerasque videmus,  
Qui genus ex Signis ducunt fornicantibus artus.

Consilium ipse suum est Aries, ut principe dignum est:  
Audit se, Libramque videt, frustratur amando.  
Taurus, Lanigero qui fraudem nescit, & ultra  
Fulgentes videt atque audit per sidera Pisces,  
Virgine amans capitur. sic quondam gesserat ante  
Europam dorso retinentem cornua læva,  
Indutusque Jovi. Geminorum ducitur auris  
Ad Juvenem æternas fundentem Piscibus undas:  
Inque ipsos animus Pisces; oculique Leonem.  
Cancer (ut adverso Capricornus conditur astro)  
Vertitur in semet oculis; in mutua tendit

Auribus:

M. I  
Auribus: at Cancr  
Leo cum Gemin  
Centauri geminas;  
Ergone Taurum for  
que Sagittiferi con  
sua suos sequitur fer  
Lanigerum, atque anim  
videt Pisces; audi  
non Arcitenens ma  
oculis  
Ergone affuevit; so  
Ergonem. con  
vultus, (qui  
in Augusti feli  
& summi capta  
Geminis inter  
colit Can  
Sagittarii. Pisces  
hæret aciem, cupi  
natura vices tribu  
orti similes refe  
cupiunt audire a  
rem odio, nunc ho  
infidias tendunt,  
Quin adversa mean  
era quæ in bellum  
sic veri per to  
que Aries, Leo &  
negant Chelis se  
Geminis excipiunt  
duplex ratio cogit  
tra Signa tribus Si  
æque æterna manent  
ata est facies Libræ  
redunt pecudes,  
illam est majus, vi  
Lanigero concessit  
partem Centaurus  
quæ deo est hominis vi  
entis Libræ superari  
Quin etiam brevior ra  
quæcumque nitenti  
ta, manent illis vir  
sed tamen in propri  
parata gerunt secre  
æro genitis bellum  
Libra, & gemini Pifc  
Tauri sub Canc  
& in Chelis, &  
at quos Gem  
Lanigero bellum  
æro genitos Capri  
æro partus, & quos  
lib adversi mur  
in communis erit  
sed totidem bell  
Taurumque tim  
æro, & Pisces, &  
ta turba perit Lib  
æro Cancer, Cheli  
æro in Lanigero mur  
æro in totidem secu  
æro in juvenem, G  
Ergonem Libramque f  
que Sagittiferi veni  
æro Geminis nat, lib



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies







Hinc verbis structura venit per verba legendi :  
 Tunc rerum vires atque artis traditur usus,  
 Perque pedes proprios nascentia carmina surgunt ;  
 Singulaque in summa prodest didicisse priora .  
 Quæ nisi constiterint propriis fundata elementis ,  
 Versis , quæ propere dederint præcepta magistri ,  
 Effluat in vanum rerum præposterus ordo .  
 Sic mihi per totum volitanti carmine Mundum  
 Erutaque obstrusa penitus caligine Fata ,  
 Pieridum numeris etiam modulata canenti ,  
 Quaque Deus regnat revocanti numen ab arce ,  
 Per partes ducenda fides , & singula rerum  
 Sunt gradibus tradenda suis , ut , cum omnia certa  
 Notitia steterint , proprios revocentur ad usus .  
 Ac velut in nudis cum surgunt mœnibus urbes ,  
 Conditor & vacuos muris circumdare colles  
 Destinatur , ante manu quam tentet scindere fossas ,  
 Vertit opus ; ruit ecce nemus ; salusque vetusti  
 Procumbunt , Solemque novum nova sidera cernunt ;  
 Pellitur omne loco volucrum genus atque ferarum ,  
 Antiquasque domos , & nota cubilla relinquunt :  
 Ast alii silicem in muros , & marmora Templis  
 Rimantur ; ferrique rigor per tempora nota  
 Quæritur ; hinc artes ; hinc omnis convenit usus ;  
 Tunc demum confargit opus , cum cuncta supersunt ,  
 Ne medios rumpat cursus præpostera cura .  
 Sic mihi cunctanti tantæ succedere moli ,  
 Materies primum , rerum ratione remota ,  
 Tradenda est , ratio ne sit post irrita , neve  
 Argumenta novis stupeant nascentia rebus .  
 Ergo age noscendis animum compone sagacem  
 Cardinibus , qui per Mundum sunt quatuor omnes  
 Dispositi semper , mutantque volantia Signa .  
 Unus ab exortu Cæli nascentis in Orbem ,  
 Qui primum terras æquali limite cernit .  
 Alter ab adversa respondens ætheris ora ,  
 Unde fugit Mundus , præceptisque in Tartara tendit .  
 Tertius excelsi signat fastigia Cæli ;  
 Quo defessus equis Phœbus subsistit anhelis ,  
 Declinatque diem , mediasque examinat umbras .  
 Ima tenet quartus fundato nobilis Orbe ,  
 In quo principium est reditus , finisque cadendi  
 Sideribus ; pariterque Occasus cernit & Ortus .  
 Hæc loca præcipuas vires , summosque per artem  
 Fatorum effectus referunt , quod torus in illis  
 Nititur ætherois veluti compagibus Orbis ,  
 Quæ nisi perpetuis alterna sorte volentem  
 Cursibus excipiant , nectantque in vincula bina  
 Per latera , atque imum Templi , summumque cacumen ,  
 Dissociata fluat resoluta machina Mundo .

Sed diversa tamen vis est in Cardine quoque ,  
 Et pro sorte loci variant , atque ordine distant .  
 Primus erit summi qui regnat culmine Cæli ,  
 Et medium tenui partitur limite Mundum ,  
 Quem capit excelsa sublimem gloria sede .  
 Scilicet hæc tutela decet fastigia summa ,  
 Quidquid ut emineat sibi vindicet , & deus omne  
 Adferat , & varios tribuendo regnet honores .  
 Hinc favor & species , atque omnis gloria vulgi ;  
 Reddere jura foro : componere legibus Orhem :  
 Fœderibusque suis externas jungere Gentes :  
 Et pro sorte sua cujusque extollere nomen .

Proximus , est ima quamquam statione locatus ,  
 Sustinet æternis nixum radicibus Orhem :  
 Effectu minor in specie , sed major in usu :  
 Fundamenta tenet rerum , censusque gubernat :

Quam rata sint fossis scrutatur vota metallis ;  
 Atque ex occulto quantum contingere possis .  
 Tertius æquali pollens in parte nitentem  
 Qui tenet exortum , qua primum sidera surgunt :  
 Unde dies redit , & tempus describit in horas ;  
 Hinc inter Grajas Horoscopus editur urbes ,  
 Nec capit externum , proprio quia nomine gaudet .  
 Hic tenet arbitrium vitæ ; atque hic regula morum est ;  
 Fortunamque dabit rebus , ducetque per artes ;  
 Qualiaque excipiant nascentes tempora prima ;  
 Quos capiant cultus ; quali sint sede creati ,  
 Utcumque admixtis subscribant viribus astra .

Ultimus , emenso qui condit sidera Mundo ,  
 Occasumque tenens submersum respicit Orbem ,  
 Pertinet ad rerum summas , finemque laborum ;  
 Conjungitque epulas , extremaque tempora vitæ ;  
 Orlaque & cœtus hominum , cultusque Decorum .  
 Nec contentus eris percepto Cardine quodque ,  
 Intercepta etiam memori sunt mente notanda ,  
 Per majus dimensa , suas reddentia vires .

Quidquid ab exortu summum curvatur in Orbem ,  
 Ætatis primæ , nascentisque asserit annos .

Quod summo premitur devexum culmine Mundi ,  
 Donec ad Occasus veniat , puerilibus annis  
 Succedit , teneramque regit sub sede juventam .

Quæ pars Occasus interque imumque sub Orbem  
 Descendit , regit hæc maturæ tempora vitæ ,  
 Et propria serie , varioque exercita cursu .

At quæ perficitur cursu redeunte sub imo .  
 Tarda supinatum lassatis viribus arcum  
 Ascendens , seros demum complectitur annos ,  
 Labentesque dies vitæ , tremulamque senectam .

Omne quidem Signum sub qualicumque figura  
 Partibus inficitur Mundi ; locus imperat astris ,  
 Et dotes noxamque facit . vertuntur in orbem  
 Singula , & accipiunt vires , Cæloque remittunt .  
 Vincit enim natura genus , legesque ministrat  
 Finibus in propriis ; & prætereuntia cogit  
 Esse sui moris , vario nunc dives honore ,  
 Nunc sterilis , pœnamque ferentia sidera sedis .

Quæ super exortum est a summo tertia Cælo ,  
 Infelix regio , rebûsque inimica futuris ,  
 Et vitio sæcunda nimis : nec sola , sed illi  
 Par erit , adverso quæ fulget sidere sedes  
 Juncta sub Occasu . ne præstet Cardine Mundi ,  
 Utraque præterita fertur dejecta ruina :  
 Porta laboris erit , scandendum est atque cadendum .

Nec melior super Occasum , contraque sub Ortum  
 Sors agitur Mundi . præceptis hæc , illa superne  
 Pendens aut meruit vicino Cardine finem ,  
 Aut fraudata cadet . merito Typhonis habentur  
 Horrendæ sedes , quem Tellus sæva profudit ,  
 Cum bellum Cælo peperit , nec matre minores  
 Extiterunt partus : sed fulmine rursus in altum  
 Compulsi , montesque super rediere cadentes :  
 Cessit & in tumultum belli , vitæque Typhoeus :  
 Ipsa tremat mater flagranti monte sub Ætna .

At quæ fulgenti sequitur fastigia Cælo  
 Proxima , [ neve ipsi cedat qui fungitur alto , ]  
 Spe melior , palmamque petens , victrixque priorum ,  
 Altius insurgit summæ comes addita fini :  
 Imperiisque manent cursus , nec vota supersunt .  
 Quocirca minime est mirum , si proxima summo ,  
 Atque eadem interior veneranda sorte dicatur :  
 Cui titulus felix , censum si proxima Grajæ  
 Nostra subit linguæ , veterique a nomine nomen .



Jupiter hic habitat. Fortunæ crede regenti.

Huic in perversum similis dejecta sub Orbe,  
Imaque submersi contingens culmina Mundi,  
Adversa quæ parte nitet, defessa peracta  
Militia, rursusque novo devota labori,  
Cardinis & subitura jugum, sortemque potentem,  
Nondum sentit onus Mundi, jam sperat honorem.  
Dæmoniem memorant Graii: Romana per ora  
Quæritur inverso titulus. sub corde sagaci  
Conde locum, numenque Dei, nomenque potentis.

Quæ tibi posterius magnos revocantur ad usus,  
His momenta manent nostræ plerumque salutis,  
Bellaque morborum tetræ pugnancia telis.  
Viribus ambiguum geminis, causaque diei,  
Nunc huc, nunc illuc sortem mutantis utramque.  
Sed medium post castra diem, curvataque primum  
Culmina nutantis summo de vertice Mundi,  
Æthere Phœbus amat: sub quo quoque corpora nostra  
Decernunt vitia, & fortunam ex viribus ejus  
Concipiunt. Deus ille locus sub nomine Graio  
Dicitur. huic adversa nitens, quæ prima resurgit  
Sedibus ex imis, iterumque reducit Olympum,  
Pars Mundi, sulvumque nitet, noctemque gubernat,  
Et dominam agnoscit Phœben, fraterna videntem  
Regna per adversas Cæli fulgentia partes,  
Fataque damnosis imitantem finibus orbis.  
Huic parti Dea nomen erit Romana per ora:  
Græcia voce sua titulum designat eundem.

Arce sed in Cæli, qua summa acclivis finem  
Inveniunt, qua principium declivis sumunt,  
Culminaque insurgunt Occasus inter & Ortus,  
Suspenduntque suo libratum examine Mundum,  
Afferit hanc Cytherea sibi per sidera sedem,  
Et veluti faciem Mundi sua collocat ora,  
Per quæ humana regit: propria huic est addita parti  
Vis, ut connubia & thalamos, rædasque gubernet.  
Hæc tutela decet Venerem sua tela movere.  
Nomen erit Fortuna loco; quod percipe mente,  
Ut brevia in longo compendia carmine præstem.

At qua subsidit converso Cardine Mundus  
Fundamenta tenens, adversum & suspicit Orbem,  
Ac media sub nocte jacet, Saturnus in illa  
Parte suas agitatur vires, dejectus & ipse.  
Imperio quondam Mundi, solioque Deorum  
Et pater in patrios exercet Numina castus,  
Fortunamque senum. prima est tutela duorum,  
Nascentum atque patrum, quæ Cæli condita pars est.  
Asperum erat tempus, titulum cui Græcia fecit  
Dæmonium, signatque suas pro nomine vires.

Nunc age, surgentem primo de Cardine Mundum  
Respice, qua solito nascentia Signa recursum  
Incipiunt: udus gelidis & Phœbus ab undis  
Enatat; & fulvo paulatim accenditur igne,  
Et tua templa ferit, Maja Cyllenie nato,  
O! facies signata nota, quod nomen & ipsi  
Auctores tibi dant artis, quæ ducit Olympum,  
In qua fortunam natorum condidit omnem.  
Natura, eque illa suspendit vota parentum.

Unus in Occasu locus est super: ille ruentem  
Præcipitat Mundum terris, & sidera merfat,  
Tergaque prospectat Phœbi, qui viderat ora.  
Ne mirere nigri si Ditis janua fertur,  
Et finem vitæ retinet, mortique locatur.  
Hinc etiam ipse dies moritur, terrasque per Ordinem  
Subripit, & noctis captum sub carcere claudit.  
Nec non & Fidei tutelam vindicat ipsam,

Pectoris & pondus. tanta est in sede potestas,  
Quæ vocat & condit Phœbus, recipitque refertque,  
Consumitque diem. tali sub lege notandæ  
Templorum tibi sunt vires, quas pervolat omnis  
Astrorum series, ducitque & commodat illis  
Ipsa suas leges; stellæque ex ordine certo,  
Ut natura finit, lustrant, variasque locorum  
Efficiunt vires: utcumque aliena capeffunt  
Regna, & in extremis subsidunt hospita castris.

Hæc mihi sub certa stellarum parte canentur.  
Nunc satis est Cæli partes titulosque notasse,  
Effectusque loci per se cuiusque, Deosque,  
Cui parti nomen posuit, qui condidit artem,  
Ostotopos, per quos stellæ diversa volantes,  
Quos reddant motus, proprio venit ordine rerum.

## LIBER TERTIUS.

IN nova surgentem, majoraque viribus ausum,  
Nec per inaccessos metuentem vadere saltus  
Ducite Pierides; vestros extendere fines  
Conor, & indignos in carmina ducere cantus.  
Non ego in excidium Cæli nascentia bella,  
Fulminis & flaminis; partusque in marre sepultos;  
Hæc tora venalem, cinerum Priamumque ferentem;  
Colchida nec referam vendentem regna parentis,  
Et lacerum fratrem stupro; segetesque virorum;  
Taurorumque truces flaminas; vigilemque Draconem;  
Et reduces annos; auroque incendia facta;  
Et male conceptos partus, pejusque necatos.  
Non annosa canam Messanz bella nocentis,  
Septenosque duces, ereptaque fulmine flammis  
Mœnia Thebarum, & victam quæ vicerat urbem:  
Germanosque patris referam, matrisque nepotes:  
Natorumque epulas, conversaque sidera retro,  
Ereptumque diem. nec Persica bella profundo  
Indicta, & magna Pontum sub classe latentem,  
Immissumque fretum terris, iter æquoris undis:  
Non reges magnos. spatio majore canenda,  
Quam si tanta loquar, Romanæ gentis origo;  
Totque duces Orbis, tot bella, tot oria, & omnis  
In populi unius leges ut cesserit Orbis,  
Differtur. facile est ventis dare vela secundis:  
Fœcundumque solum varias agitare per artes,  
Auroque atque ebori decus addere, cum rudis ipsa  
Materies niteat. speciosis condere rebus  
Carmina vulgatum est opus, & componere simplex.

At mihi per numeros, ignotaque nomina rerum,  
Temporaque & varios casus, momentaque Mundi,  
Quorum quæque vices, partesque in partibus ipsis,  
Luctandum est. quæ nosse nimis: quod dicere quantum est  
Carmine quod proprio, pedibus quod jungere certis!

Huc ades, o quicumque meis advertere cœptis  
Aurem oculosque potes, veras & percipe voces.  
Non ad juratos Reges, Trojamque cadentem  
Impendas animum, nec dulcia carmina queras.  
Ornari res ipsa negat contenta doceri,  
Et si qua externa referentur nomina lingua,  
Hoc operis, non Varis erit. non omnia flecti  
Possunt, & propria melius sub voce notantur.

Nunc age, subtili rem summam perspice cura,  
Quæ tibi præcipuos usus monstrata ministrat,  
Et certas dat in arte vias ad Fata canenda,

... pugnantes re  
... alterno tel  
... a summa  
... erat Mundi  
... & vit  
... operu  
... asserer  
... per media  
... obtineant;  
... stellas, ne  
... regimen natu  
... vices, fa  
... ne Fati ra  
... quodcumque  
... opera, atq  
... in vita pot  
... est: tot &  
... certisq  
... torumque  
... sub certo duxi  
... partu vicinis  
... operum fort  
... in æterna Cæli  
... hominum pa  
... repetita loci  
... acciperent p  
... alio fors qua  
... genitura nov  
... incerto con  
... pars operum, q  
... propriam nasce  
... succedunt, Sign  
... ducem sequatur,  
... serie ter  
... quibus omnis exit  
... quoniam stelle se  
... movet  
... aut trille ven  
... fors est fo  
... solenni sun  
... liganda suis  
... opera oper  
... fors prima d  
... qui p  
... domus, de  
... in servis, c  
... magnas o  
... fulgentis com  
... militæ locu  
... peregrinas inte  
... titulo  
... ad Urbanos sta  
... militæ gen  
... flecti te  
... & la  
... cont  
... Muni  
... opus



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Cum tibi nascentis percepto tempore forma  
Constiterit Cæli stellis ad signa locatis;  
Transverso Phœbus si cardine celsior ibit,  
Qui tenet exortum, vel qui demergit in undas,  
Per tempus licet affirmes natum esse diei.  
At si subiectis senis fulgebit in astris,  
Inferior dextra lævaque tenentibus orbem  
Cardinibus, noctis fuerit per tempora natus.

Hæc tibi cum fuerint certo discrimine nota,  
Tunc si sorte dies nascentem exceperit alina,  
A sole ad Lunam numerabis in ordine partes  
Signorum: Ortivo totidem de Cardine duces;  
Quem bene partitis memorant Horoscopon astris.  
In quodcumque igitur numerus pervenerit astrum,  
Hoc da fortunæ. junges tunc cætera Signis  
Athla suis, certo subeuntibus ordine cunctis.

At cum obducta nigris nox orbem texerit alis,  
Si quis erit, qui tum materna cesserit alvo,  
Vette vias, sicut naturæ vertitur ordo.  
Consule tunc Phœben imitantem lumina fratris  
Semper, & in proprio regnantem tempore noctis.  
Quotque ab ea Phœbus partes, & signa recedit,  
Tot numerare jubet fulgens Horoscopus a se.  
Hunc fortuna locum teneant, subeuntibus Athlis,  
Ordine naturæ sicut sunt cuncta locata.

Forſitan & quæras agili rem corde notandam,  
Qua ratione queas in tali tempore nati  
Exprimere immenso surgentem Horoscopon orbe.  
Quod nisi subtili visum ratione tenetur,  
Fundamenta tuunt artis, nec consonat ordo.  
Cardinibus quoniam falsis, qui euncta gubernant,  
Mentitur faciem mundus, nec constat origo,  
Flexaque momento variantur sidera templi.  
Sed quanta effectu res est, tam plena laboris,  
Cursibus æternis mundum per signa volantem,  
Ut totum lustret curvatis arcubus orbem,  
Exprimere, & vultus ejus componere certos,  
Ac tantæ molis minimum deprendere punctum.  
Quæ pars Exortum, vel quæ fastigia mundi,  
Aut ferat Occasus, aut imo sederit orbe.

Nec me vulgatæ rationis præterit ordo,  
Quæ binas tribuit Signis surgentibus horas,  
Et paribus spatiis æqualia digerit astra,  
Ut parte ex illa, qua Phœbi cœperit orbis;  
Discedat numerus, summamque accomodat astris,  
Donec perveniat nascentis tempus ad ipsum;  
Atque ubi substiterit, Signum dicatur oriri.

Sed jacet obliquo Signorum circulus orbe,  
Atque alia inflexis oriuntur sidera membris:  
Ast illis magis est rectus surgentibus ordo,  
Ut propius nobis aliquod, vel longius astrum est.  
Vix finit lucis Cancer, vix Bruma reducit:  
Quam brevis illa jacet, tam longus circulus hic est,  
Libra Ariesque parem reddunt noctemque diemque,  
Sic media extremis pugnant, extremaque summis,  
Nec nocturna minus variant, quam tempora lucis,  
Sed tantum adversis idem stat mensibus ordo.

In tam dissimili spatio, variisque dierum  
Umbrarumque modis, quis possit credere in auras  
Omnia signa pari mundi sub lege meare?  
Adde; quod incerta est horæ mensura, neque ullum  
Altera pars sequitur: sed sicut summa dierum  
Vertitur, & partes surgunt, rursusque recedunt,  
Cum tamen in quocumque dies deducitur aſiro,  
Sex habeat supra terras, sex signa sub illis.  
Quo fit, ut in binas non possint omnia nasci,

Cum spatium non sit tantum pugnantibus horis,  
Si modo bis senæ servantur luce sub omni.

Quem numerum debet ratio; sed non capit usus.  
Nec tibi constabunt aliter vestigia veri,  
Ni lucem noctemque pares dimensus in horas;  
In quantum vario pateant sub tempore, notis;  
Regulaque exactas primam formetur in horas,  
Quæ segnemque diem, segnes perpendat & umbras.  
Hæc erit in Libra, cum lucem vincere noctes  
Incipiunt, vel cum medio concedere Vere.  
Tunc etenim solum bis senas tempora in horas.  
Æqua patent, medio quod curtis Phœbus Olympo.  
Hic cum per gelidas hiemes, summotus in Austras,  
Fulget in octava Capricorni parte biformis,  
Tunc angusta dies verna fertur in horas  
Dimidiam atque novem. sed nox oblita diei  
Bis septem apposita numerus ne claudicet hora  
Dimidia. sic in duodenas exit utrimque,  
Et redit in solidum naturæ condita summa.  
Inde cadunt noctes, surguntque in tempora luces;  
Donec ad ardētis pugnarint sidera Cancri.  
Atque ibi, conversis vicibus, mutantur in horas  
Brunales, noctemque dies, lucemque tenebræ  
Hybernæ referunt, alternaque tempora vincunt.  
Nunc huc nunc illuc gradibus per sidera certis  
Impulsæ; quarum ratio manifesta per atrem  
Collecta est, venietque suo per carmina textu.

Atque hæc est illas demum mensura per oras,  
Quas rigat æstivis gravidus torrentibus amnis  
Nilus, & cumpens imitatur sidera mundi.  
Per septem fauces, atque ora fugantia ponrum.

Nunc age, quot stadiis & quanto tempore surgant  
Sidera, quotve cadant, animo cognosce sagaci,  
Ne magna brevibus careant compendia diſtis.

Nobile Lanigeri sidus, quod cuncta sequuntur,  
Dena quater stadia exorrens: duplicataque ducit,  
Cum cadit; atque horam surgens, ejusque trientem  
Occupat, occidius geminat. cum cætera signa  
Orionis crescunt stadiis orientia in orbem;  
Et totidem amittunt gelidas vergentia in umbras,  
Hora novo crescit per singula signa quadrante,  
Tertiaque in quantas partes inducitur ejus.

Hæc sunt ad Libræ sidus surgentibus astris  
Incrementa. pari momento damna trahuntur,  
Cum subeunt orbem; rursusque a sidere Libræ,  
Ordine mutato, paribus per tempora versa  
Momentis redeunt. nam per quot creverat astrum  
Lanigeri stadia, aut horas; tot Libra recedit.  
Occidiusque Aries spatium, tempusque cadendi,  
Quod tenet, in tantum Chelæ consurgere perstant.  
Ejus in exemplum se signa sequentia vertunt.

Hæc ubi constiterint vigilantem condita mente,  
Jam facile est, si quod quandoque horoscopat astrum,  
Noscere, cum liceat certis surgentia signa  
Ducete temporibus, propriisque ascribere in horas  
Partibus, ut ratio lignis ducatur ab illis,  
In quibus Phœbus erit, quorum mihi reddita summa est.

Illam etiam poterit nascens via ducere ad astrum,  
Quod quandoque vadis emissum redditur orbi.  
Nam quota sit lucis, si luce requiritur hora,  
Aspicias; atque hunc numerum revocabis in ipsam  
Multiplicans decies, adjectis insuper eidem  
Quinque tamen summis, quia qualicumque sub hora  
Ter quinas mundi se tollunt sidera partes.  
Hic ubi constiterit numerus, conjungere & illas,  
Quæ superent Phœbo, partes per signa memento.

Ex hæc

Et hæc tricenarius  
Distribuit; primam  
Fallerit: hinc alius  
Tum quo subisset  
Quæve in parte suam  
Hæc erit eronius & f  
Continuus partes. ubi  
Tricenarius ab ex illa  
Dicitur dicitur numer  
Hæc cadet, credas i  
Et hominis, pariter  
Et ipse tibi rap  
Cæli mundi, certo  
Et ex hoc sedes  
Hæc non possit sum  
Et obliquus: ste  
Et veri stellarum on  
Et in in propria  
Et neque per terra  
Et eorumque eadem  
Et hanc. modus est  
Et quæ Phryxi  
Et eorumque fides,  
Et in consurgunt. b  
Qua medius recto  
Et qualisque super tra  
Et perpetua jungun  
Et noctes: æqu  
Et manifesta patet si  
Et in illis suavitoto  
Et in Autumnis Si  
Et in æquali lustrati  
Et in tunc quo Ph  
Et in eorumque coquat. Can  
Et in medius an qu  
Et in quamquam per tre  
Et in eorumque jacet, recto ti  
Et in eorumque surgunt, supraque ce  
Et in eorumque spatium per si  
Et in eorumque diviso mundus  
Et in simul ex illa terre  
Et in aliquid ab extremo  
Et in convexa gradus ge  
Et in am teretis natura fo  
Et in eorumque mediar  
Et in eorumque confides, Orbe  
Et in eorumque simul fugiet  
Et in eorumque reddetur, sed quan  
Et in eorumque inclinabit Cæli p  
Et in eorumque quæ fuerunt surg  
Et in eorumque curvato dicuntur  
Et in eorumque obliquus Signo  
Et in eorumque æstivus erat spat  
Et in eorumque eorumque partes  
Et in eorumque eorumque ratio cogit  
Et in eorumque eorumque dies, c  
Et in eorumque eorumque cursum o  
Et in eorumque eorumque alius aliud,  
Et in eorumque eorumque mora magna  
Et in eorumque eorumque longos. Cæli  
Et in eorumque eorumque effluant, ca  
Et in eorumque eorumque ad gelidas pre  
Et in eorumque eorumque magnificat oculi  
Et in eorumque eorumque omnes vacuus erit  
Et in eorumque eorumque tota condetur  
Et in eorumque eorumque eorumque



Ex hac tricenae summa per sidera partes  
 Distribues; primamque vicem, quo Phoebus in astro  
 Fulserit: hinc aliis, Solem quæcumque sequentur.  
 Tum quo subsistet numerus consumptus in astro,  
 Quæve in parte suam summam, momene relinquet,  
 Hæc erit exoriens & pars & forma. per ignes  
 Continua partes. ubi summam feceris unam,  
 Tricenae dabis ex illa per singula Signa,  
 Donec deficiat numerus, quæque illa sub astri  
 Parte cadet, credas illam cum corpore natam  
 Esse hominis, pariterque orbem vidisse per ignes.  
 Sic erit ipse tibi rapidis quærendus in atris  
 Natalis mundi, certoque Horoscopus ortu,  
 Ut cum ex hoc sedes steterit sub Cardine primo,  
 Fallere non possit summi fastigia Cæli.  
 Signifer obliquus: stent fundamenta sub Imo:  
 Stent veri stellarum ortus, verique subortus:  
 Denique ut in proprias vires, sortisque recedant.  
 Sed neque per terras omnes mensura dierum,  
 Umbrarumque eadem est; simili nec tempora summa  
 Mutantur. modus est varius. ratione sub una.  
 Numquam: Phryxii ducuntur vellera Signi,  
 Chelarumque fides, justæque examina Libræ,  
 Omnia consurgunt binas si Signa per horas.  
 Qua medius recto præcingitur ordine mundus,  
 Equalisque super transversum vertitur axem,  
 Illic perpetua junguntur pace diebus  
 Obscuræ noctes: æquo stat sædere tempus:  
 Nec manifesta patet falsi fallacia mundi,  
 Et similis simili toto non vertitur ævo:  
 Omnibus Autumnus Signis: Ver omnibus unum;  
 Una quod æquali lustratur linea Phæbo.  
 Nec refert tunc quo Phæbus decurrat in astro:  
 Littoreumve coquat Cancrum; contrave feratur  
 Sideribus: mediis an quæ sint quatuor inter.  
 Quod quamquam per tres Signorum circulus arcus  
 Obliquus jaceat, recto tamen ordine zonæ  
 Consurgunt, supraque caput, terrasque feruntur:  
 Et paribus spatiis per singula lustra resurgunt:  
 Et bene diviso mundus latet orbe, patetque.  
 At simul ex illa terrarum parte recedas,  
 Quidquid ab extremo temet præverteris axe,  
 Per convexa gradus gressum vestigia terræ,  
 Quam teretis natura soli decircinat orbem  
 In tumidum, & mediam mundo suspendit ab omni:  
 Ergo ubi confides, Orbem scandensque rotundum  
 Digrediere, simul fugiet pars altera terræ,  
 Altera reddetur, sed quantum inflexerit Orbis,  
 Tantum inclinabit Cæli positura volantis;  
 Et modo quæ fuerunt surgentia limite recto  
 Sidera, curvato ducuntur in æthera tractu:  
 Atque erit obliquus Signorum balteus orbe,  
 Qui transversus erat spatium: quando illius una est,  
 Nostræ mutantur sedes, ergo ipsa moveri  
 Tempora jam ratio cogit, variosque referre  
 Sub tali regione dies, cum sidera flexo  
 Ordine conficiant cursus obliqua malignos;  
 Longius atque aliis aliud; propriusve recumbat.  
 Pro spatium mora magna datur, quæ proxima nobis  
 Consurgunt, longos Cæli visuntur in orbes:  
 Ultima quæ effulgent, cæcis merguntur in umbris.  
 Et quanto ad gelidas propius quis venerit Arctos,  
 Tam magis officiant oculis brumalia Signa,  
 Vixque ortus occasus erit, si longius inde  
 Procedas, totis condentur singula membris,  
 Tricenaeque trahent connexo tempore noctes,

Et totidem luces adiment. sic parva dierum  
 Efficitur mora, & attritis consumitur horis,  
 Paulatimque perit statio fulgentibus astris,  
 Pluraque per partes subrepto tempore Signa  
 Terræ quæruntur medio celata tumore,  
 Adducentque simul Phæbum, textentque tenebras,  
 Mensibus ereptis donec sit debilis annus.  
 Si vero natura sinat sub vertice Cæli,  
 Quem gelidus rigidis fulcit compagibus axis,  
 Æternas superare nives, Orbemque rigentem  
 Prona Lycaoniz spectantem membra puellæ,  
 Stantis erit Cæli species: laterumque meatus  
 Turbinis in morem recta vertigine currit.  
 Inde tibi obliquo sex tantum Signa patebunt  
 Circuitu, nullos unquam fugientia visus,  
 Sed teretem acclivi Mundum comitantia semper.  
 Hic erit una dies per senos undique menses,  
 Dimidiumque trahens contextis lucibus annum,  
 Numquam erit occiduus quod tanto tempore Phæbus,  
 Dum bis terna suis perlustrat cursibus astra:  
 Sed circumvolitans recto versatur ab orbe.  
 At simul e medio præceps descenderit orbe,  
 Inferiora petens dejecto sidera cursu,  
 Et dabit in prouum laxas effusus habenas,  
 Per totidem menses junget nox una tenebras.  
 Vertice sub Cæli nam quisquis spectat ab omni,  
 Dimidium e toto Mundum videt Orbe rotundo:  
 Pars latet inferior, neque enim circumvenit illum  
 Recta acies, mediaque tenuis distinguitur alvo.  
 Effugit ergo oculos summo spectantis ab Orbe,  
 Dum sex submersis veftatur Phæbus in astris;  
 Adducitque simul luces, tenebrasque relinquit,  
 Sideribus donec totidem, quot mensibus actis,  
 Cesserat unde, redit; geminasque ascendit ad Arctos.  
 Hic locus in binas annum noctesque diesque  
 Per duo partitæ dirimit divortia terræ.  
 Et quoniam, quanto variantur tempora motu,  
 Et quibus e causis, dictum est; nunc accipe Signa  
 Quot surgant in quoque loco, cedantque per horas,  
 Partibus ut preni possint orientia certis,  
 Ne falsus dubia ratione Horoscopus erret.  
 Atque hoc in totum certa sub lege sequendum est,  
 Singula quod nequeant per tot distantia motus  
 Temporibus, numerisque suis exacta referti,  
 A me sumat iter positum sibi quisque, sequatur,  
 Perque suos tendat gressus, mihi debeat artem.  
 Quacumque hoc parti terrarum quisque requirat,  
 Deducat proprias noctemque diemque per horas,  
 Maxima sub Cancro minimis quæ cingitur umbris:  
 Et sextam summæ, fuerit quæ sorte, diurnæ  
 Vicino tribuat post Cancri templa Leoni.  
 At quæ nocturnis fuerit mensura tenebris,  
 In totidem partes simili ratione secanda est,  
 Ut quantum una ferat, tantum tribuatur ad ortus  
 Temporis adverso nascenti sidere Tauro.  
 Has inter, quasque accipiet Nemeæius horas,  
 Quod discrimen erit, per tres id divide partes,  
 Tertia ut accedat Geminis, quæ tempora Tauro  
 Vinciat; atque eadem Cancro; similisque Leoni.  
 Sic erit ad suam nam ratio perducta priorem,  
 Quomodo divisus Nemeæus duxerit horis.  
 Inde pari Virgo procedat temporis auctu,  
 Sed certa sub lege, prioris semper ut astri  
 Incolumem servet summam; crescentisque novando.  
 His usque ad denas horarum partibus auctis:  
 Per totidem a Libra decrescent sidera partes.

ignantibus horis,  
 re sub omni.  
 sed non capit usus,  
 gix rezi,  
 emus in horas;  
 empore, noris;  
 netur in horas,  
 apendat & umbras,  
 vitare noctes  
 cecere Vere.  
 mora in horas  
 in Phæbus Olympo,  
 memorosus: Aufica,  
 arte biforis,  
 ur in horas  
 x obliu diei  
 claudier hora  
 mimque,  
 eta summa.  
 ue in tempora laces;  
 lara Carari,  
 mutante in horas  
 renoque teretiz  
 que tempora vincunt,  
 per sidera certis  
 tita per a tem  
 er carmina terra,  
 mensura per oras,  
 renoque amnis  
 sidera mundi  
 figurantia ponum,  
 pro tempore su gant  
 cognoscere legaci,  
 renoque di diei.  
 d carida feruntur,  
 do dicitur que dicit,  
 ns, empore orientem  
 um cetera signa  
 a in obem:  
 renoque in umbras,  
 lara quadrante,  
 aditur ejs.  
 niganibus astris  
 lamina trahuntur,  
 que a dicitur Libræ,  
 tempora rezi  
 eor creterat astrum  
 Libra recedit.  
 tempore cadendi,  
 conurgere perstant.  
 mentia veniunt.  
 ni condita mente,  
 que horoscopat altum,  
 cetera sua  
 que se astris in horas  
 carat ab illis,  
 um mibi sedera summa est  
 ere via decere ad altum,  
 nullum redderit orbi.  
 ce requiritur hora,  
 erum reprocabis in ipsum  
 his, insulper eadem  
 quia quælibet tempore sub hora  
 sidera partes.  
 conjungere & illas,  
 que per signa memento.  
 Et



Et quantis in utrumque modis tollentur ad ortus,  
Diversam in sortem tantis mergentur in umbras.

Hæc erit horarum ratio ducenda per Orhem,  
Sidera ut in stadiis orientur quæque, cadantque,  
Quæ bis ter centum numeris, vicenæque constant.  
Detrahitur summæ tota pars, quota demitur inde  
Omnibus ex horis, æstivæ nomine noctis

Solstitium summo peragit cum Phœbus Olympo.  
Quodque his exuperat demptis, id didito in æquas  
Sex partes; sextamque ardenti trade Leoni.  
Rursus qui steterit numerus sub nomine noctis,  
Ejus erit Signo Tauri pars sexta dicanda.

Quodque hanc exuperat partem, superatur ab illa,  
Distinguitque duas medio discrimine summas:  
Tertia pars ejus numero superaddita Tauri,  
Traditur & Geminis. simili tunc cetera lucro  
Procedunt numeros semper tutata priores,  
Augebuntque novo vicinas nomine summas,  
Donec perveniant ad justæ tempora Libræ.  
Ex illa totidem per partes sic breviantur  
Lanigeri ad fines: conversaque nomina legem  
Accipiunt, perduntque pares cedentia sortes.

Hæc via monstrabit stadiorum ponere summas,  
Et numerare suos ortus per sidera cuncta.  
Quod bene cum propriis simul acceptaveris horis,  
In nulla fallit regione Horoscopus umquam,  
Cum poterunt certis numerari singula signa  
Temporibus parte ex illa, quam Phœbus habebit.

Nunc quibus hiberni momentis surgere menses  
Incipiant, [neque enim paribus per sidera cuncta  
Procedunt gradibus, nivei dum vellera Signi  
Contingunt, æquum lucis cogentia & umbras  
Ferre jugum]; magna est ratio breviterque docenda.

Principio capienda tibi est mensura diei,  
Quam minimam Capricornus agit: noctisque per horas  
Quam summam. quoque ab iusto superaverit umbra,  
Et trepidant luces, ejus pars tertia Signo  
Tradenda est medio semper: qua sorte retenta  
Dimidio vincat primum, vincatur & ipsam  
Extremo. totum in partes sic digere tempus.  
His opibus tria Signa valent, sed summa prioris  
Accedit numeri conjuncta sequentibus astris.

Cesserit ut, ternis fuerit si longior horis  
Brumali nox sorte die, Capricornus ut hora  
Dimidia attollat luces; & Aquarius horam  
Ipse suam proprie ducat, summæque priori  
Adjungat; Pisces tantum sibi temporis ipsi  
Construant, quantum accipiant de sorte priorum,  
Et tribus expletis horis noctemque diemque  
Lanigero tradunt æquandam tempore Veris.

Incipit a sexta tempus procedere parte  
Dividuam: duplicant vires hærentia Signa;  
Ultimaque acceptas triplicant. ita summa diebus  
Cedere diversa labentia tempora lege.  
Jamque Aries totidem deducit noctibus horas,  
Quot prius abstulerant proprio sub nomine Pisces.  
Hora datur Tauro; cumulentque ut damna priora,  
Dimidiam adiungunt Gemini. sic ultima primis  
Redditur. æquatæ solvuntur sanore noctes.

( Rursus & incipiunt propria de sorte diebus:  
Respondent pariterque illis, quæ proxima fulgent,  
Et media æquatis censentur viribus astra,  
Præcipuosque petunt varianda ad tempora motus.)  
Hac vice discedunt noctes a lidere Brumæ,  
Tollunturque dies, annique invertitur orbis,

Solstitium tardi cum sit sub sidere Cancri;  
Tuncque diem Brumæ nox æquat: tempora noctis  
Longa dies: similique redit, quam creverat, actu.

Nunc sua reddentur generatim tempora Signis,  
Quæ divisa etiam proprios ducuntur in annos,  
Et menses, lucisque suas, horasque dierum,  
Per quos præcipuas ostendunt singula vires.  
Primus erit Signi, quo Sol estulserit, annus,  
Annum quod lustrans consummat tempora Mundi.  
Proximus atque alii subeuntia Signa sequuntur.  
Luna dabit menses, peragit quod menstrua cursum.  
Tutelæque suæ primas Horoscopus horas  
Asserit, atque dies, traditque sequentibus astris.

Sic annum, mensesque suos natura, diesque  
Atque ipsas voluit numerari Signa per horas,  
Omnia ut omne foret divisum tempus in astra;  
Perque alterna suos variaret sidera motus,  
Ut cujusque vices ageret redeuntis in orbem.

Idcirco tanta est rerum discordia in ævo;  
Et subtexa malis bona sunt, lacrimæque sequuntur  
Vota, nec in cunctis servat Fortuna tenorem:  
Usque adeo permixta fuit nec permanet usquam:  
Amisitque hædem variando cuncta per omnes.

Non annis anni, non menses mensibus usque  
Conveniunt, seque ipse dies, aliumque requirit,  
Horaque non ulli similis perducitur horæ.  
Tempora quod sistant propriis patentia Signis,  
Per numeros omnes ævi divisa volantis;  
Talesque efficiunt menses, casusque minantur,  
Qualia sunt, quorum vicibus convertimur, astra.

Sunt, quibus ut Cæli pateat nascentis ab horæ  
Sidere, quem memorat, Horoscopus inventuris,  
(Parte quod ex illa describitur hora diebus,)  
Omne genus rationis agi per tempora & astra,  
Et capite ex uno menses, annosque diesque  
Incipere, atque horas, tradique sequentibus astris;  
Et, quamquam locia nascantur origine cuncta,  
Diversas tamen esse vices, quod tardius illa,  
Hæc citius peragunt orbem. venit omnis ad astra  
Hora die bis; mense dies: semel unus in anno  
Mensis; & exactis bis sex jam Solibus annus.

Difficile est in idem tempus concurrere cuncta,  
Unius ut Signi pariter sit mensis & annus.  
Asperiores ut agat mensem, si mensis in astrum  
Lætius incidit: Signum sit triste diei,  
Si Fortuna diem fovet, sit durior hora.  
Idcirco nihil in totum sibi credere fas est,  
Non annos Signis, menses vertentibus annis,  
Mensibus aut luces, aut omnes lucibus horas;  
Quod nunc illa nimis properat, nunc illa morantur,  
Et modo deest aliud, modo adest, vicibusque recedit,  
Aut redit, atque alio mutatur tempore tempus  
Interpellatum variata sorte dierum.

Et quoniam dixi per singula tempora vitæ,  
Quod quandoque genus venit, cujusque sit astri  
Quisque annus, cujus mensis, simul hora, diesque:  
Altera nunc ratio, quæ summam continet ævi,  
Reddenda est; quot quæque annos dare Signa feruntur,  
Quæ tibi, cum finem vitæ per sidera quæris,  
Respicienda manet ratio, numerisque notanda.

Bis quinos annos Aries, unumque triente  
Fraudatum dahit. appositis, tu, Taure, duobus  
Vincis: sed totidem Geminorum vinceres astra.  
Taureque bis octavos, Cancer, binosque trientes,  
Bisque novem, Nemeze, dabis, bessimque sub illis.  
Erigone geminatque decem, geminatque trientem.

Nec



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Tunc & opes, & regna fluunt & sapius orta  
 Paupertas, artesque data, moresque creati,  
 Et vitia, & clades, damna & compendia rerum.  
 Nemo caret dampno, poterit nec habere negatum;  
 Fortunamve suis invitam, prendere votis,  
 Aut fugere instantem. fors est sua cuique ferenda.

An nisi Fata darent leges vitæque necisque,  
 Fugissent, ignes Æneam? Troja sub uno  
 Non everfa viro satis vicisset in ipsis?

Aut Lupa projectos nutrisset Martia fratres?  
 Romaque sic enata foret, pecudumque magistri  
 In Capitolinos auxissent culmina montes,  
 Include sua potuisset Jupiter arce?  
 Captus & a captis Orbis foret? igne sepulto  
 Vulneribus victor reperisset Mutius Urbem?  
 Solus & oppositis clausisset Horatius armis  
 Pontem Urbemque simul? rupisset fœdera Virgo?  
 Tresque sub unius fratres virtute jacerent?  
 Nulla acies vicit tantum. pendebat ab uno  
 Roma viro, regnumque Orbis sortita jacebat.

Quid referam Cannas, admotaque mœnibus arma?  
 Varronemque pigrum Magnum, quod vivere posset?  
 Postque tuos, Thrasymene, lacus? Fabiumque morantem?  
 Accepisse jugum victas Carthaginis arces?  
 Speratum Annibalem nostris cecidisse catenis,  
 Exiliumque rei furtiva morte luisse?

Adde etiam vires, Italas, Romamque suismet  
 Pugnantes membris? adice & civilia bella?  
 Et Cimbrum in Mario, Mariumque in carcere victum;  
 Quod consul toties, exulque, ex exule consul;  
 Et jacuit Libycis compar jactura ruinis,  
 Eque crepidinibus cepit Carthaginis urbem?  
 Hoc nisi fata darent, numquam Fortuna tulisset.  
 Quis te Niliaco periturum, littore, Magne,  
 Post victas Mithridatis opes, pelagusque receptum,  
 Et tres emenso meritos ex orbe triumphos,  
 Cum jam etiam posses alium cognoscere Magnum,  
 Crederet, ut corpus sepeliret naufragus ignis,  
 Ejectæque rogam facerent fragmenta carinæ?  
 Quis tantum mutare potest sine Numine Fati?

Ille etiam Cælo genitus, Cæloque receptus,  
 Cum bene compositis victor civilibus armis  
 Jura Togæ reget, toties prædicta cavete  
 Vulnera non potuit, toto spectante Senatu,  
 Indicium dextra retinens, nomenque cruore  
 Delevit proprio, possent ut vincere Fata.

Quid numerem everfas urbes, Regumque ruinas?  
 Inque rogo Cræsum, Priamumque in littore truncum,  
 Cui nec Troja rogas? quid Xerxem, majus & ipso  
 Naufragium Pelago? quid captio sanguine Regem  
 Romanis positum? raptosque ex ignibus ignes,  
 Cedentemque viro flammam, qui templa ferebat?

Quot sabitæ veniunt validorum in corpore mortes?  
 Seque ipsæ rursus fugiunt, errantque per ignes?  
 Ex ipsis quidam elati rediere sepulchris:  
 Atque his vita duplex, illis vix contigit una:  
 Ecce levis perimit morbus, graviorque remittit;  
 Succumbunt artes, rationis vincitur usus;  
 Cura nocet, cessare juvat: mora sæpe maiorum  
 Dat causas: læduntque cibi, parcuntque venena.

Degenant nati patribus, vincuntque parentes,  
 Ingeniumque suum retinent: transitque per illum,  
 Ex illo Fortuna venit: furit alter amore,  
 Et Pontum tranare potest, & vertere Trojam:  
 Alterius fors, est scribendis legibus apta:  
 Ecce patrum nati perimunt, natosque parentes:

Mutuaque armati coeunt in vulnera fratres.  
 Non nostrum hoc bellum est: coguntur tanta moveri  
 Inque suas ferri pœnas, lacerandaque membra.

Quod Decios non omne tulit, non omne Camillos  
 Tempus, & invictum devicta morte Catonem,  
 Materies in rem superat, sed lege repugnat.

Et neque paupertas breviores excipit annos:  
 Nec sunt immensis opibus venalia Fata:  
 Sed rapit ex sceptro funus Fortuna superbo,  
 Inducitque rogam Summis statuitque sepulchrum.  
 Quantum est hoc regnum, quod regibus imperat ipsis!

Quin etiam infelix virtus, & noxia felix:  
 Et male consultis pretium est; prudentia fallit:  
 Nec Fortuna probat causas, sequiturque merentes;  
 Sed vaga per cunctos nullo discrimine fertur.

Scilicet est aliud, quod nos cogatque rogatque,  
 Maius, & in proprias ducat mortalia leges,  
 Attribuatque suos ex se nascentibus annos,  
 Fortunæque vices. permiscet sæpe ferarum  
 Corpora cum membris hominum; non seminis ille  
 Partus erit (quid enim nobis commune ferisque,  
 Quisve in portenti noxam peccarit adulter?)  
 Astra novant formas, Cælumque interserit ora.

Denique si non est Fati, cur traditur, ordo?  
 Cunctaque temporibus certis ventura canuntur?

Nec tamen hæc ratio facinus defendere pergit,  
 Virtutemve suis fraudare in præmia donis.  
 Nam neque mortiferas quisquam minus oderit herbas,  
 Quod non arbitrio veniunt, sed semine certo:  
 Gratia non levior tribuetur dulcibus escis;  
 Quod natura dedit fruges, non ulla voluntas.

Sic hominum menti tanto fit gloria major,  
 Quod Cælo gaudente venit; rursusque nocentes  
 Oderimus magis in culpam pœnasque creatos.  
 Nec refert, scelus unde cadat: scelus esse fatendum.  
 Hoc quoque fatale est sic ipsum expendere Fatum.

Quod quoniam docui, superest nunc ordine certo  
 Cælestes fabricare gradus, qui ducere flexo  
 Tramite prudentem valeant ad sidera Vatem.

Nunc tibi Signorum mores, summumque colorem,  
 Et studii varias artes ex ordine reddam.

Dives sæcundis Aries in vellera lanis,  
 Exutusque novis rursus spem semper habebit:  
 Naufragiumque inter subitum censusque beatos  
 Crescendo cadet, & natis in damna feretur;  
 In jugulumque dabit fructus, & mille per artes  
 Vellera diversos ex se patientia quæstus:

Nunc glomerare rudes, nunc rursus solvere lanas,  
 Nunc tenuate levi filo, nunc ducere telas,  
 Nunc emere, & varias in quæstum vendere vestes,  
 Quæ sine non poterant ullæ subsistere gentes,  
 Vel sine luxuria; tantum est opus! ipsa suismet  
 Asseruit Pallas manibus, dignumque putavit.  
 Seque in Arachnea magnum putat esse triumphum.  
 Hæc studia & similes ducet nascentibus artes,  
 Et dubia in trepido præcordia pectore finget,  
 Seque sua semper cupientia vendere laude.

Taurus simplicibus donabit rura colonis,  
 Pacatisque labor veniet: nec præmia laudis,  
 Sed terræ tribuet partus: summittit aratris  
 Colla, jugumque suis poscit cervicibus ipse.  
 Ille, suis Phœbi portat cum cornibus orbem,  
 Militiam indicit terris, & segnia rura  
 In veteres revocat cultus dux ipse laboris;  
 Nec jacet in sulcis, solvitque in pulvere pectus.  
 Serranos Curiosque tulit, fascesque per arva

Tradidit,

...it, eque suc  
 ...amor, tacit  
 ...valent, habi  
 ...Mollis e Gemi  
 ...varios annos  
 ...graciles callos,  
 ...genturque tonum  
 ...ma erul hucque  
 ...ne & ænem per  
 ...in altra  
 ...ant orbem,  
 ...regio mino  
 ...facudi Gemi  
 ...ad ardent  
 ...bus summis  
 ...Mundi rei  
 ...anmi, null  
 ...varios quæst  
 ...pergrina Fort  
 ...anna annonæ sp  
 ...ore opes, Orbisq  
 ...per ignotas co  
 ...alio sub Sole  
 ...rem pretio sub  
 ...gat, & celeres  
 ...bus usuris quo  
 ...ænum solers, luc  
 ...quis dubitet valli  
 ...suo dister Sig  
 ...oras semper pug  
 ...ant, & pecorum s  
 ...ebet in studium,  
 ...& captis domi  
 ...nare metu silvas, &  
 ...ænam similes anime  
 ...æorum membris nec  
 ...ætos aris suspendant  
 ...æque parent cadem  
 ...am ad sobitas iras,  
 ...ale est puero: sente  
 ...e, quibus Erigone di  
 ...magisterio nodoque  
 ...studium ducit mores  
 ...sus instruit: nec ta  
 ...causas, viresque  
 ...æus linguæ faciet,  
 ...æculos mentis, q  
 ...æ occultis Naturæ  
 ...tempor erit velox,  
 ...æus linguam sup  
 ...longas nova per c  
 ...bonus: & tener  
 ...æa naturæ cohibe  
 ...æus erit, quoc  
 ...æstem Chel:  
 ...æantur post ann  
 ...æribent usus &  
 ...æus certantem  
 ...æus numeros rebu  
 ...æus, ætæque mox  
 ...æum tabulas, c  
 ...æus ætæ notis levi  
 ...æant, & ventem  
 ...æus quæstivato  
 ...æus potest gaudere  
 ...æus potest pœat,



Tradidit, eque suo Dictator venit aratro.  
 Laudis amor, tacitæ mentes & corpora tarda  
 Mole valent, habitatque puer sub fronte Cupido.  
 Mollius e Geminis studium est, & mitior ætas  
 Per varios cantus modulataque vocibus ora,  
 Et graciles calamos, & nervis insita verba,  
 Ingenitumque sonum. labor est etiam ipsa voluptas.  
 Arma procul lituosque volunt, tristemque senectam:  
 Otia & æternam peragunt in morte juventam:  
 Inveniunt & in alia vias, numerisque modisque  
 Consummant orbem, postquam ipsos sidera linquunt.  
 Natura ingenio minor est, perque omnia servit.  
 In tot fecundi Gemini commenta feruntur.

Cancer ad ardentem fulgens in Cardine vittam,  
 Quam Phœbus summis revocatus curribus ambit,  
 Articulum Mundi retinet, lucisque reflectit:  
 Ille tenax animi, nullosque effusus in usus,  
 Attribuit varios quæstus, artemque lucrorum:  
 Merce peregrina Fortunam ferre per urbes,  
 Et gravia annonæ speculantem incendia, ventis  
 Credere opes, Orbisque Orbi bona vendere posse,  
 Totque per ignotas commercia jungere terras,  
 Atque alio sub Sole novas exquirere prædas,  
 Et rerum pretio subitos componere census.  
 Navigat, & celeres optando sortibus annos,  
 Dulcibus usuris æquo quoque tempora vendit.  
 Ingenium solers, suaque in compendia pugna.

Quis dubitet vasti quæ sit natura Leonis?  
 Quasque suo dicit Signis nascentibus artes?  
 Ille novas semper pugnas, nova bella ferarum  
 Apparat, & pecorum spolio vivitque rapinis.  
 Hoc habet in studium, postes ornare superbos  
 Pellibus, & captas domibus præfigere prædas,  
 Et pacare metu silvas, & vivere rapto.  
 Sunt quorum similes animos nec mœnia frenent,  
 Sed pecorum membris media grassentur in urbe,  
 Et laceros artus suspendant fronte tabernæ,  
 Luxuriæque parent cædem, mortesque lucentur.  
 Ingenium ad subitas iras, facilesque recessus,  
 Ac quale est puero: sententia pectore simplex.

At, quibus Erigone dixit nascentibus ævum,  
 Ore, magisterio nodoque coercita virgo,  
 Ad studium ducit mores & pectora doctis  
 Artibus instituit: nec tam compendia census,  
 Quam causas, viresque dabit perquirere rerum.  
 Illa decus linguæ faciet, regnumque loquendi,  
 Atque oculos mentis, quæ possit cernere cuncta,  
 Quamvis occultis Naturæ condita causis.  
 Hic & scriptor erit velox, cui littera verbum est,  
 Quique notis linguam superet, cursimque loquentis  
 Excipiat longas nova per compendia voces.  
 In vitio bonus: & teneros pudor impedit annos,  
 Magnaque naturæ cohibendo munera frænat.  
 Hinc secundus erit, quod mirum in Virgine, partus.

Librantes noctem Chelæ cum tempore lucis,  
 Per nova maturi post annum tempora Bacchi,  
 Mensuræ & tribuent usus & pondera rerum,  
 Et Palamedeis certantem viribus ortum,  
 Qui primus numeros rebus, qui nomina summis  
 Imposuit, certumque modum, propriasque figuras,  
 Hic etiam legum tabulas, & condita jura  
 Noverit, atque notis levidus pendentia verba:  
 Et licitum sciet, & vetitum quæ poena sequatur,  
 Perpetuus populi privato in limine Prætor.  
 Non alio potius genitus sit Servius astro,  
 Qui leges potius posuit, quam jura retexit,

Denique in ambiguo fuerit quodcumque locatum,  
 Et Rectoris egens, diriment examina Libræ.  
 Scorpius, armata violenta cuspide cauda;  
 Qui (sua cum Phœbi currum per sidera ducit)  
 Rimatur terras & fulcis semina miscet,  
 In bellum ardentis animos, & Martia caltra  
 Efficit & multo gaudentem sanguine civem:  
 Nec præda, quam cæde magis; cumque ipsa sub armis  
 Pax agitur, capiunt saltus, silvasque pererrant:  
 Nunc hominum, nunc bella gerunt violenta ferarum:  
 Nunc caput in mortem vendunt, & funus aræ:  
 Atque hostem sibi quisque parat, cum bella quiescunt.  
 Sunt quibus & simulacra placent, & ludus in armis,  
 (Tantus amor pugnae est,) discuntque per otia bellum,  
 Et quodcumque pari studium producit arte.

At quibus in bisero Centauri corpore fors est  
 Nascendi concessa, libet subjungere currus,  
 Ardentes & equos ad mollia ducere fræna,  
 Et totis armenta sequi pascentia campis,  
 Quadrupedum omne genus positis domitare magistris,  
 Exorate tigres, rabiemque auferre leoni,  
 Cumque elephantem loqui, tantamque aptare loquendo  
 Artibus humanis varia ad spectacula mores.  
 Quippe fera mixtum est hominis per sidera corpus,  
 Impositumque manet; quocirca regnat in illis.  
 Quodque intenta gerit curvato spicula cornu,  
 Et nervos tribuit membris, & acumina cordi.  
 Et celeres motus, nec delassabile pectus.

Vesta tuos, Capricorne, fovet penetralibus ignes:  
 Hinc artes studiumque trahis. nam quidquid in usus  
 Ignis agit, poscitque novas ad munera flammæ,  
 Sub te censendum est. scrutari cæca metalla,  
 Depositæ & opes, terræque exurere venas,  
 Materiemque manu certa duplicari arte:  
 Quidquid & argento fabricatur, quidquid & aurum:  
 Quod ferrum calidi solvant, atque æra camini,  
 Consumantque foci Cererem; tua munera surgent.  
 Addis & in vestes studium, merceinque fugantem  
 Frigora, brumalem servans per sidera sortem,  
 Qua retrahis ductas summa ad fastigia noctes,  
 Nascentemque facis revocatis lucibus annum.  
 Hinc est mobilitas rerum, mutataque sæpe  
 Mens nutat. at melior juncto sub Pisce senecta est.  
 Pars prior at Veneri mixto cum crimine servit.

Ille quoque inflexa fontem qui projicit urna;  
 Cognatas tribuit juvenilis Aquarius artes.  
 Cernere sub tetræ undas, inducere terris,  
 Ipsaque conversis aspergere fluctibus astra:  
 Littoribusque novis per luxum ludere ponto;  
 Et varios fabricare lacus, & flumina ficta,  
 Et peregrinantes domibus suspendere rivos.

Mille sub hoc habitant artes, quas temptat unda,  
 Quæ per aquas veniunt, operum pontesque sequuntur.  
 Quippe etiam Mundi faciem sedesque movēbit  
 Sidereas, Cælumque novum versabit in orbem.  
 Mite genus, docilesque fluunt ab sidere partus:  
 Pectora nec sordent: faciles in damna feruntur:  
 Nec deest, nec superest census. sic profluit Urna.

Ultima quos gemini producunt sidera Pisces,  
 His erit in pontum studium, vitamque profundo  
 Credent, & puppes, aut puppibus arma parabunt:  
 Quidquid & in proprios pelagus desiderat usus;  
 Innumeræ veniunt artes, vix nomina rebus  
 Sufficiunt. tot sunt, parvæ quot membra carinæ,  
 Adde gubernandi studium. pervenit in astra,  
 Et Pontum Cælo conjunxit. noverit Orbem



Fluminaque & portus Mundi, ventosque necesse est:  
Jamque huc atque illuc agilem convertete clavum,  
Et frænare ratem, fluctusque effindere rectos:  
Aut remos agitare & lentas flectere tonfas.  
Et placidum indultis evertere retibus æquor,  
Littoribusque suis populos exponere captos:  
Aut uncas celare cibis, aut carcere fraudem.  
Navales etiam pugnas, pendentia bella  
Attribuunt, pelagique infectos sanguine fluctus.  
Fœcundum genus est natis & amica voluptas.  
Et celeres motus, mutataque cuncta per ævum.

Hos tribuunt mores, atque has nascentibus artes  
Bis sex materia propria pollentia Signa.

Sed nihil in semet totum valet. omnia vires  
Cum certis sociant Signis sub partibus æquis,  
Et velut hospitio mundi commercia jungunt,  
Conceduntque suas partes retinentibus astris.  
Quam partem decimam dixere Decania gentes;  
A numero nomen positum est, quod partibus astra  
Condita tricenis propria sub sorte feruntur,  
Et tribuunt denas in se coeuntibus astris,  
Inque vicem terris habitantur sidera Signis.

Sic altis natura manet concepta tenebris,  
Et verum in Cælo est multa cum ambagine rerum.  
Nec brevis est usus, nec amat compendia Cælum:  
Verum aliis, alia opposita est & fallit imago,  
Mentiturque suas vires, & numina celat.

Quæ tibi non oculis, alta sed mente fuganda est  
Caligo, penitusque Deus, non fronte notandus.

Nunc quæ sint conjuncta, quibus, quove ordine reddam,  
Ne lateant aliæ vires aliena per astra.

Astrorum princeps primam servat sibi partem:  
Altera fors Tauro: Geminis pars tertia cedit.  
Sic inter denas divisum ducitur astrum.

Tot ducit vires, dominos quotcumque recepit.

Diversa in Tauro ratio est, nec parte sub ulla  
Censetur: Cancro primam: mediamque Leoni:  
Extremam Erigonæ tribuit natura per astrum.  
Stat tamen & proprias miscet per singula vires.

Libra decem partes Geminorum prima capeffit:  
Scorpius adjunctas: Centauri tertia pars est.  
Nec quisquam numero discernitur: ordine cedit.

Cancer, qui adversum Capricorni dirigit astrum;  
Bis quinas primum partes dignatur in illo:  
(Temporis articulo sub quo censetur & ipse,  
Quod facit æquales luces brumalibus umbris,  
Cognatamque gerit diverso in Cardine legem:)

Alterius partis perfundit Aquarius ignes:  
Quem subeunt Pisces extremo sidere Cancri.

At Leo consortis meminit sub lege Trigoni,  
Lanigerumque ducem recipit: Taurumque quadrato  
Conjunctum sibi: sub Geminis pars tertia fertur.  
Hos quoque conjungit per senos linea flexus.

Præcipuum Erigone Cancro concedit honorem,  
Cui tribuit primam partem: vicina reliqua est  
Vicino, Neineæ, tibi: pars ipsius ima est,  
Quæ fastidito concessa est jure potiri.

Sed Libra exemplo gaudet, pariterque regentem  
Noctes atque dies diverso in tempore secum  
Lanigerum sequitur. veris juga temperat ille,  
Hæc Autumnales componit lancibus horas.  
Nulli concedit primam: traditque sequenti  
Vicinam partem: Centauri tertia summa est.

Scorpius in prima Capricornum parte locavit:  
Alterius dominum, qui nomen fecit ab undis:  
Extremas voluit partes sub Piscibus esse.

At qui contento minitatur spicula nervo,  
Lanigero primas tradit sub lege Trigoni:  
Et medias Tauro partes: Geminisque supremas.

Nec manet ingratus Capricornus crimine turpi,  
Sed munus reddit Cancro, recipitque receptus,  
Principiumque sui donat: conjuncta Leonis  
Regna ferunt: summas partes at Virginis esse.

Fontibus æternis gaudens urnaque fluenti,  
Jura sui Libræ permittit prima regenda:  
Hærentesque decem partes Nepa vindicat ipsi:  
Summas Centaurus retinet Juvenile per astrum.

Jam superant gemini Pisces, qui sidera claudunt.  
Lanigero primos tradunt in finibus usus:  
Perque decem medias partes tu, Taure, receptus:  
Quod superest, ipsi sumunt; utque orbe feruntur  
Extremo, sic & sortis pars ultima cedit.

Hæc ratio reteggit latitantis tempora mundi,  
In pluresque modos, repetitaque nomina Cælum  
Dividit, & melius sociat quoque. sæpius Orbem,  
Ne tua sub titulis fallantur pectora notis,  
Dissimulant, non ostendunt mortalibus astra.

Altius est acies animi mittenda sagacis;  
Inque alto quærenda manent, junctisque sequendum  
Viribus. & cujus Signis quis parte creatur,  
Eius habet mores atque illo nascitur astro.  
Talis per denas sortes natura feretur.

Testis erit varius sub eodem sidere fœtus,  
Quodque in tam multis animantium millibus, uno  
Quæ veniunt Signo, tot sunt, quot corpora, mores,  
Et genus extremum referunt aliena per astra,  
Confusique fluunt partus hominum atque ferarum.  
Scilicet in partes junguntur condita plures,  
Diversasque ferunt proprio sub nomine leges:  
Nec tantum lanas Aries, nec Taurus aratra,  
Nec Gemini Musas, nec merces Cancer amahit,  
Nec Leo venator veniet, nec Virgo magistra,  
Mensuris aut Libra potens, aut Scorpius armis,  
Centaurusque feris, igni Capricornus, & undis  
Ipse suis Juvenis, geminique per æquora Pisces:  
Mixta sed in plures sociantur sidera vires.

Multum, inquis, tenuemque jubes me ferre laborem  
Cernere cum facili lucem ratione viderer.

Quod quæris, Deus est. coneris scandere Cælum,  
Fataque fatali genitus cognoscere lege,  
Et transire tuum pectus, Mundoque potiri.  
Pro pretio labor est, nec sunt immunia tanta.  
Nec mirere viæ flexus, rerumque catenas.  
Admitti potuisse fat est: sunt cæteta nostra.

At nisi perfossis fugiet te montibus aurum,  
Rursus & in magna mergis caligine mentem,  
Obstabitque suis opibus superaddita tellus.  
Ut veniant gemmæ, totus transibitur Orbis:  
Nec lapidum pretio pelagus cepisse pigebit.  
Annua solliciti consummant vota Coloni,  
Et quantæ mercedis erunt fallacia rura?  
Quæremus lucrum navi, Martemque sequemur  
In prædas? pudeat tanto bona velle caduca!  
Luxuriæ quoque militia est vigil, atque ruinis:  
Venter & ut parcat, suspirant sæpe nepotes.  
Quid Cælo dabimus? quantum est, quo veneat omne?  
Impendendus homo est, Deus esse ut possit in ipso  
Hac tibi nascentum mores sunt lege notandi.

Nec satis est Signis dominantia discernere Signa  
Per denos numeros, & quæ sunt insita cuique.  
Sed proprias partes ipsas spectare memento,  
Vel glacie rigidas, vel quas exusserit ignis;

Et si quæ utroque ta  
que minor iam si  
& vario cont  
Est æquale nihil. re  
maris, & notis fugie  
men abique frequens  
Cælis terris lætis in  
dibus rumpit parvi  
sso portus erat pel  
aque cadit post pa  
per scopulos, n  
tas iter, aut qu  
Cæli partes va  
Signo, sic  
que negat vire  
per has genitur  
aut multis seu  
signandæ pro  
tot numeros tot  
genes iterare queat  
chos casus? faciet  
omnis sic verba, p  
aque labor cec  
tibi per carmen F  
ros Cæli motus,  
ingenda datur, t  
edisse Deum nimis  
era. nec fas est vert  
æ enim major. nec  
tamen hæc poter  
dæpe, damandæ qu  
æ pars quarta noce  
æ pars illi a decuma  
æ hæc duplicat sum  
æ viginti numeris pa  
nota, & duram con  
æ nota mala est; si  
æ decimam, nec non  
æ hæc necens; &  
æ hæc decem tresque in  
æ nota numeris: & tu  
æ hæc in Geminis p  
æ nota non melior; t  
æ que bis denis brev  
æ similis noxæ veniet  
æ que dux subeant;  
æ hæc Cæli prima im  
æ nota octava similis  
æ nota; nec ter quina  
æ nota post decimam luc  
æ nota accedens, & fe  
æ nota que contactu p  
æ nota lab parte prem  
æ nota Cælo: vice  
æ nota oppositis junctio  
æ nota hæc prima melior  
æ nota nec pars prim  
æ nota æquum, nec quarta  
æ nota viginti numeris.  
æ nota hæc æquum claud  
æ nota in Cælis, &  
æ nota hæc mediana, de  
æ nota hæc denis ab  
æ nota hæc claudunt,  
æ nota hæc nota venie  
æ nota hæc decima, & qu



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Alta per imperium tribuit fastigia summum :  
Rectoremque dabit legum iurisque sacrati,  
Sancta pudicitia Divorum templa colentem .

Sed cum autumnales cœperunt surgere Chelæ,  
Felix æquato genitus sub pondere Libræ,  
Judex extremæ sistet vitæque necisque :  
Imponetque jugum terris , legetique rogabit .  
Illum urbes & regna tremant , nutuque regentur  
Unius , & Cæli post terras jura manebunt .

Scorpius extremæ cum tollit lumina caudæ,  
Si quis erit terris tum suffragantibus ortus ,  
Urbibus augebit terras , junctisque juvenis  
Mœnia succinctus curvo describet aratro ,  
Aut iterum positas urbes , inque arva reducet  
Oppida , & in domibus maturas reddet aristas .  
Tanta erit & virtus , & cum virtute potestas .

Nec non Arcitenens , prima cum veste resurgit,  
Pectora clara dahit bello , magnisque triumphis  
Conspicuum patrias victorem ducet ad arces :  
Altaque nunc statuet , nunc condita mœnia vertet .  
Sed nimium indulgens rebus fortuna secundis  
Invidet in faciem , sævitque asperrima fronti .  
Horrendus bello Trebiam , Cannasque , lacumque  
Ante sugam tali pensabat imagine victor .

Ultimus in caudæ Capricornus acumine summo  
Militiam ponto dictat , puppisque colendæ  
Dura ministeria , & vitæ discrimen inertis .

Quod si quem sanctumque velis castumque , probumque,  
Hic tibi nascetur , cum primus Aquarius exit .

Neve sit in primos animus procedere Pisces ;  
Garrulitas odiosa datur , linguæque venenum  
Verba maligna novas mustantis semper ad aures :  
Crimina per populum populi fert ore maligno :  
Nulla fides inerit natis , sed lumina libido :  
Ardentem medios animum libet ire per ignes .  
Scilicet in Piscem sese Cythêrea novavit,  
Cum Babylonicas submersa profugit in undas  
Anguipedem alatis humeris Typhona furentem :  
Inferuitque suos squammosis piscibus ignes .  
Nec solus fuerit geminis sub Piscibus ortus :  
Frater erit , dulcisve soror , materve duorum .

Nunc age diversis dominantia sidera terris  
Percepe . sed summa est rerum repetenda figura .

Quatuor in partes Cæli describitur Orbis,  
Nascentem , lapsamque diem , mediosque calores,  
Teque , Helice . totidem venti de partibus iidem  
Erumpunt , secumque gerunt per inania bellum .  
Asper ab Axe ruit Boreas : fugit Eurus ab Ortu :  
Auster amat Medium Solem : Zephyrusque profectum ,  
Hos inter binæ mediis e partibus auræ  
Exspirant similes murato nomine flatus .

Ipsa natat tellus pelagi lustrata corona  
Cingentis medium liquidis amplexibus Orbem .  
Inque linus pontum recipit , qui vespere ab atro  
Admissus , dextra Numidas , Libyamque calentem  
Abluit , & magnæ quondam Carthaginis arces ;  
Littoraque in Syrtes revocans sinuata vaduas ,  
Rursusque ad Nilum directis fluctibus exit .

Læva freii cadunt Hispanas æquore gentes ;  
Teque in vicinis hærentem , Gallia , terris ;  
Italique urbes dextram insinuantis in undam  
Usque canes ad , Scylla , ruos , avidamque Charybdim ,  
Ac ubi se primum porta mare fudit ab illa ,  
Enatat Ionio , laxasque vagatur in undas :  
Et prius in lævam se fundens circuit omnem  
Italiam , atque Adriam comitatur nomine pontum ,

Eridanique bibit fluctus , secat æquore lævum  
Illyrium , Epirumque lavat ; clarisque Corinthum ,  
Et Peloponnesi patulas circumvolat oras .  
Rursus & in lævum refluit , vastoque recessu  
Thessaliæ fines , & Achaica præterit arva .  
Hic pontus , juvenisque fretum mensæque Puellæ  
Truditur invitum , faucesque Propontidos arctæ  
Euxino jungit ponto , Mæoris & undis ,  
Quæ tergo conjuncta manet , pontumque ministrat .  
Inde ubi in angustas iterum se navita fauces  
Hellepontiacis revocatus fluctibus effert ,  
Icarium Ægæumque secat , lævaque nitentes  
Miratur populos Asiæ , totidemque Tropæa ,  
Quot loca ; & innumeras gentes , arcumque minanter  
Fluctibus ; & Cilicum populos , Syriamque perustam ,  
Ingentique sinu fugientes æquore terras ,  
Donec in Ægyptum redeant curvata per undas  
Littora , Nilivæ iterum morientia tipis .  
Hæc medium terris circumdat linea pontum ,  
Atque his undarum tractum contrahit habenis .  
Mille jacent mediæ diffusa per æquora terræ .  
Sardiniam in Lybico signant vestigia plantæ :  
Trinacria Italia tantum præcisa recessit :  
Adversa Euboicos miratur Græcia montes ,  
Et genitrix Cete civem sortita Tonantem :  
Ægypti Cypros pulsatur fluctibus omnis .

Totque minuta solo tamen emergentia ponto  
Littora ; & æquales Cycladas ; Delonque ; Rhodoneque ;  
Aulidaque , & Tenedon ; vicinaque Corsica terræ  
Littora Sardinia ; primamque intrantis in Orbem  
Oceani victricem Ebusum , Balearica regna .  
Innumeri surgunt scopuli , montesque per altum .

Nec tantum ex una pontus sibi parte reclusit  
Faucibus abruptis Orhem . nam littora plura  
Impulit Oceano pontus ( sed montibus altis  
Est veritus , totam ne vinceret æquore terram . )

Namque inter Borean , Ortumque æstate nitentem ;  
In longum angusto penetrabilis æquore fluctus  
Pervenit , & patulis tum demum funditur arvis ,  
Caspiaque Euxini similis facit æquora ponti .

Altera sub medium Solem duo bella per undas  
Intulit Oceanus terris . nam Persica fluctus  
Arva tenet , titulum pelagi prædatus ab iisdem ,  
Quæ rigat ipse , locis ; latoque infunditur Orbi .

Nec procul , in molles Arabes , terramque ferentem  
Delicias , variæque novos radicis odores ,  
Leniter adfundit gemmantia littora pontus ,  
Et terræ mare nomen habet . media illa duobus .

Quondam Carthago regnum sortita sub armis ,  
Igneus Albanas cum contudit Annibal arces ,  
Fecit & æternam Trebiam Cannasque sepulcris  
Obruit , & Libyam Italicas infudit in urbes .  
Huic varias species diversaque monstra ferarum  
Concessit bellis natura infesta futuris :  
Horrendos angues , habitataque membra veneno ,  
Et mortis partus , viventia crimina terræ ,  
Et vastos Elephantas habet ; sævosque leones  
In pœnas sæcunda suas parit horrida tellus ,  
Et portentosos Cercopum ludit in ortus ;  
Ac sterilis peior siccis infestat arenas ,  
Donec ad Ægypti ponat sua jura colonos .

Inde Asiæ populi divesque per omnia tellus ,  
Auratique fluunt amnes , geminisque relucet

Pon-

Oras : odorata  
notitia maj  
& in Cæli  
illud circa  
Ad Tansim Syriæ  
Mæoticæ hæc , &  
Eurus , & extremi  
Quæ superest , Eu  
his exceptique  
passa sibi si  
pallari donavit  
sarcinamenta sub l  
Mæoniam terra viri  
in regnum l  
ma manu ; Theba  
princeps T  
Sylla ; Epirusque  
& Thracæ Ma  
supersata suos i  
per census ; Hi  
lumina , quar  
posuit terris ; Ca  
Hos erit in fines  
sem Deus in part  
sua cuique dedit  
proprias gentes ,  
quibus afferent p  
Ac velut humana  
quamquam comm  
nos , & in proprium  
que Anescipiti : T  
sub Geminis cent  
supra ; Nemææ , &  
colit clunes . & So  
Arcitenens : gen  
que defendit Juveni  
alios alios terras sibi  
in varias leges ,  
quædam genus est hon  
mantur gentes ; loc  
sueriamque patrem p  
tra per ingentes li  
vicino minus  
solidos Hispan  
Romans Orbis  
suum mi  
coloratas subelli  
calum præfert vul  
stram produant tot  
maculant Orbe  
ra , hominum gent  
ent , mediumque  
rior , tellusque  
ingens infuscat ce  
genalis astrorum  
populos ; & Ma  
habet , titulumque  
his totidem vo  
suo forte pares r  
que proprium sim  
Cæcæcæ vana redeunt  
Nec paribus aliis refe  
te , Bactæ , pan do  
que alias aliis hæn  
Cæcæcæ nec totis pæ



Pontus: odorata spirant medicamina silvæ.  
 India notitia maior: Parthique, vel Orbis  
 Alter; & in Cælum surgentis mœnia Tauri;  
 Totque illum circa divisæ nomine gentes.  
 Ad Tanaim Scythicas dirimentem fluctibus urbes,  
 Mœotisque lacus, Euxinique aspera ponti  
 Equora, & extrema Propontidos Hellepontum,  
 Hic Asiæ metam posuit natura potentis.

Quod superest, Europa tenet, quæ prima natantem  
 Fluctibus excepitque Jovem, taurumque resolvit,  
 Condere passa sibi signisque humerisque juvantem.  
 Ille puellari donavit nomine fluctus,  
 Et monumenta sub hoc titulo sacravit amoris.

Maxima terra viris, & fecundissima doctis  
 Urbibus: in regnum florentes oris Athenæ;  
 Sparta manu; Thebæ Divis; & rege vei unō  
 Illa domus princeps Trojani Graia belli;  
 Thessalia; Epirusque potens; vicinaque ripis  
 Illyris & Thrace Martem sortita colonum:  
 Et stupefacta suos inter Germania partus:  
 Gallia per census; Hispania maxima bellis:  
 Italia summa, quam rerum maxima Roma  
 Imposuit terris; Cæioque adjungitur ipsa.

Hos erit in fines Orbis Pontusque notandus,  
 Quem Deus in partes & singula dividit astra,  
 Ac sua cuique dedit tutelæ regna per Orbem,  
 Ac proprias gentes, atque urbes addidit altas,  
 In quibus asserent præstantes sidera vires.

Ac velut humana est Signis descripta figura,  
 Ut, quamquam communis eat tutela per omne  
 Corpus, & in proprium divisis artibus extet:  
 Namque Aries capiti: Taurus cervicibus hæret:  
 Brachia sub Geminis censentur: pectora Cancro:  
 Te scapulæ, Nemææ, vocant: teque ilia, Virgo:  
 Libra colit clunes: & Scorpius inguine regnat:  
 Et femur Arcitenens: genua & Capricornus amavit:  
 Cruraque defendit Juvenis: vestigia Pisces:  
 Sic alias aliud terras sibi vindicat astrum.

Idcirco in varias leges, variasque figuras  
 Dispositum genus est hominum: proprioque colore  
 Formantur gentes; sociataque jura per artus,  
 Materiamque parem privato fœdere signant.  
 Flava per ingentes surgit Germania partus;  
 Gallia vicino minus est infecta rubore:  
 Asperior solidos Hispania contrahit artus:  
 Martia Romanis Orbis Pater induit ora;  
 Gradivumque suum miscens bene temperat artus.  
 Perque coloratas subtilis Græcia gentes

Gymnasium præfert vultu, fortesque palæstras:  
 At Syriam produnt torti per tempora crines:  
 Æthiopes maculant Orbem, tetrisque figuris  
 Perfusas, hominum gentes: minus India tostas  
 Progenerat, mediumque facit moderata tenorem:  
 Jam propior, tellusque natans Ægyptia Nilo  
 Lenius irriguis infuscat corpora campis:  
 Pœnus arenosis astrorum pulvere terris  
 Exsiccatur populos; & Mauritania nomen  
 Oris habet, titulumque suum fert ipsa colore.

Adde sonos totidem vocam, totidem infete linguas  
 Et mores pro sorte pares ritusque locorum.

Adde genus proprium simili sub semine frugum,  
 Et Cere rem varia redeuntem messe per Orbem,  
 Nec paribus filiquas referentem viribus omnes:  
 Nec te, Bacche, pari donantem munere terras,  
 Atque alias aliis fundentem collibus uvas:  
 Ciunama nec totis passim nascentia campis:

Diversas pecudum facies, propriasque ferarum,  
 Et duplici clausos Elephantes carcere terræ.  
 Quot partes Orbis, totidem sub partibus Orbes;  
 Et certis descripta nitent regionibus astra,  
 Perfluuntque suo subjectas æquore gentes.

Laniger in medio sortitus sidera Mundo  
 Caurum inter gelidum, tepidi per tempora Veris,  
 Asserit in vires pontum, quem vicerat ipse,  
 Virgine delapsa cum fratrem ad littora vexit,  
 Et minui deslevit onus, dorsumque levare.  
 Illum etiam venerata colit vicina Propontis:  
 Et Syriæ gentes: & laxo Persis amictu,  
 Vestibus ipsa suis hærens: Nilusque tumescens  
 In Cancrum: & tellus Ægypti iussa natare.  
 Taurus habet Scythiæ montes, Asiamque potentem;  
 Et molles Arabes silvarum ditia regna.

Euxinus Scythicos pontus sinuatus in arcus  
 Sub Geminis te, Phœbe, colit: post brachia fratris  
 Ultimus est positus Ganges. colit India Cancrum:  
 Ardent Æthiopes Cancro, cui plurimus ignis;  
 Hoc color ipse docet. Phrygia, Nemææ, potiris,  
 Idææ matris famulus, regnique ferocis  
 Cappadocum, Armeniæque: jugis Bithynia dives  
 Te colit, & Macedum tellus; quæ vicerat Orbem.

Virgine sub casta felix terraque matique  
 Es, Rhodos; hospirium recturi principis Orbem:  
 Tuque domus vere Solis, cui tota sacra es,  
 Cum cuperent lumen magni sub Cæsare Mundi;  
 Ionæ quoque sunt Urbes, & Dorica rura,  
 Arcades antiquæ, celebrataque Caria fama.

Quod potius regat Italiam, si feligis, astrum  
 Quam quod cuncta regit, quod rerum pondera movit,  
 Designat summas, & iniquum separat æquos,  
 Tempora quo pendent, coeunt quo noxque diesque.  
 Hesperiam sua Libra tenet, qua condita Roma  
 Et propriis frænâ pendente nutibus Orbem;  
 Orbis & imperium retinet: discrimina rerum  
 Lancibus & positas gentes tollitque premitque:  
 Qua genitus cum fratre Remus hanc condidit urbem.

Inferius victæ sidus Carthaginis arces,  
 Et Libyam, Ægyptique latus, donataque regna  
 Eligit: Italiæque tamen respectat ad undas,  
 Tyrrhenas lacrimis radiatus Scorpius arces  
 Sardiniamque tenet, susasque per æquora terras.

Gnoſſia Centauro tellus circumdata ponto  
 Paret, & in Geminum Minois filius astrum  
 Ipse venit geminus. celeres huic Crera sagittas  
 Asserit intentosque imitatur sideris arcus.  
 Insula Trinacriæ fluitantem ad jura sororem  
 Subsequitur Creten, sub eodem condita Signo:  
 Proximaque Italiæ & tenui divisa profundo  
 Ora pares sequitur leges, nec sidere rupta est.

Tu, Capricorne, regis, quidquid sub Sole cadente  
 Est positum, gelidamque Helicen quod tangit ab illo  
 Hispanas gentes, & quod fert Gallia dives;  
 Teque feris dignam tantum, Germania, matrem  
 Asserit ambiguum sidus terræque marisque,  
 Æstibus assiduis terram pontumque tenentem.

Sed Juvenis nudo formatus mollior artu,  
 Ægypto ad Clydasque arces Tyriasque recedit,  
 Et Cilicum gentes, vicina & Aquarius arva:

Piscibus Euphrates datus est, ubi piscis amator,  
 Cum fugeret Typhona Venus, subsedit in undis.  
 Magna jacet tellus magnis circumdata tipis,  
 Parthis; & a Parthis domitæ per sæcula gentes;  
 Baſtraque; & Arii; Babylon; & Susa, Parosque;



Nominaque innumeris vix amplexanda figuris :  
 Et Tigris, & Rubri radiantia littora ponti,  
 Sic diversa manet tellus per sidera cuncta,  
 quibus in proprias partes sunt iura petenda ;  
 Namque eadem, quæ sunt Signis, commercia servant.  
 Utque illa inter se coeunt, odioque repugnant,  
 Nunc diversa polo, nunc & conjuncta trigono,  
 Quæque alia in varios effectus causa gubernat,  
 Sic terræ terris respondent, urbibus urbes,  
 Littora littoribus, regnis contraria regna,  
 Sic erit & sedes fugienda, petendaque cuique ;  
 Sic speranda fides ; sic & metuenda pericia,  
 Ut genus in terram Cælo descendit ab alto.

Percipe nunc etiam, quæ sint Ecliptica Grajo  
 Nomine, quæ certos quasi delassata per annos  
 Nonnunquam cessant sterili torpentia motu.

Scilicet immenso nihil est æquale sub ævo,  
 Perpetuosque tenet flores, vivumque colorem :  
 Mutantur sed cuncta diu, variantque per annos ;  
 Et sæcunda suis subsistunt frugibus arva,  
 Continuosque negant partus effœta creando :  
 Rursus quæ fuerant steriles ad semina tetræ,  
 Post nova sufficiunt, nullo mandante, tributa :  
 Concutitur tellus validis compagibus hærens,  
 Subduxitque solum pedibus : natat Orbis in ipso,  
 Et vomit Oceanus pontum, sitiensque resorbet,  
 Nec sese ipse capit : sic quondam meriserat urbes,  
 Humani generis cum solus constitit hætes  
 Deucalion, scopuloque Orbem possedit in uno :  
 Nec non cum patrias Phaethon tentavit habenas,  
 Arserunt gentes, timuitque incendia Cælum,  
 Fugeruntque novas ardentia sidera flammæ,  
 Atque uno timuit condi natura sepulchro :  
 In tantum longo mutantur tempora cursu,  
 Atque iterum in semet redeunt : ut tempore certo  
 Signa quoque amittunt vires, fumuntque receptas :

Causa patet, quod Luna quibus defecit in aliris  
 Orba sui fratris, noctisque immersa tenebris,  
 Cum medios Phœbi radios intercipit Orbis,  
 Nec trahit in se tum, quo fulget, Delia lumen :  
 Hæc quoque Signa suo pariter cum sidere languent  
 Incurvata simul, solitoque excepta vigore,  
 Et veluti elatam Phœben in funere lugent.

Ipsa, (docet titulus causæ,) quæ Ecliptica Signa  
 Dixere antiqui, pariter subbina laborant,  
 Nec vicina loco, sed quæ contraria fulgent :  
 Sicut Luna suo tunc tantum deficit Orbe,  
 Cum Phœbum adversis currentem non videt astris,

 Quis potior iudex, puerisve quis aptior orbis?  
 Hoc igitur, quo tu Jovis aurem impellere tentas,  
 Dic agedum Staio. proh Jupiter! o bone, clamet,  
 Jupiter! at sese non clamet Jupiter ipse?  
 Ignovisse putas, quia cum tonat, ocyus ilex  
 Sulfure discutitur factio, quam tuque domusque?  
 An quia non fibris ovium, Ergennaque jactante,  
 Trifles jaces lucis, evitandumque bidental,  
 Idcirco stolidam præbet tibi vellere barbam  
 Jupiter? aut quidnam est, qua tu mercede Deorum  
 Emeris auriculas? pulmone, & lacticibus unctis?  
 Ecce avia aut metuens Divum matertera, cunis  
 Exemit puerum, frontemque atque uda labella  
 Infami digito, & lustralibus ante salivis  
 Expiat, urentes oculos inhibere perita;  
 Tunc manibus quatit, & spem macram supplice voto  
 Nunc Licini in campos, nunc Crassi mitrit in ædes.  
 Hunc optent generum Rex & Regina: puellæ

Hunc



Hunc rapiant: quidquid calcaverit hic, rosa fiat.  
 Ast ego nutrici non mando vota; negato  
 Jupiter hæc illi, quamvis te albata rogarit.  
 Poscis opem nervis, corpusque fidele senectæ:  
 Esto; age. sed grandes patinæ, tucotaque crassa  
 Annuere his superos vetuere: Jovemque morantur.  
 Rem struere exoptas, cæso bove; Mercuriumque  
 Arcessis fibra. da fortunare Penates,  
 Da pecus, & gregibus fœtum. quo, pessime, pacto,  
 Tot tibi cum in flaminis junicum omenta liquecant?  
 Et tamen hic extis, & opimo vincere fatto  
 Intendit, jam crescit ager, jam crescit ovile:  
 Jam dabitur, jamjam; donec deceptrus, & expes  
 Nequidquam fundo suspiret nummus in imo.  
 Si tibi crateras argenti, incusaque pingui  
 Auro dona seram, sudas, & pectore lævo  
 Excutias guttas: latari prætrepidum cor:  
 Hinc illud subiit, auro sacras quod ovato  
 Perducis facies, nam fratres inter ahenos,  
 Somnia pituita qui purgatissima mittunt,  
 Præcipui sunt: sitque illis aurea barba.  
 Aurum vasa Numæ, Saturniaque impulit æta,  
 Vestalesque urnas, & Tuscum fœtile mutat.  
 O curvæ in terras animæ, & cælestium inanes!  
 Quid juvat hoc, templis nostros immittere mores,  
 Et bona Dis ex hac scelerata ducere pulpa?  
 Hæc sibi corrupto casiam dissolvit olivo,  
 Et Calabrum coxit vitiato murice vellus.  
 Hæc baccam conchæ rasisse; & stringere venas  
 Ferventis massæ crudo de pulvere jussit.  
 Peccat & hæc, peccat: vitio tamen utitur. at vos,  
 Dicite, Pontifices, in sancto quid facit aurum?  
 Nempe hoc quod Veneri donatæ a virgine pupæ.  
 Quin damus id superis, de magna quod dare lance  
 Non possit magni Messalæ lippa propago:  
 Compositum jus, fasque animi; sanctosque recessus  
 Mentis, & incoctum generoso pectus honesto:  
 Hæc cedo, ut admoveam templis, & farre litabo.

## S A T Y R A III.

**N**Empe hoc assidue? jam clarum mane fenestras  
 Intrat, & angustas extendit lumine rimas.  
 Stertimus, indomitum quod despumare Falernum  
 Sufficiat, quinta dum linea tangitur umbra.  
 En quid agis? siccas insana Canicula messes  
 Jamdudum coquit: & patula pecus omne sub ulmo est;  
 Unus ait comitum. verumne? Itane? Ocyus adsit  
 Huc aliquis: nemon? turgescit vitrea bilis:  
 Findor: ut Arcadiæ pecuaria rudere credas.  
 Jam liber, & hicolor positus membrana capillis,  
 Inque manus chartæ, nodosaque venit arundo.  
 Tum queritur crassus calamo quod pendeat humor;  
 Nigra quod infusa vanescat sepia lyrapha:  
 Dilutas queritur geminet quod fistula guttas.  
 O miser! inque dies ultra miser, huccine rerum  
 Venimus? at cur non potius teneroque columbo,  
 Et similis Regum pueris, pappare minutum  
 Poscis, & iratus mammæ lallare recusas?  
 An tali studeam calamo? cui verba? quid istas  
 Succinis ambages? tibi luditur. effluis amens;  
 Contemnere. sonat vitium percussa, malignæ  
 Respondet viridi non cocta fidelia limo,  
 Udum & molle lutum es, nunc nunc proponandus, & acri

Fingendus sine fine rota. sed rure paterno  
 Est tibi far modicum, purum & sine labe salinum.  
 Quid metuas? cultrixque foci secunda patella est.  
 Hoc satis? an deceat pulmonem rumpere ventis,  
 Stemmâte quod Thusco ramum millesime ducis;  
 Censoremve tuum vel quod trabeate salutas?  
 Ad populum phaleras. ego te intus & in cute novi.  
 Non pudet ad morem discincti vivere Nattæ?  
 Sed stupet hic vitio, & fibris increvit opimum  
 Pingue: caret culpa: nescit quid perdat, & alto  
 Demersus summa rursus non bullit in unda.  
 Magne pater Divum, sævos punire Tyrannos  
 Haud alia ratione velis, cum dira libido  
 Moverit ingenium ferventi tinta veneno:  
 Virtutem videant, intabescantque relicta.  
 Anne magis Siculi gemuerunt æra juveni:  
 Et magis auratis pendens laquearibus ensis  
 Purpureas subter cervices terruit, imus,  
 Imus præcipites, quam si sibi dicat; & intus  
 Palleat infelix quod proxima nesciat uxor?  
 Sæpe oculos (meinini) tingebam parvus olivo,  
 Grandia si nollem morituri verba Catonis  
 Discere, ab infano multum laudanda magistro,  
 Quæ pater adductis sudans audiret amicis.  
 Jure etenim id summum, quid dexter Senjo ferret,  
 Scire erat in voto; damnosa Canicula quantum  
 Raderet: angustæ collo non fallier oræ:  
 Neu quis callidior buxum torquere flagello.  
 Haud tibi inexpertum curvos deprendere mores,  
 Quæque docet sapiens braccatis illita Medis  
 Porticus; insomnis quibus & detonsa juvenus  
 Invigilat, siliquis & grandi passa polenta.  
 Et tibi quæ Samios diduxit litera ramos,  
 Surgentem dextro monstravit limite callem.  
 Stertis adhuc? laxumque caput compage soluta  
 Oscitat hesternum, dissutis undique malis.  
 Est aliquid quo tendis, & in quod dirigis arcum?  
 An passum sequeris corvos, testave, lutove,  
 Securus quo pes ferat, atque ex tempore vivis?  
 Helleborum frustra, cum jam cutis ægra tumebit,  
 Poscentes videas. venienti occurrere morbo.  
 Et quid opus Cratero magnos promittere montes?  
 Discite, o miseri, & causas cognoscite rerum,  
 Quid sumus, & quidnam victuri gignimur: ordo  
 Quis datus; aut metæ quam mollis flexus, & undæ:  
 Quis modus argento: quid fas optare: quid asper  
 Utile nummus habet: patriæ, charisque propinquis  
 Quantum elargiri deceat: quem te Deus esse  
 Jussit, & humana qua parte locatus es in re,  
 Disce, nec invidias, quod multa fidelia putet  
 In locuplete penu, detentis pinguibus Umbris:  
 Et piper & pernæ, Marsi monumenta clientis;  
 Mænaque quod prima nondum defecerit orca.  
 Hic aliquis de gente hircosa Centurionum  
 Dicat: quod sapio satis est mihi; non ego curo  
 Esse quod Arcesilas, ærumnosque Solones,  
 Obstipo capite, & figentes lumine terram,  
 Murmura cum secum & rabiosa silentia rodunt,  
 Atque exporrecto trutinantur verba labello,  
 Ægroti veteris meditantur somnia: gignit  
 De nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti.  
 Hoc est, quod palles? cur quis non prandeat, hoc est?  
 His populus ridet: multumque torosa juvenus  
 Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos.  
 Inspice, nescio quid trepidat mihi pectus, & ægris  
 Faucibus exsuperat gravis halitus: inspice sodes;

Quæ dicit medico,  
 Tertia compositas  
 De majore domo,  
 Lævia loturo sibi si  
 Hæus, bone, tu palles  
 Quidquid id est: surge  
 At tu decenas palles:  
 Impidem hunc sep  
 Tugulus hic epulis, &  
 Ture fulfureas lento  
 Tæmor inter vina  
 Tæmit e manibus:  
 Tæcadunt laxis tu  
 Tæuba, candelæ:  
 Tæpulus lecto, cr  
 Tæperam rigidos calc  
 Tæni capite induro  
 Tæ, miser, venas,  
 Tælet hic. summos  
 Tæfrigent. vifa est  
 Tæstida vicini subrit  
 Tæ: tibi rite salit?  
 Tærum olus, & pop  
 Tætemus fauces: o  
 Tætre, quod haud de  
 Tæges, cum excussit.  
 Tæ: face supposita.  
 Tæillant oculi. dicit  
 Tæiani esse hominis

## S A T

En populi tractas?  
 Dicere, forbitio ro  
 Tretus? dic hoc, na  
 Tret ingenium, & rer  
 Tretos venit. dicend  
 Treti commota serve  
 Tretimus calidæ fecit  
 Tretate manus. quid  
 Tret, puto, non pultur  
 Tret enim julum gen  
 Tretipis libæ, rectur  
 Tretabit, vel cum fa  
 Tretis es nigrum vito  
 Tretigitur summa ne  
 Tretblando caudar  
 Tret Anticyras meli  
 Tretissima boni est  
 Tret: & assiduo cura  
 Tret, haud aliud resy  
 Tretes ego sum: si  
 Tretterius sapiat p  
 Tretes distincto canta  
 Tretin sese tentat de  
 Tretenti spectatur  
 Tret: nollin? Vestid  
 Tret Curibus quant  
 Tretis? hunc. Dis ir  
 Tretaque jugum pe  
 Tretens metuens de  
 Tret, hoc bene sit: cur  
 Tret, & farratam, pueri  
 Tretiam facem movent



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Et tecum primas epulis decerpere noctes .  
 Unum opus , & requiem pariter disponimus ambo :  
 Atque verecunda laxamus seria mensa .  
 Non equidem hoc dubites amborum fœdere certo  
 Consentire dies , & ab uno sidere duci .  
 Nostra vel æquali suspendit tempora libra  
 Parca tenax veri : seu nata fidelibus hora  
 Dividit in geminos concordia fata duorum :  
 Saturnumque gravem nostro Jove frangimus una .  
 Nescio quod certe est , quod me tibi temperat , astrum .  
**MILLE** hominum species , & rerum discolor usus .  
 Velle suum cuique est , nec voto vivitur uno .  
 Mercibus hic Italus mutat sub sole recenti  
 Rugosum piper , & pallentis grana cumini :  
 Hic satur irriguo mavult turgescere somno :  
 Hic campo indulget : hunc alea decoquit : ille  
 In Venerem est putris : sed cum lapidosa chiragra  
 Fregerit articulos veteris ramalia tagi ,  
 Tum crassos transisse dies , lucemque palustrem ,  
 Et sibi jam seri vitam ingemuere relictam .  
 At te nocturnis juvat impallescere chattis .  
 Cultor enim juvenum , purgatas inferis aures  
 Fruge Cleanthea . petite hinc , juvenesque senesque ,  
 Finem animo certum , miserisque viatica canis .  
 Cras hoc fiet . idem cras fiet . quid ? quasi magnum ,  
 Nempe diem donas ? sed cum lux altera venit ,  
 Jam cras hesternum consumpsimus ; ecce aliud cras  
 Egerit hos annos , & semper paulum erit ultra .  
 Nam quamvis prope te , quamvis temone sub uno  
 Vertentem sese frustra sectabere cantum ,  
 Cum rota posterior curras , & in axe secundo .  
 Libertate opus est , non hac ut quisque Velina  
 Publius emeruit , scabiosum tesserula far  
 Possidet . heu steriles veri , quibus una Quiritem  
 Vertigo facit ! hic Dama est , non tressis agaso ,  
 Vappa , & lippus , & in tenui farragine mendax .  
 Verterit hunc dominus , momento turbinis exit  
 Marcus Dama . papæ ! Marco spondente , reculas  
 Credere tu nummos ? Marco sub Judice palies ?  
 Marcus dixit , ita est : assigna , Marce , tabellas .  
 Hæc mera libertas : hanc nobis pilea donant .  
 An quisquam est alius liber , nisi ducere vitam  
 Cui licet ut voluit ? licet ut volo vivere : non sim  
 Liberior Bruto ? mendose colligis , inquit  
 Stoicus hic , aurem mordaci lotus aceto .  
 Hæc reliqua accipio ; licet illud , & ut volo , tolle .  
 Vindicta postquam meus a Prætoris recessi ,  
 Cur mihi non liceat jussit quodcumque voluntas ,  
 Excepto si quid Masuri rubrica vetavit ?  
 Disce ; sed ira cadat naso , rugosaque sanna ,  
 Cum veteres avias tibi de pulmone revello .  
 Non Prætoris erat stultis dare tenuia rerum  
 Officia , atque usum rapidæ permittere vitæ .  
 Sambucam citius caloni aptaveris alto .  
 Stat contra ratio , & secretam garrat in aurem ,  
 Ne liceat facere id , quod quis vitiabit agendo .  
 Publica lex hominum naturaque continet hoc fas ,  
 Ut teneat vetitos inscitia debilis actus .  
 Diluis helleborum , certo compescere puncto  
 Nescius examen ; vetat hoc natura medendi ,  
 Navim si poscat sibi peronatus arator  
 Luciferi rudis ; exclamet Melicerta , perisse  
 Frontem de rebus . tibi recto vivere talo  
 Ars dedit ? et veri speciem dignoscere calles ,  
 Ne qua suberato mendosum tinniat auro .  
 Quæque sequenda forent , & quæ vitanda vicissim ;

Illa prius creta , mox hæc carbone notasti ?  
 Es modicus voti , presso lare , dulcis amicis ;  
 Jam nunc astringas ; jam nunc granaria laxes ;  
 Inque luto fixum possis transcendere nummum ;  
 Nec glutto sorbere salivam Mercurialem ?  
 Hæc mea sunt , teneo , cum vere dixeris ; esto  
 Liberque ac sapiens , Prætoribus ac Jove dextro .  
 Sin tu , cum fueris nostræ paulo ante farinæ ,  
 Pelliculam veterem retines , & fronte politus  
 Astutam vapido servas sub pectore vulpem ;  
 Quæ dederam supra , repeto , funemque reduco .  
 Nil tibi concessit ratio : digitum exere , peccas .  
 Et quid tam parvum est ? sed nullo thure litabis ,  
 Hæreat in stultis brevis ut semuncia recti .  
 Hæc miscere nefas ; nec cum sis cetera fossor ,  
 Tres tantum ad numeros Satyri moveare Bathylli .  
 Liber ego . unde datum hoc sumis , tot subdite rebus ?  
 An dominum ignoras , nisi quem vindicta relaxat ?  
 I , puer ; & strigiles Crispini ad balnea defer ,  
 Si increpuit : cessas , nugator ? servitium acre  
 Te nihil impellit , nec quidquam extrinsecus intrat ,  
 Quod nervos agitet . sed si intus & in jecore ægro  
 Nascuntur domini ; qui tu impunitior exis  
 Atque hic , quem ad strigiles scutica & metus egit herilis ?  
 Mane , piger , stertis : surge , inquit avaritia ; eia  
 Surge . negas . instat , surge , inquit . non queo . surge .  
 Et quid agam ? rogitas ? Saperdas advehe Ponto ,  
 Castoreum , stuppas , hebenum , thus , lubrica Coa .  
 Tolle recens primus piper e sitiante camelo .  
 Verte aliquid ; jura . sed Jupiter audiet . eheu  
 Baro , regustatum digito terebrare salinum  
 Contentus perages , si vivere cum Jove tendis .  
 Jam pueris pellem succinctus & ænophorum aptas ;  
 Ocyus ad navem . nihil obstat quin trabe valta  
 Ægzum tapias , nisi solers luxuria ante  
 Seductum moneat ; quo deinde , insane , ruis ? quo ?  
 Quid tibi vis ? calido sub pectore mascula bilis  
 Intumuit , quam non extinxerit urna cicutz .  
 Tun' mare transilias ? tibi torta cannabe sulto  
 Cœna sit in transtro ? Veientanumque rubellum  
 Exhalet vapida læsum pice sessilis ohba ?  
 Quid petis ? ut nummi , quos hic quincunce modesto  
 Nutrieras , pergant avidos sudare deunces ?  
 Indulge genio : carpamus dulcia ; nostrum est  
 Quod vivis : cinis , & manes , & fabula fies .  
 Vive memor leti : fugit hora . hoc quod loquor , inde est  
 En quid agis ? duplici in diversum scinderis hamo .  
 Hunccine , an hunc sequeris ? subeas alternus oportet ,  
 Ancipiti obsequio dominos alternus oberres .  
 Nec tu cum obstiteris semel , instantique negaris  
 Parere imperio , rupi jam vincula , dicas .  
 Nam & luctata canis nodum arripit : attramen illi ,  
 Cum fugit , a collo trahitur pars longa catenæ .  
 Dave , cito , hoc credas jubeo , finire dolores  
 Præteritos meditor . crudum Chærestatus unguem  
 Abrodens ait hæc . an ficcis dedecus obstem  
 Cognatis ? an rem patriam , rumore sinistro ,  
 Limen ad obscœnum frangam , dum Chrysidis udas  
 Ebrius ante fores , extincta cum face , canto ?  
 Euge , puer , sapias : dis depellentibus agnam  
 Percute . sed censent' plorabit , Dave , relictæ ?  
 Nugaris . solea , puer , objurgabere rubra ;  
 Ne trepidare velis , atque arctos rodere calles .  
 Nunc serus & violens . at si vocet , haud mora , dicas :  
 Quidnam igitur faciam ? ne nunc , cum accerfat , & ultro  
 Supplicet , accedam ? si totus & integer illinc

Exi-

Eritas , nec nunc .  
 in festuca , Lict  
 habet ille sui pal  
 detata ambitio  
 xanti populo , osti  
 Apici memisse sene  
 Herodis venere dies ,  
 poluz pinguem neb  
 tates violas ; rubri  
 nata carat thynni ;  
 mores tacitus ,  
 gii lemures ,  
 grandes Galli ; &  
 Deos inflante  
 ter mane ca  
 hæc inter vari  
 crallum ridet  
 Græcos cur

S A T

Demovit jam bri  
 Jamne lyra , &  
 opifex numeris  
 marem strepitu  
 juvenes agitare jo  
 regos lulisse senes .  
 hybernatque n  
 opuli , & multa  
 partum est operz  
 hoc Enni , post  
 Quintus pavon  
 securus vulgi ; &  
 paroni , securus & a  
 vestro quia pingui  
 orti peioribus :  
 id mihi lenio .  
 in vapida naso  
 regis alius . Gem  
 genio . solis na  
 get olus succum mu  
 lacrum irrorans pa  
 magnanimus p  
 ombos ideo liber  
 solers turdar  
 us propria vive  
 qua metuas ? occ  
 officium . trab  
 inops : rei  
 lenio jacet ipi



Exieras, nec nunc hic hic, quem quærimus, hic est.  
 Non in festuca, Licitor quem jactat ineptus.  
 Jus habet ille sui palpo, quem ducit hiantem  
 Cretata ambitio? vigila: & cicer ingere large  
 Rixanti populo, nostra ut Floralia possint  
 Aprici meminisse senes. quid pulcrius? at cum  
 Herodis venere dies, unctaque fenestra  
 Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ,  
 Portantes violas; rubrumque amplexa catinum  
 Cauda natat thynni; tumet alba fidelia vino:  
 Labra moves tacitus, recutitaque sabbata palles.  
 Tunc nigri lemures, ovoque pericula rupto:  
 Hinc grandes Galli; & cum sistro lusca Sacerdos  
 Incussere Deos instantes corpora, si non  
 Prædictum ter mane caput gustaveris allii.  
 Dixeri hæc inter varicosos Centuriones,  
 Continuo crassum ridet Vulsenius ingens,  
 Et centum Græcos curto centusse licetur.

## S A T Y R A VI.

**A**dmovit jam bruma foco te, Basse, Sabino?  
 Jamne lyra, & tetrico vivunt tibi pectine chordæ?  
 Mire opifex numeris veterum primordia vocum,  
 Atque marem strepitum fidis intendisse Latinæ,  
 Mox juvenes agitare jocos, & pollice honesto  
 Egregios luisse senes. mihi nunc Ligus ora  
 Intepet, hybernatque meum mare, qua latus ingens  
 Dant scopuli, & multa littus se valle receptat.  
 Lunai portum est operæ cognoscere, cives.  
 Cor jubet hoc Enni, postquam destertuit esse  
 Mzonides Quintus pavone ex Pythagoreo.  
 Hic ego securus vulgi; & quid præparet Auster  
 Infelix pecori; securus & angulus ille  
 Vicini nostro quia pinguior: & si adeo omnes  
 Ditescant orti pejoribus: usque-recusem  
 Curvus ob id minui lenio, aut cænare sine uncto,  
 Et signum in vapida naso tetigisse lagena.  
 Discrepèt his alius. Geminos, Horoscope, varo  
 Producis genio. solis natalibus est qui  
 Tingat olus ficcum muria vaser in calice empta,  
 Ipse sacrum irrorans patinæ piper. hic bona dente  
 Grandia magnanimus peragit puer. utar ego, utar:  
 Nec rhombos ideo libertis ponere lautus,  
 Nec tenuem solers turdarum nosse salivam.  
 Messe tenus propria vive: & granaria, (fas est)  
 Emole. quid meruas? occa, & seges altera in herba est.  
 Alt vocat officium. trabe rupta, Bruttia saxa  
 Prendit amicus inops: reinque omnem, furdaque vota  
 Condidit: Ionio jacet ipse in littore, & una

Ingentes de puppe Dei: jamque obvia mærgis  
 Costa ratis laceræ. nunc & de cespite vivo  
 Frange aliquid: largire inopi, ne pictus oberret  
 Cærulea in tabula. sed cœnam funeris hæres  
 Negliget iratus, quod rem curtaveris: urnæ  
 Ossa inodora dabit; seu spirent cinnama surdum,  
 Seu ceraso peccent casæ, nescite paratus.  
 Tune bona incolumis minuas? & Bestius urget  
 Doctores Graios: ita fit, postquam sapere urbi  
 Cum pipere & palmis venit nostrum hoc mæris exspers,  
 Fœnificæ crasso vitiarunt unguine pultes.  
 Hæc cinere ulteriores metuas? at tu meus hæres  
 Quisquis eris, paulum a turba seductior, audi.  
 O bone, num ignoras? missa est a Cæsare laurus  
 Insignem ob cladem Germanæ pubis, & aris  
 Frigidus excutitur cinis: ac jam postibus arma,  
 Jam chlamydas Regum, jam lutea gausapa captis,  
 Effedaque, ingentesque locat Cæsonia Rhenos.  
 Dis igitur, Genioque Ducis centum paria, ob res  
 Egregie gestas, induco: quis vetat? aude.  
 Væ, nisi connives: olèum artocreasque popello  
 Largior; an prohibes? dic clare. non adeo, inquis:  
 Exoffatus ager juxta est. age, si mihi nulla  
 Jam reliqua ex amitis, patruelis nulla, proneptis  
 Nulla manet: patruis sterilis matertera vixit,  
 Deque avia nihilum superest: accedo Bovillas  
 Clivumque ad Virbi. præsto est mihi Manius hæres.  
 Progenies terræ? quære ex me, quis mihi quartus  
 Sit pater, haud prompte, dicam tamen. adde etiam unum,  
 Unum etiam: terræ est jam filius: & mihi ritu  
 Manius hic generis prope major avunculus exit.  
 Qui prior es, cur me in deorsu lampada possis?  
 Sum tibi Mercurius: venio Deus huc ego, ut ille  
 Pingitur; an tenuis? vin' tu gaudere relictis?  
 Deest aliquid summæ: minui mihi; sed tibi totum est,  
 Quidquid id est. ubi sit fuge quærere, quod mihi quondam  
 Legatæ Tadius, neu dicta repone paterna:  
 Fœnoris accedat merces; hinc exime sumptus.  
 Quid reliquum est? reliquum? nunc nunc impenitus unge,  
 Unge, puer, caules. mihi festa luce coquatur  
 Urtica, & fissa fumosum sinciput aure,  
 Ut tuus iste nepos olim satur anseris extis,  
 Cum morosa vago singultiet inguine vena,  
 Patritiæ immeiat vulvæ? mihi trama figuræ  
 Sit reliqua: ast illi tremat omento popa venter?  
 Vende animam lucro: mercare; atque excute solers  
 Omne latus mundi, ne sit præstantior alter  
 Cappadocas rigida pingues plaussisse catasta.  
 Rem duplica, feci; jam triplex, jam mihi quarto,  
 Jam decies redit in rugam. depunge ubi sistam  
 Inventus, Chrysispe, tui finitor acervi.



ne notali?  
 ille amicis;  
 granaria laxas;  
 tere nammum;  
 urialem?  
 dixeris; esto  
 ac Jove dextro.  
 ante farine,  
 monte politas  
 ore vulpem;  
 nemque reduco.  
 n exere, peccas.  
 ullo thure litabis,  
 ncia recti.  
 cetera fossor,  
 moveare Barhylli.  
 is, tot subdite rebus?  
 m vindicta relaxat?  
 id balnea deter,  
 i stritium acre  
 iam extrinsecus intrat,  
 us & in jecore agro  
 apunitior exis  
 es scutica & merus egit herilis  
 , inquit avaritia; eia  
 inquit. non quod. surge.  
 veritas adrebe Ponto.  
 um. thus, lubrica Coa.  
 sitiente camelo.  
 niter audiet. eheu  
 rare salinum  
 : cum Jove tendis.  
 & cenophorum aptas;  
 n quin trabe valla  
 luxuria ante  
 ide, imitæ, nris quo?  
 estote mascula billis  
 xanti urna cieuz.  
 tota cannabe fulto  
 manumque rubellum  
 ze (sillis obba?  
 is hic quincunce modesto  
 sudare beunæ?  
 dulcia; nostrum est  
 nes, & sabula fiet.  
 ra. hoc quod loquor, inde est.  
 erium scinderis hamo.  
 subeas alterius oportet,  
 diermus oberres.  
 instantique negaris  
 vincula, dicas.  
 a arripit: attamen illi,  
 ut pars longa catenæ.  
 eo, finire dolores  
 um Chærestarus unquam  
 is decæcus obstem  
 n. rumore sinistro,  
 gam, dum Chrysidis udas  
 cum face, canto?  
 epellentibus agnam  
 nit. Divo, relicta?  
 iurgabere rubra;  
 arctos rodere castes.  
 vocet, haud mora, dicas:  
 e nunc, cum accersat, & ulro  
 torus & integer illinc  
 Eri



# S U L P I T I Æ S A T Y R A .

*De statu Reipub. temporibus Domitiani, cum edicto philosophos urbe exegisset.*



Ufa, quibus numeris heroas & arma frequentas,  
Fabellam per mitte mihi detexere paucis.  
Nam tibi secessi, tecum penetrabile retractans  
Consilium. quare nec carmine curro phalæco,

Nec trimetro iambo, nec qui pedet fractus eodem  
Fortiter irasci didicit duce Clazomenio.

Cetera quin etiam, quot denique millia lusi,  
Primaque Romanas docui contendere Graiis,  
Et salibus variare novis, constanter omitto:  
Teque, quibus princeps & facundissima calles,  
Aggredior. precibus descende clientis, & audi.

Dic mihi; Calliope, quidnam pater ille Deorum  
Cogitat? an terras & patria secula mutat?  
Quasque dedit quondam, morientibus eripit artes?  
Nosque jubet tacitos, & jam rationis egenos,  
Non aliter, primo quam surreximus ævo;  
Glandibus, & puræ rursus procumbere lymphæ?  
An reliquas terras conservat amicus, & urbes,  
Sed genus Ausonium, Remulique exturbat alumnos?  
Quid reputemus enim? duo sunt, quibus extulit ingens  
Roma caput, virtus belli, & sapientia pacis.  
Sed virtus agitata domi, & socialibus armis,  
In freta Sicaniæ, & Carthaginis exiit arces,  
Ceteraque imperia, & totum simul abstulit orbem.  
Deinde velut stadio victor qui solus Achæo  
Languet, & immota secum virtute fatiscit:  
Sic itidem Romana manus, contendere postquam  
Destitit, & pacem longis frenavit habenis,  
Ipsa domi leges & Graia inventa retractans,  
Omnia bellorum terra quæsitæ, marique  
Præmia, consilio & molli ratione regebat.  
Stabat in his: neque enim poterat constare sine ipsis,  
Aut frustra uxori mendaxque Diespiter olim,  
Imperium sine fine dedi, dixisse probatur.

Nunc igitur qui res Romanas imperat inter,  
Non trabe, sed tergo prolapsus, & ingluvie albus,  
Et studia, & sapiens hominum nomenque genusque,  
Omnia abire foras, atque Urbe excedere iussit.  
Quid facimus? Graios, hominumque reliquimus urbes,  
Ut Romana foret magis his instructa magistris:  
Nunc, Capitolino veluti turbante Camillo,  
Ensibus, & trutina Galli fugere relicta,  
Sic nostri palare senes dicuntur, & ipsi  
Ut ferale suos onus extirpare libellos.

Ergo Numantinus, Libycusque erravit in isto  
Scipio, qui Rhodio crevit formante magistro,  
Cetera & illa manus bello sæcunda secundo,  
Quos inter prisca sententia dia Catonis  
Scire adeo magni fecisset, utrumne secundis,  
An magis adversis staret Romana propago.  
Scilicet adversis. nam quum defendier armis  
Suadet amor patriæ, & captiva penatibus uxor,  
Convenit ut vespis, quarum domus arce Monetæ,  
Turba rigens strictis per lutea corpora telis.  
Ast ubi pax securæ redit, oblita favorum  
Plebs, materque una somno moriuntur obeso.

Romularum igitur longa & gravis exitium pax.  
Hoc fabella modo pausam facit. optima posthac  
Musa, velim moneas, sine qua mihi nulla voluptas  
Vivere, uti quondam Lydus dum Smyrna peribat,  
Nunc itidem migrare velint. vel denique quidvis,  
Ut Dea, quære aliud. tantum Romana Caleno  
Mænia, jucundos pariterque avertit Sabinos.

Hæc ego. tum paucis Dea me dignatur, & inquit.  
Pone metus æquos, cultrix mea, summa Tyranno  
Hæc instant odia, & nostro periturus honore est.  
Nam laureta Numæ, fontesque habitamus eosdem,  
Et comite Egeria ridemus inania cœpta.  
Vive, vale. manet hunc pulchrum sua fama dolorem.  
Musarum spondet chorus, & Romanus Apollo.



MAURI



Viri  
Dix  
trasse resolvere  
gem pulveris &  
sed ne corpoream  
Labem accerferet  
Tale exercitii gem  
Commentum sibi c  
quod solus gereret  
terris mollibus inv  
lectis in teretem f  
Parthus solet a  
trus cornibus extim  
nem neclere lineari  
nem affidue ligat,  
nem sit funiculi modi  
tas qui puteo foret  
satis hinc igitur ca  
ni ab tenebris, aqu  
nem filo tenui trahen  
quod stringi nequeat  
nem undique corpor  
nem mos in digitos ad  
Anguloque tenaculo  
(Donec lubrica sar  
tanti per spatium  
nem lucem superam  
nem na vice pollicu  
nem erat vincere ponde  
nem præcepit facilem fu  
nem magnum gerere  
nem tantum in digitis  
nem satis visceribus tan  
nem has trepidat lab  
nem cernere nec  
nem tantum geritur  
nem satis intimi  
nem tantum laterum  
nem exiles tremunt, &  
nem plantæ stabiles  
nem commune relinquit  
nem parva est via viri  
nem certaminis, &  
nem labor cum solitus ca  
nem nulla mole palæstric  
nem se nostram leuam  
nem Quia jam dicere gar  
nem Maturum ingenuam



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Exempla solent sensibus admovere lucem :  
 B, quum volo, vel C, tibi, vel dicere D, G :  
 E, quæ sonitum commodat hisce, si negetur :  
 Et labra prementur simul & revincta lingua :  
 Hæc vim, tacitam sponte sua, nimisque mutam,  
 Conjuncta, potentem sonitus facit latentis,  
 Geminumque refert auribus ex utraque sensum,  
 Si proprietates tradita, si regula nota est.  
 Nunc singula quam possideant in ore sedem,  
 Ictusque suos conciplant, & unde rumpant,  
 Ut quivero versu blaterabo sotadæo :  
 A, prima locum littera sic ab ore sumit :  
 Imminuta risu patulo tenere labra,  
 Linguamque necesse est ita pendulam reduci,  
 Ut nifus in illam valeat subire vocis :  
 Nec partibus ullis aliquos ferire dentes.  
 E, quæ sequitur vocula, dissona est priori,  
 Quia deprimit altum modico tenore rictum :  
 Et lingua remotos premit hinc, & hinc, molares.  
 I, porrigit istum genuinos prope ad ipsos,  
 Minimamque renidet, supero tenus labello.  
 O, Grajugenum longior, altera est figura,  
 Alter sonus, atque temporum nota variata.  
 Compendia nostri meliora crediderunt :  
 Vocalibus ut non nisi quinque sengeremur :  
 Productio longis daret ut tempora bina :  
 Correptio plus tempore non valeret uno.  
 Hinc  $\eta\tau\alpha$  minus scribimus, hinc &  $\omega$  supremum ;  
 Una quoniam sat habitum est notare forma,  
 Pro temporibus quæ geminum ministrat usum.  
 Igitur sonitum reddere quum voles minori,  
 Retrorsus adactam modice teneto linguam :  
 Rictu neque magno sat erit patere labra.  
 At longior alto tragicum sub oris antro  
 Molita, rotundis acuit sonum labellis.  
 Y, quam memorant, vocibus avla est latinis :  
 Vocalibus autem quoniam jugata Græcis,  
 In nostra etiam verba dabat frequentet usum :  
 Subjecimus illam cui nomen V dederunt  
 Vocalem, sonantes libi quæ jugaret omnes :  
 Et sola sonum redderet ex sua figura.  
 Quam scribere Graius nisi jungat T nequibit :  
 Hanc edere vocem quoties paramus ore,  
 Nitamur ut V dicere, sic ciferur ottus :  
 Productius autem coeuntibus labellis  
 Natura soni pressior altius meahit.  
 Hanc & modo quam diximus I simul jugatas,  
 Verum est spatium sumere, vimque consonantum,  
 Ut quæque tamen constiterit loco prior :  
 Nec tum modo quum jungimus hoc valebit ipsas,  
 Sed si qua erit his altera vocalis adhaerens,  
 Vis hæc manet illis quasi quum simul jungantur.  
 Nam si juga quis nominet, I consona fiet,  
 Et qualis erat permanet in loco sequenti :  
 Ut quum jaculum, aut dico jecur, Jovem, juvencum,  
 Nil ordo secundis tribuit, prior juvatur.  
 Versa vice si sit prior V, sequatur illa,  
 Cum dico Vide, contulit I, sonum priori,  
 At ipsa manet tempore quo sonabat ante :  
 Vocalibus hoc & reliquis prædita servat :  
 Ut vade, veni, vota refer, teneto vultum,  
 Crevisse sonum perspicis, & coisse crastum,  
 Unde Æoliis littera fingitur digammos,  
 Quæ de numero sit magis juna consonantum,  
 Vocalis in istum mage quam versa sit usum.

Sed ut altera quo referat, alteram sciamus,  
 I, cum medio nomine sic erit locata,  
 Vocalis ut illam latere ex utroque coartet,  
 Bajana velut, pejor, item Troja, vel hujus,  
 Ipsa ( ut docui ) consona fiet a sequenti :  
 Et si brevis est, quæ posita est loco prior,  
 Longam faciet non minus hanc consona sola :  
 Ceu longa fit olim quoties duæ sequuntur :  
 Aut si nimium est hoc dare, vocalis ut una  
 Fiat similis tempore consonis duabus :  
 Atque i geminum scribere nos jubent magistri,  
 I consona fiet, simul & sequens priorem :  
 Et quum prior, est auxilio posterioris,  
 Hoc V simili si fuerit loco, nequibit :  
 Quum dico labor, dico nives, pluvia, novales,  
 Sola consonans ipsa fit, ut prius notasti :  
 Perstat brevis quæ fuit ante collocatis.  
 Jam cætera non ordine quo solent, loquemur,  
 Verum ut cuique est proximitas loci, sonive :  
 Ne dicta prius me subigat referre rursum  
 Vicinia vocum, modico dirempta puncto,  
 B littera, vel p, quali syllabæ videntur :  
 Junguntque sonos de gemina sede profectos,  
 Nam muta jubet portio comprimi labella,  
 Vocalis at intrus locus exitum ministrat :  
 Compressio porro in utraque dissonora :  
 Nam prima per oras etiam labella figit,  
 Velut intrus agatur sonus : est altera contra :  
 Pellit sonitum de mediis foras labellis.  
 Utrumque latus dentibus adplicare linguam,  
 C, pressius urget, sed hinc hincque remittit,  
 Quo vocis adhaerens sonus explicetur ore.  
 G, porro retrorsum coit, & sonum prioris  
 Obtusus ipsi prope sufficit palato :  
 At portio dentes quoties suprema linguæ  
 Pulsaverit imos, modiceque curva summos,  
 Tunc d sonitum perficit, explicatque vocem,  
 T qua superis dentibus intima est origo,  
 Summa satis est ad sonitum ferire lingua.  
 K perspicuum est littera, quod vacare possit :  
 Et q similis, namque eadem vis in utraque est,  
 Quia qui locus est primitus unde exoritur c.  
 Quascumque deinceps libeat jugate voces,  
 Mutare necesse est sonitum quidem supremum ;  
 Refert nihili k prior, an q fiet, an c,  
 Aut g quoque, vel c, simili parique lege  
 Addi ( quasi desit ) numero potest priorum.  
 Nam non na ut est longa dissolubilis,  
 Breves vicissim contrahit in longam valent :  
 Quia sola hinc magnitudo non vetat,  
 Divisa jungi rursum in unum non queunt.  
 Quod si fieri concedas posse: quid ante Terentianus promissit  
 Instat callida cautio  
 Neu tresident pedes, &c.  
 Fortasse dices, non tresidare pedes, a ferens illud quo  
 ait Terentianus de versu Ionico a majore,  
 Nec enim numero pendere metra syllabarum,  
 Sua sed pedibus tempora sufficit tetetre.  
 Nulli dubium est faucibus emicet quod ipsis  
 H, littera, live est nota quæ spiret anhelum ;  
 Quin hanc etiam grammatici volunt vacare :  
 Quia non adicit litterulis novum sonorem,  
 Sed græcula quædam scholice nitela vocis :  
 Vocalibus apte sed & anteposta cunctis,  
 Hallas, hederas quum loquor, hiller, hospes, hujus.  
 Solum patitur quatuor ante consonantes.

Græcis quoties non  
 Si quando choros,  
 Septem reliquas hi  
 Vix lege solutus por  
 Has verbis apte q  
 Instat tituli fulgidula  
 Ut quæque loquemur  
 F. L.  
 Item superis dentibus  
 inmine leni ( velu  
 ore sonabis, n  
 palati super  
 que sono qu  
 penitus nesc  
 littera ad aures  
 fulgens et  
 clauso qua  
 sonitus fing  
 spiritus anceps  
 tremulis est  
 quæ sequitur li  
 quidem sibil  
 videntur :  
 Promptus in ore est  
 & unum c  
 Mixtura secunda ge  
 Quia c simul & c  
 reoribus adactam si

Græcis pueros ut docet  
 collere cunctos jub  
 sit ut & q  
 valent, alia doc  
 putant, quæ q  
 modo tentavit  
 aliquid faucibus  
 penitus a  
 gravius vocis  
 loquor  
 ( quod illi  
 sonitum fingere  
 parili sede sequi  
 & numeri non su  
 tradunt ita h  
 a numeris plurib  
 subibunt d  
 numerus qua ste  
 leti, minima  
 olim Hec  
 tradunt cec  
 quoniam viri  
 tenus res tibi  
 tenebras, qu  
 peris minus est  
 meo hactenu



## De SYLLABIS.

*Carmen trochaicum quadratum catalecticum.*

Græcis quoties nominibus latina forma est,  
Si quando choros, Phyllida, Rhamnes, thyma dico.  
Septem reliquas hinc tibi voce semiplenas,  
Vix lege solutus poterit ponere sermo:  
Has versibus apte quoniam loqui negatur,  
Inflar tituli fulgidula notabo milto:  
Ut quamque loquemur, datus indicabit ordo.

F. L. M. N. R. S. X.

Imum superis dentibus adprimens labellum  
Spiramine leni (velut hirta Graia vites)

F. Hanc ore sonabis, modo quæ locata prima est.

Adversa palati supera premendo parte,  
Obstantque sono quem ciet ipsa lingua nitens,  
Validum, penitus nescio quid cogit inire.

L. Quo littera ad aures veniat secunda nostras,  
Ex ordine fulgens cui dat locum sinopsis.

M. At tertia clauso quasi mugit intus, ore.

N. Quartæ sonitus fingitur usque sub palato,  
Quo spiritus anceps coeat naribus & oris.R. Vibrat tremulis ictibus aridum sonorem,  
Has quæ sequitur littera. mox dux supremæ  
Vicina quidem sibila dentibus repressis

Miscere videntur: tamen ictus ut priori,

S. Promptus in ore est, agiturque pone dentes:  
Sic lævis, & unum ciet auribus susurrum.

X. Mixtura secunda geminum parat sonorem,

C. S. Quia c. simul &amp; quæ prior est jugando nisum,

X. Rerorsus adactam solidant premuntque vocem.

Nihil Ausoniis esse opus Y sonare dixi:

Et ζήτα supremum, nisi Graia verba cogent.

Sed quorsum (ais) hoc discere vel docere refert?

Tradunt homines secta quibus Pythagorea est,

Arcana secuti physicis remota causis,

Summas numeri non ita literis valere,

Græcus pueros ut docet insonans magister:

Cum tollere cunctos jubet altius sinistras:

Unum sit ut ἄλφα &amp; duo βήτα &amp; tria γάμμα.

Diversa valent, alia docent, ordine nullo

Referre putant, quæ cui sit sub ore sedes,

Ut nos modo tentavimus expedire raptim.

Aiunt aliquas faucibus exilire ab imis:

Γάμμα, penitus κάππα sonat. ζῆ simul &amp; χῖ

Ictam gravius vocis opus fingere linguam.

Si ζήτα loquor βήτανε, γῦ, vel hispidum ῥῶ,

Et σῖγμα (quod istic parili sede vibratur)

Dentes sonitum fingere; δέλτα, θήτα, tum ταῦ

Idem. parili sede sequi: φῖ quoque tum πῖ.

Hinc &amp; numeri non similes habere summas:

Et nomina tradunt ita literis peracta,

Hæc ut numeris pluribus, illa sint minutis,

Quandoque subibunt dubiæ pericula pugnæ.

Major numerus qua steterit, favere palmam:

Præfagia leti, minima patere summa:

Sic Patroclon olim Hectoræa manu periisse,

Sic Hectora tradunt cecidisse mox Achilli.

Hæc sunt quoniam viribus altiora nostris,

Si tam tenues res tibi sic dissero versu,

Vitem ut tenebras, quas solet &amp; soluta versu

Oratio parvis minus explicare rebus,

Sat duco meas hæc hactenus occupasse nugas.

Syllabas, quæ rite metro congruunt heroico,  
Captus ut meus ferebat, disputatas attuli  
Versibus, sane modorum quo sonora lævitas  
Addita, styli sublevaret ficioris tædium.  
Hæc prius Bassine fili, & tu gener Novateme  
Perpolite (quam potestis) crebriore limula,  
Non pater tamquam, socerque, sed velut sim extrarius,  
Intueri vos oportet, an satis sit literis  
Singularis discreta teste (quæ cuique est) nativitas:  
Syllabarum (quas duabus jungimus vocalibus)  
Num minus sit scrupulose vis reperta, & prodita:  
Consonans si prælocatur una, quantum differat:  
Una vocalis duabus prædita est si consonis:  
Ne parum vel diligenter, lucideve expresserim,  
Quanta sit quæ comparatur pedibus hinc diversitas.  
Sermo si planus pedestri se tenet modestia,  
Disputandi quem tenorem doctiores imperant:  
Verba si non adpetita, nec remora plurimis,  
Sed fere communis usus & tamen non obvia,  
Carminis servant honorem non jacentis cantici:  
Quo super sedens trapeto, signa gyris temperat:  
Sufficit vitare labes, & carere sordibus:  
Pro statu rerum domare lineam fandi parem,  
Liberam scholæ nitore, vatis exutam stola,  
Quæ tropos omnes relinquat, & superba schemata,  
Negligens ut semet, ipsa laudem ab incultu ferat:  
Dum tamen rebus minutis (quas pedum liber quoque  
Vix queat proferre sermo noster offensa sine,  
Labili versu ministret in retusos exitus,)  
Regulam servans ubique, finis ut quarti pedis,  
Nominis, verbive sine comma primum terminet:  
Hac enim tome probatur, metron hoc trochaicum.  
Hunc modum si competenti pertulit ductu stylus,  
Sive proviso tenore cessit affectus labor,  
Acrius vos pendite ista, quam malignis moris est:  
Hoc domi clausum manebit, nec sinam nosci prius,  
Scrupulum quam vestra demat hunc mihi sententia,  
Opera nobis hæc inanis? aut in usum impensa sit?  
Sed labor vobis ferendus in legendo est maximus:  
Non enim cursim aut remisse tam minuta acumina  
Adsequi quicumque poterit, sed morosa intentio  
Tam legentis debet esse, quam fuit nobis quoque,  
Qui laborem provocando, perdomando tædium,  
Forfitan nec lecta multis, e latebris scalpimus:  
Ardui laudem expetentes, non favorem ex obviis:  
Corrigenda si qua sane visa vobis hinc erunt,  
Non ero stulte repugnans, aut amans prave mea,  
Quin statim culpanda delens, præbeam rectis locum.  
Litteris autem latinis Græca quibus est formula  
Quo statim discriminentur, ne sit hæsitatio,  
Indices supra locavi nominum, primas notas:  
Quando Græce γάμμα, supra sua Latinis littera est:  
K vel Q Græcum putetur ne an Latinum: e vel o  
Neu vicissim quæ Latina profetas Græco sono:  
Hæc erunt utrinque bina, quæ parent caliginem:  
Quia pari forma notantur, & soni sunt simplicis.  
Ceterum ἦτα & Υ, & ω, Latinis a figuris discrepant:  
A Latine sæpe ut ἄλφα, sæpe λάμβδα scribitur,  
I similiter ἰῶτα, credi & Ε potest quod σῖγμα sit.  
Versibus sed quum loquamur, quando Græca ponimus  
ἄλφα

eram sciatis,  
t locata,  
quæ coarctet,  
ya, vel hujus,  
sequenti:  
loco priore,  
c condona sola:  
ut sequantur:  
alis ut una  
duabus:  
habet magistri,  
us priorem:  
sollicitis,  
sequitur:  
pluvia, novales,  
tus notati:  
collocatis.  
unt, hospemur,  
as loci, sonare:  
ura rursus  
npta puncto,  
z videntur:  
a sede profectos,  
ipsum labella,  
um ministrat:  
te differre:  
abella figit,  
statera cœna:  
is labellis.  
dicare linguam,  
tuncque remittit,  
dicetur ore.  
sonum prioris  
palam:  
remaliquæ  
curva tumens,  
ex proprioque vocem.  
na et oron,  
um forte lingua.  
ad vacare possit:  
um is in utraque est,  
unde exoritur c.  
c. quæ vocem,  
quæda suprema;  
t. an c.  
hæc quæ lege  
k est oronum.  
dubius.  
organi valent:  
non verat,  
a non queant.  
quid ante Terentianus premis  
c.  
are sedes, æstet illud  
ny hinc a magis,  
era syllabarum,  
z nuda vocis:  
ia curtilis,  
or. hister, hospes  
te connotantes.  
Gr.



ἄλφα, ἰῶτα, λάμβδα, σίγμα, legem metri cogimur  
 Syllabis perscriptitare, non figuris singulis :  
 Ne quis hoc culpet, Latina si notata non erunt.  
 Artium parens & alrix Græca diligentia est :  
 Litterarum porro curam nulla gens attentius  
 Repperit, polivit usque finem ad unguis extimum :  
 Quod Latinus æmulando, nec satis fidens sui  
 (Exitus nam nostra lingua non capit tam plurimos)  
 Attramen, fandi paravit non secundam copiam.  
 Congruens idcirco duxi in hoc opus de syllabis,  
 (Quod recepi nunc loquendum) litterarum origines  
 Inde deducias locare: quo probatem planius  
 Et simul quam multa Græcis nostra non respondeant,  
 Quæque respondent, ab ipsis esse nobis tradita :  
 Artis inde origo manat: lingua non tantum patet.  
 Ergo Græcis esse septem scimus e vocalibus  
 Η & ω, quæ bina pedibus subministrant tempora :  
 E & ο breves vocati singularis temporis :  
 Ceteras tres quæ supersunt διχρόνης cognominant,  
 Corripi quod sæpe, eadem sæpe produci valent :  
 Ἄλφα primum est: inde ἰῶτα, tertium quod Τ vocant ;  
 Porro cunctas nostra lingua quinque vocales suas,  
 Corripit quod nunc easdem, nunc easdem protrahit,  
 Utitur longis, & iisdem brevibus æque fungitur :  
 Nec brevem semper requirit, semper aut quæ longa sit  
 Omnibus, sed quinque semper utitur ceu dichronis :  
 Inde multa syllabarum nascitur diversitas :  
 Quia nec illæ δίχρονοι tres, Græca quas vox nuncupat,  
 Litteris nostris eosdem semper exhibent sonos :  
 Ἄλφα, nos A nominamus, ἰῶτα sic I diximus :  
 Tertiam Romana lingua (quam vocant T) non habet :  
 Hujus in locum videtur V Latina subdita,  
 Quæ vicem nobis rependit interim vacantis T ;  
 Quando communem Latino reddit, & Græco sonum.  
 Interim vocalem, & ipsum sumpta propter quod tamen  
 Non tuendo, syllabarum sæpe mutat regulam :  
 Scilicet non consonantem quando vocalis ligat  
 Syllabam, sed cum duabus edimus vocalibus :  
 Si prior locetur, ipsa consonans tunc redditur.  
 Porro vocalem secuta, vim tenet vocalium,  
 Et sonos utrosque jungit, unde diphthongos eas  
 Græci dicunt magistri, quod duæ junctæ simul  
 Syllabam sonant in unam, vique gemina præditæ  
 Semper effectum duorum temporum custodiunt,  
 Sive producto esserantur, sive correpto sono.  
 Fronte quod prima videri forsitan mirum potest,  
 Esse correptam duorum temporum quod dixerim :  
 Sed pedum exequendo formam, res erit probabilis.  
 Non minus namque & Latinas sæpe correpto sono  
 Promissimus, quamquam duabus editas vocalibus,  
 Quæ pedibus æque ministrant bina & ipsæ tempora.  
 Planius quo fiat istud, ante diphthongos loquat,  
 Græca lingua quas frequenter, quasque raro interferat :  
 Ita patebit nostra Græcis cum sonis diversitas :  
 Ἄλφα & E & O priores, ἰῶτα diphthongos creat ;  
 A I & E I & O I, patentur ut duabus literis :  
 Sic & Τ sequens easdem reddit Av & Ev & Ov :  
 ἰῶτα tantum & T videmus subditas vocalibus :  
 His enim solis duabus, quinque præconi solent.  
 Neutra porro de duabus, ante tres illas, data  
 Ἄλφα, & E, & O, valebit esse diphthongi soni,  
 Syllabam nec edet unam, sed duæ voces erunt,  
 Esse diphthongos & alias rariores diximus,

T sibi tantum jugantes, ἰῶτα quis non subditur :  
 ὠτὸς ut tradunt magistri, sic & ἦυδα copulant :  
 Esse sed longas utraq; litteras primas palam est,  
 Nec fuit longis juganda vel brevis vocalium  
 Syllaba, ut diphthongos ulla temporum fieret trium :  
 Non ita est; nec prima longis Τ dedit nativitas  
 Utriusque, verum origo jure diphthongos fuit :  
 Tempore instanti quod αὐδα, ἦυδα perfecto facit :  
 Sic ὁ αὐτὸς separatim ὠτὸς immistum sonat :  
 Ergo diphthongo creata, Τ sibi adnexam tenent :  
 Det licet longam priorem flexa declinatio :  
 Vel duas partes in unam contrahat confusio.  
 Quin & Τ loco priore ἰῶτα si subjunxeris,  
 Ethic diphthongon unam posse nec plures reor :  
 Τίς ut dicunt, ἀειλογία, μῆξ, & talia.  
 Porro diphthongos Latini quatuor fixas habent,  
 Quatuor ideo separavi, quinta quod sit rarior :  
 Ex quibus statim videbis non ut in Græcis sonis,  
 ἰῶτα jungi, necesse est alteram vel V dari :  
 Semper E vel V Latinas posse subdi ceteris :  
 Ἄλφα semper atque ἰῶτα quem parant Græcis sonum  
 A & E nobis ministrant: sic enim nos scribimus.  
 Oi similiter O & E fit, ἰῶτα quod Græcum fuit.  
 Au & Eu quum copulamur, V secundam jungimus,  
 In vicem Græcæ: quod υ ψιλὸν subdita est vocalis V.  
 Græca diphthongus O Τ literis tamen nostris vacat :  
 Sola vocalis quod V complet hunc satis sonum.  
 E, deinde ἰῶτα, Græca quod diphthongos Ei sonat  
 Non erit semper necesse copulatas scribere,  
 Seu Latina seu jugetur Græca longa syllaba :  
 ἰῶτα solum quod videmus sæpe produci, vel I :  
 Ἰλιον nam sic jubemur scribere, & producere :  
 Dico sive fido, longæ sunt priores syllabæ :  
 Nec tamen nos E necesse est post I subnectere :  
 Nec potest diphthongus aliter e duabus litteris  
 Ista componi, nisi ante principali in corpore  
 E subesse ratio monstrat, atque origo nominis :  
 Δεῖμα inde sic notamus, quia δέμα reprehenditur  
 Inde Μῆδειαν oportet scribere iisdem literis,  
 Quia δέμα non minus & istic ( ut videre propalam )  
 Ipsa demonstrat subesse compositio nominis.  
 Scribimus si quando νεῖμα, ἰῶτα solum sufficit :  
 Nulla præcedens origo quia subesse monstrat E :  
 Porro diphthongon notamus quando νεκτεῖν scribimus  
 Ητξ quod compago fidei comprehendit nominis :  
 Νη & εἰλεῖν namque junctis, conditum est vocabulum  
 Quippe non cedendo, semper queritur victoria :  
 Litteram namque E videmus esse ad ἦτα proximam,  
 Sicut ο & ω videntur esse vicinæ sibi.  
 Temporum momenta distant, non soni nativitas :  
 Inde verrunt hanc in ἦτα sæpe diphthongon Graii :  
 Quando quos ἰπτεῖς solebant aut Ἀχαρνεῖς dicere  
 Lavigant, ἰπτεῖςque potius aut Ἀχαρνεῖς nominant  
 Nosque Medeam Latine sic in usum vertimus :  
 Nomen & regina gessit quod furens Amazonum :  
 Sic & Ἀινείην Achæus, noster Ænean vocat :  
 Sic erit nobis & ista rariot diphthongos EI.  
 E videmus quando fixam principali in nomine,  
 Eitur in sylvam, necesse est E & I connectere,



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Hinc pedem si cœperimus edere iterum dactylum,  
 Quia brevis vocalis extat in sequenti syllaba,  
 Tertiam addamus necesse est utique correpti soni:  
 Pes quidem reddetur ipse, non tamen pars temporis  
 Consonæ factæ prioris, cernimus quo cesserit.  
 Ergo ut effectus probetur, consonans quum fiet I,  
 Non erit locanda prima, quando versus nascitur:  
 Syllaba sed in secunda, quæ brevis cum consona  
 Esse potuerit, priores qua pedes adjuvimus.  
 Sescuplum quæ sola præstat, temporis parte indiget,  
 Ut sit *at ju pes*, & inde versus ortum sumpserit.  
 Ergo *ju* quia nunc secundo collocatur in loco,  
 J sua (quam consonantem non negamus redditam)  
 At facit longam, tenebat sescuplum quæ temporis:  
 Nec secus partem terrorus T dabit quum consona est:  
 Sic *at vi pes* absolutus, fiet *at ju* par ei,  
 Syllabas longas habebunt hi pedes binas ita,  
 Dum situ prior juvatur, & sequens producitur.  
 Porro quum producta prima est, si sequatur consonans,  
 Efficit duplum atque partem, non (ut illic diximus  
 Ante) partem & inde duplum, prima quod non sit brevis,  
 Sol tibi, velut poëta signa quum dicit, dabit.  
 Sufficit productam primam temporis duplum dare,  
 Pars residua consonantis unius vel proximæ  
 Ita vacabit, ut vacabunt quando plures consonæ  
 Sponte productam sequentur, non egent subsidii.  
 Trans mate, atque insignis, Auster, si in pedem convenie-  
 Est adhuc quo separatæ I & U dissentiant, (rint);  
 I media quum locatur hinc & hinc vocalium,  
 Troja, sive Maia dicas, peior, aut jejunium,  
 Nominum primas videmus esse, vocales breves:  
 I tamen sola sequente, duplum habere temporis:  
 Ergo vel loco duarum consonantium fungitur:  
 Vel gemella si locanda est, ut videtur pluribus,  
 Bis tibi vocalis eadem præbet usum consonæ.  
 Ante vocalem, sequendo cum priorè syllaba,  
 Prædita & mox insequenti, jure quo fit consonans:  
 Hoc in his tantum invenimus nominum vocalibus,  
 I secundo collocata, consonæ ut valeat loco,  
 Ante vocales quod alias quum locatur, exhibet.  
 U similiter si collocetur, ut *favor* quum scribimus,  
 Nil juvabit A priorem media facta consonans.  
 Temporis quia parte tantum fungitur, quum vi prædita est.  
 Vel licet ponas gemellas sicut in verbo juvo,  
 Ante, quæ locatur I, fiet ab U sequenti consonans:  
 Ipsa vocalis manebit U brevis sicut fuit.  
 V secundam in consonantem transfert vocalis O,  
 Sic prior vocalis U quæ tempore uno prædita est,  
 Temporis parte adjuvatur sequenti consona.  
 Sescuplum tempus videmus longa quum poscat duo:  
 Proderit nil ergo gemina sicut I bis profuit,  
 Quum facit longam priorem Troia, Malia, & talia.  
 Perdere U quia sic videtur usque vocalem sonum,  
 Alteri quum prælocatur: nam facit vita, & valens  
 Sordidum quiddam, videmus absonumque excludere.  
 Aeolica gens tunc digammon denique illam scriptitat,  
 Mutet ut situm figuræ, quando mutabit sonum.  
 Nominum multa inchoata literis vocalibus  
 Eolicus usus reformat, & digammon præstitit.  
 Eolica etiam dialectos fere est mista Italix:  
 Hesperum quem dico Græce, vesperum cognominat,  
*Εσπες* sic Vestia facta, vestis *εσπης* dicitur.  
 Iux quam græce vocamus, vim jubet me dicere:  
*Exp* est multis in usu, & magis poeticum est,  
*Hp* enim nativa vox est, ille ver hoc dicitur:

Quos Homerus dixit *Ευέτας*, ille Venetos autumat:  
 Viola flos qui nuncupatur, hunc Graii vocant *ἴον*:  
 Et Iolaus, violeus fit, crede Marco Tullio:  
 Quamquam *ἴτυν* dicunt Achæi, hanc *βίτυν* gens Aeolis:  
 Plura Sappho comprobavit Aeoliis, & ceteti.  
 U latina sic obesa, sordet a vocalibus,  
 Prorsus segregandas sic ut has utrasque existimeim:  
 Nomen I quod consonantis, V vicem solam gerat:  
 Hanc enim sensu per artem tradito dignoscimus,  
 Illius conversionem & vox, & aures arguunt.  
 Hæc erit lex his duabus I & V quas rettuli,  
 Syllabam per semet ipsæ quando nudam copulant:  
 Consonans nec ulla junctis quædam præponitur.  
 Nam media post consonantem cum datur vocalis I,  
 V dein si consequatur, syllaba una non erit,  
 Ut pius quum dico, dives, ocus, vel Cælius,  
 Nulla diphthongos quod ante *ἰώτα* permitti sinit:  
 Media porro si locetur V, fit una syllaba.  
 Ecce rursus discrepare litteras istas vides:  
 Namque *cui* si quando dico, non erit dissyllabon:  
 Nec tamen diphthongos ista consonante prædita  
 Poterit esse, quæ videri non potest quum libera est:  
 Hoc enim solum adsequetur, quod digammos non erit,  
 Anteposta quum sit ipsa, tum sequens vocalis I:  
 Nam nisi insequatur aliqua consonantium littera,  
 Cui brevis manebit, atque longa fiet addita:  
 Cui super non digna dixit hiemis, & solis mala,  
 Dixit & cui tu favos, pes hinc mihi primus sat est:  
 Sic enim vel prima longa, vel prior, fit syllaba:  
 Dactylus nam *cui super*: *cui tu* sequens, spondeus est:  
 Consonans quia post sequuta tempus adjuvit breve:  
 Hanc brevem sed ante nobis pervidendum est syllabam,  
 Una consonans secuta, quatenus longam creet,  
 Ipsa nam vel secum habere consonantem debuit,  
 Vel duarum post sequentum sublevari tempore:  
 Ante quod nobis liquere non potest, si non prius  
 Consonans quæ prima in ista syllaba *cui* scribitur,  
 C magis, vel Q notari debeat, dispexeris.  
 Sæpius quia C locare plurimis jam moris est,  
 Sic enim constare poterit, e duabus quæ magis  
 Nunc locum vocalis habeat, V prior, vel I sequens:  
 Namque si cu præferatur syllabæ fient duæ,  
 Tertia his quod implicari nulla vocalis potest,  
 Sed duæ fient seorsæ syllabæ per se breves:  
 Cui super sic inveniri dactylus jam non potest;  
 Syllabas sed pes habebit quatuor totas breves.  
 Principale sed videmus esse *quis* quo nascitur,  
 Cui dativum quando casum ratio sermonis petet.  
 Casus & secundus ante, qui facit *quius* probat,  
 Q duarum præditam esse syllabæ vocalium:  
 Quartus & casus priori non repugnat regulæ,  
 Nec minus O perseverat quum loquor pluraliter,  
 Casibus cunctis jugamus quando vocales duas,  
 Qui facit quorum, deinde mox quibus, quos, a quibus:  
 Usque Q numquam revelli propalam est pronomini.  
 Dubius autem quia videri numerus, & casus potest,  
 Quum dativo singulari prima Q præscribitur,  
 Et potest plurale *qui* lector aliquis credere facile,  
 Ac simul nutante casu tardius sensum sequi:  
 Usus, ut solet, reliquit veritatis regulam:  
 Litteram & dedit propinquam, dum studet compendio,  
 Ergo per C jam videmus *cui* notandum litteram:  
 Hanc enim V post insecuta, præditam docet sibi:  
 Et cohærens i, secundo quando connexa est loco:  
 Quippe Q non constet aliter, quam duabus C & V:



T I A N I.  
 He Venetos anamat :  
 e Graii vocant 107 :  
 Marco Tulio :  
 hanc dicitur gens Asol-  
 lis, & ceteri.  
 vocalibus,  
 i unacque existimem :  
 V vicem solam gerat :  
 hinc digammos,  
 t acres arguant.  
 quas retrahit,  
 do quadam copulant :  
 iam praeponitur.  
 rum datur vocalis I,  
 a una non erit,  
 xias, vel Caelius,  
 a hinc praeponitur sicut :  
 sit una syllaba.  
 eras istas vides :  
 o, non erit dissyllabon :  
 ia consonante praedita  
 n potest quum libera est,  
 quod digammos non erit,  
 tum sequens vocalis I :  
 consonantium littera,  
 longa fiet addita :  
 hinc mihi primus fat est  
 vel prior, hinc syllaba :  
 u sequens, spondens est :  
 tempus adhibere breve :  
 erit dandum est syllabam,  
 eris longam creet,  
 consonantem debuit,  
 iabilem tempore :  
 re potest, si non prius  
 hinc syllaba describitur,  
 ae, disperitis.  
 nis am motus est,  
 e duas quae magis  
 V prior, vel I sequens :  
 hinc hinc datur,  
 nulla vocalis potest,  
 se per se breves :  
 as, iam non potest ;  
 trar totas breves.  
 quis quo nascitur,  
 ratio sermonis peret.  
 hinc quibus probat,  
 hinc vocalium :  
 i regnat regale,  
 quum loquor paralleliter,  
 quando vocalis duas,  
 emor quibus, quos, a quibus :  
 i procliam est pronomini.  
 numerus, & casus potest,  
 tra Q praescribitur,  
 t aliquis credere facile,  
 ins sensum sequi :  
 ritatis regulam :  
 am, dum daret compendit,  
 cui notandum litteram :  
 a, praeditam docet tibi :  
 quando connexa est loco :  
 iter, quam duabus C & V :  
 80

**B** velut, vel **K**, quod esse **Q** vides muti soni :  
**Q** velut sit **C** & **U** quoque : plenius quod postmodum  
 Sic in unam **Q** redactae congruerunt litteram,  
 Portio ut nunc consonantis **U** videri rectius,  
 Litterae vocalis habitum quam tenere debeat.  
 Namque **Q** praemissa, semper **U** simul jungit sibi.  
 Syllabam non editura ni comes sit tertia  
 Quaelibet vocalis : illis hoc & exemplis proba, (mus,  
 Namque equos, vel æquor, quæstus, aut aquam quum scribi-  
 Et queo, & querela, quercus, & quater, **Q** praedita est :  
 Et vides qui quoque similiter esse vocales duas :  
 Unde si dematur **I**, & sola sit vocalis **U**,  
 Non erit jam **Q** necesse syllabæ præponere :  
 Sicut illic, quum querela, & æquor aut aquam notas ;  
 Sed magis **C**, sola namque subditur vocalis **U** :  
 Curo quum dicis, cupido, curro, vel custodio :  
 Unde nomen qui sequendi rectius scribi putant,  
 Si prius **Q** conlocarint, **U**, & **O** subiunxerint,  
 Qui sequor easdem habebat, unde nomen nascitur :  
 Non videntur obtinere veritatis regulam :  
 Quia sequor duas videmus vocales simul :  
 Et locamus jure tunc **Q** exigente syllaba :  
 At secundus ut sit, una ponitur vocalis **U**,  
**C** locari debet ergo, quando solam copulat :  
 Quippe origo prima verbi non manet jam nomini.  
 Ceterum vocalis illis si jugetur tertia,  
**Q** necesse est prima datur, & sit una syllaba :  
 Nomina ut supra relata jam satis nobis probant.  
 Non tamen prior **U** videri facta consonans potest,  
 Consonans quia de duabus effici prior solet :  
 Nuda sed prior : quæ quando nec subacta est consonæ,  
 Quando non digamini sumit neque figuram, neque sonum,  
 Tunc sonus vocalis illi, qui solet quum libera est ;  
 Prædita est vel consonanti, tunc enim est vocalis **U**.  
 Sed tamen videmus illam consonæ vim sumere,  
 Tenula ut dixit Poeta nubis ire vellera,  
 Longa fit nam *ten* nunc, quum sequatur **U** & **I** :  
 Nec minus vocalis una si sequatur hanc, potest  
 Consonæ præbere vires : & digammos effici.  
 Genua cum labant Daretis, æger est anhelitus,  
 Nec potest & hoc liquere, an **I** putemus consonam,  
 Longa cui super paretur seu duabus consonis :  
 Alteram quia consequendo, semper **I** vocalis est :  
 Tertiam & casus sequentes esse vocalem docent :  
 Imo si nunc **U** putamus esse vocalis soni,  
**I** magis vocalis esse judicanda est subsequens.  
 Nunc quod hanc diphthongon ergo ex **U** & **I** sit, dicimus :  
 Non ut **U** nunc sit Latina, sed magis Græcum sit *ui*  
*viix* quum dicunt & *viixs*, tale quid cui ut sonet :  
 Temporum & per se duorum non requirat consonam :  
 Cui super, sed tale fiat, quale dudum *trans mare* ;  
 Longa quum reddit vacantes quæ simul sunt consonæ :  
 An magis cui nos oportet per duas ii scribere ?  
 Quia sequens casus videtur hoc sonare, qui facit  
 Quiius, ut Troia atque Maia de tribus vocalibus ;  
 Cui super nil ut juvetur a propinqua consona :  
 Quando quiius longa prior est, facta cum sit consonans :  
 Hæc putavi colligenda, tu sequere quod voles.  
 Nec minus natura varia est consonis in litteris :  
 Digerunt quidem magistri quando pueros imbuunt,  
 sed rudes ne prægraventur, parcius discriminant :  
 Nam novem mutas vocarunt : semivocales item  
 Esse septem tradiderunt : ordo uterque notus est :  
 De novem tres ( ut vacantes ) separandas convenit :  
 una nam spiramen addit omnibus vocalibus,  
*lupa* quando & *bedera* dicis, *hister*, *hospes*, atque *humus*,

Quatuor solis adhæret consonantium litteris.  
 Inferit si quando Græca sermo noster nomina, ( loqui :  
 Quum chorus, rhamnum, necesse est Phyllidem, thymum  
 Sola nec vocalis usum, nec tuetur consonæ :  
 Tempus aut ministrat ullum brevibus usquam syllabis :  
 Et tamen vim consonantis adimit una in syllaba :  
 Prædita est quoties duabus **u** & **i** vocalibus,  
 Hujus aut huic solemus nam frequenter dicere  
**U** digammon esse, nunc jam non finit, nec consonam  
 Esse, quia semper necesse est, quum carens spiramine  
 Ante vocalem locatur, ut vigor, valens, vetus.  
**K** similiter otiosa ceteris sermonibus,  
 Tunc in usu est quum Kalendas adnotamus, aut Kaput ;  
 Sæpe **Kæ**sones notabant hac vetusti littera.  
**Q** vacare proflus omni diceremus syllaba,  
 ( **C** quod ejus invenitur posse subdi pro sono )  
 Casus unus ni probatet rectius poni semel,  
 Syllabam junctis duabus quum facit vocalibus,  
 Ut satis lumen locuti jam priore pagina.  
 Nunc loquat natura quæ sit omnibus, quæ & singulis :  
 Nulla nam mutis facultas ad sonum edendum data est,  
 Labra fixa, vincita lingua est, exitus nullus patet,  
 Nexa [ si non adjuvetur ] cuilibet vocalium.  
 Namque **b** vel **c** sonat, porro **d** **g** & ceteras  
 Quinque, at si non resignet labra vocalis comes  
 Syllabam fingas ut ante, litteram qui proferas ?  
 Semivocales videmus oris exprimi sono  
 Possè vel solas, adhærens nulla vocalis licet  
 Exitum plenum ministret nuncupandæ litteræ.  
 Verum enim binæ ligari non queunt mutæ simul,  
 Syllabæ si quando binas postulabunt consonas,  
 Nominis verbive cujus quæ tenent primordia :  
**C** modo, aut **p** copulare subditam **T** sic solent  
 Non priores, sed secunda dum latina in syllaba,  
 Nactus ut dicas vel aptus, sanctus aut Neptunius :  
 Cæteris natura non est, ut duæ jungi queant :  
 Semivocales oportet segregate adtentius,  
 Quas quidem quia nominatim versus indi non finit  
 Ordinis signabo numero, quæ sit hæc quam differam  
 Titulus præscribet iste discolor sinopide.

F. L. M. N. R. S. X.

**F.** Prima mutas nec sequetur, nec potest præcedere,  
 Ipsa gemina nec locari simplici in verbo potest :  
 Suffice & suffer, vel offer, est quidem duplex sonus,  
 Partibus sed ex duabus verba conjungi vides :  
 Et prior non hac eadem terminatur littera :  
 Sed sonum confudit ipsa partium confusio.  
 Quatuor post hanc locatas Græcus udas nominat,  
 Lubrica est natura in illis namque & alternus vigor ;  
 Nunc enim vocalis usum, nunc ministrant consonæ :  
 Et pedum vel hinc, vel inde sublevant discrimina :  
**L.** hinc sibi primam atque quartam semivocalis potest **R.**  
 Subdere ista quam loquebar, quando flabra & flosculus.  
 Fratrem item, frugem, atque frondem, fraudemque atque  
**M.** non item potest secundam copulare & tertiam, **N** [ talia.  
 Quia secunda mugit intus abditum & cæcurn sonum :  
**N.** tertiam nec ullus illis sermo Romanus ligat. **L.R.**  
 Nec sinas errare puerum, quando Daphnin scripserit,  
 Semivocalem locandam primam ut istam existimet :  
 Quippe nos si quando Græcum  $\phi$  necesse est exprimi,  
**P** & **h** simul solemus non latinam hanc ponete, **F.**  
 Cujus a græca recedit lenis atque hebes sonus,  
 Phosphoron, Phrygasque nam, vel dysphilon sic scribimus,  
 Consonas autem per omnes ( quæ quibus jungi queant,  
 Quas veteret natura iunctas convenire in syllabam )

O 2

Ire



Ire jam nunc ideo nobis visum est consultius,  
 In breve ut redacta sylva demeret caliginem;  
 Neu subesse præter istos (quos loquat) casus alios,  
 Qui pedum turbare normam, lædere aut metrum queant.  
 Præter udas ergo supra, jam duas quam rettuli,  
 F. Hæc sibi nullam ligare semivocalis potest.  
 Quattuor posthac loquemur ordine udas debito  
 Quas priores ante nullam consonam præponimus,  
 Ut caput verbi inchoate conditæ simul, queant,  
 Sublimus mutis earum plurimis tantum duas, (erit. R.  
 L. primam atque quartam, exemplis palam quod nunc  
 Namque b, c, g, deinde p priores ponere  
 Singulas possis, ut uda prima sic subjecta sit, L.  
 Blandior quum dico, cludo, gleba, plebs, aut Plinius  
 D cum hac numquam coibit, q magis numquam potest:  
 T potest si quando Græca misia sunt vocabula.  
 Tlepolemus, Atlas nam solemus invenire in versibus.  
 R. Uda quarta præter istas quattuor quas rettuli, B.C.G.P.  
 Amplius D T priores subsequetur, ut puta;  
 Brutus, & Crassus fuete, Drusus, & Gracchus, Procas,  
 Trofulus: jam sex habemus antè mutas editas:  
 H. K. Q. Cæteræ quia tres in usum syllabarum non cadunt.  
 F. Semivocalis quod una præfici possit tenes. (D. T. P.  
 R. Uda quarta præter istas, cæteris non subditur. B.C.G.  
 M. Et secunda pene solis convenit vocalibus,  
 Seu loco prior locetur, seu jugetur alteri:  
 Mane quum dicis, vel umbra, mensis, ambo, & talia.  
 N. Tertiam udam sibi videtur posse solam jungere,  
 Sic tamen non priore, sed sequenti syllaba;  
 Omnis ut dicas, vel amnis: uda quæque quum sequi  
 Alteram non possit udam, dum sit una syllaba:  
 Omnis uda quum gemella, rite conjungi queat,  
 Gallus ut, vel Ammianus, annus, & Tyrrenius.  
 Nec secus mutas videmus posse geminas currere,  
 Obba, & ecce, redde, & agger, Attiusque, & Appius.  
 M. Hanc tamen Græcus secundam tertiæ sic præficit, N.  
 Syllaba prima Latine quod nequite diximus:  
 Quando *μνήματα* que *μνήσθαι* dicitur que *Μνησθέα*.  
 M. Interim compellis illam *δέλτα* nunc, nunc *ταυ*, sequi:  
*Δμῶας* & *Τμῶλον* videmus namque Græca nomina.  
 N. Tertia uda sic videtur posse mutam sequi,  
 Graia verba quando in usum sermo noster suscipit,  
 Gnosios si dicere arcus, insulam aut Gnidum velis,  
 Scribimus prænomen unum, & c quidem præponimus,  
 C tamen sonabit illic, quando Cneum enuntio:  
 Asperum quia vox sonorem læviote interpolat,  
 Vel priores g Latini nondum ab apice finxerant:  
 Caius prænomen, proinde c notatur, g sonat.  
 Sic amurca quæ vetuste sæpe per c scribitur,  
 Esse per g proferenda crediderunt plurimi:  
 Quando *ἀμοργή* Græca vox est, *γάμμα* origo præferat.  
 Ille contra discat, unde c notare debeat.  
 G tamen mox tertia uda rarius componitur; N  
 Quando gnatum nominare, dicere aut gnatum voles.  
 Namque magnus, dignus, agnus, signa, pugna, & talia  
 Syllabæ quum sint secundæ, non ita impugnant pedes,  
 Queis jugatis, impediti (quum caput verbi tenent) G. N.  
 Szpius pedes videmus, ut suo promam loco.  
 S. Admonet nunc ordo sextam semivocalem sequi,  
 Quæ sonum nobis ministrat, *σίγμα* quod Græcis solet.  
 Vivida est hæc inter omnes, atque densa littera:  
 Ἀρπικὸν Græci vocarunt, adseruntque exordiis:  
 Et probant mutis eandem pene cunctis præfici: (*σάθας*:  
 Quum *σβέτιν*, *σθίνθ* que dicunt, *σκήπτρον*, & quando

*Στέμμα* dicunt, *σφίγχι*, atque *σχήματα* atque *υδα*  
 quoque.

M. Posse præponi secundæ, sic apud Graios vides,  
*Σμήγμα* si quando, aut *σμάργχον*, *σμήνιον* vel nomi-  
 M. enim solum videtur posse subdi, quia loco (nant:  
 Intimo fauces prope ipsas littera hæc excluditur:  
 Dentibus *σίγμα* atque labris proximam sedem tenet.  
*Σίγμα* quis possit negare quod det adjunctum sonum,  
 Quum sonis utrisque constet ζ quod est Græcum duplex?  
 Nomen etsi non videbor tradere exempli loco,  
 Syllabis sedet secundis quando profa oratio est,  
 Versus ut quadre resistat, nec propaget terminum,  
 Nestoris si forte nomen dividendum incurrerit,  
 N & E versus prioris obtinebunt extimum:  
*Σίγμα* versus insequentis atque *ταυ* exordium.  
 Nos tribus mutis eandem possumus præponere,  
 Nulli quum sic possit ante semivocalis dari,  
 Scuta namque, spatia dico, stamina atque hoc genus:  
 Et duas simul ligare sola consonans potest,  
 Scrinium, struemve quando, splendidumve dicimus,  
 Tres tamen numquam coibunt [ uda nisi tertia ]  
 Semivocales. suprema duplicis restat soni,  
 Præfici verbis Latinis ista nec vocalibus  
 Poterit unquam, tantum abest ut prælocetur consonis:  
 Ipsa quum constet duabus comparata consonis.  
 Syllaba quacumque sane subditur vocalibus,  
 Quando rex, calixve dicis, pax, latex, apex, senex.  
 Ante vocales locatur, ut in sequenti syllaba  
 Faxo si dicis, vel axis, nexus, uxor, noxia.  
 Tantum apud Græcos videmus inchoantem nomina:  
 Qui *ξέρον*, *ξάνθρον* loquuntur, *ξῆθρον* & *ξεινήα*.  
 Consonis præfertur autem si dirempta syllaba  
 Nominis verbive, cujus cum Latinis sermo sit,  
 Expuli quum dico, & exta, seu quis excussam comam  
 Dicat, aut exlex, & illud, hoc sine exquiram prius,  
 Adde & exortem, vel illis simile si quid finxeris:  
 Muto vel partem prioris si sit hirtum syllabæ,  
 Effet ut dicam, vel illud, hoc tibi effectum dabo.  
 Verba contra separata quando sic connectimus,  
 Hanc ut ante definitem subsequatur consonans,  
 E fat est solum locare, quia duplex est consona:  
 Tres videntur syllabam unam consonantes edere,  
 Hispidum quod porro ne sit, dico & e bello viros,  
 Dico & e pago reversos, dico & e foro domum.  
 X. Ast enim Graius locabit quodcumque hanc *ultima*  
 Sive in uno comprehensam sive in verbo pari,  
 Consonam non x jugabit, quia sono lævi studet,  
 Nam nisi vocalis adsit, vertit hanc in simplicem:  
*Κάππα* enim solum sonabit, *σίγμα* vero excluditur:  
 Sic & *ἐκπλήξει* loquuntur, sic & *ἐκπέρσαι πόλιν*,  
 Sic & illud *ἐκστόμαχος ἐκκεκώφηται ξίφη*  
 Sic & *ἐκ πάντων* solute, sic & *ἐκ νήτα* facit.  
 Litteras autem receptant sæpe ternas syllabæ,  
 Nec minus sæpe & quaternas porro, quinas parcius,  
 Esse quia vocalis una debet una in syllaba,  
 Vel duæ, diphthongos edit quando vocalem sonum,  
 Inde rarum est consonantes addere uni quattuor,  
 Quia vetat natura mutas jungere una in syllaba:  
 Semivocales jugari sæpius deprendimus:  
 In quibus sciimus udas computati quattuor.  
 Syllaba ergo quando quinque litteris componitur,  
 Consonas duas necesse est, & tot udas copulet,  
 Possit ut vocalis una syllabam talem dare.

Ergo

consonans quam sit bis  
 tant enim quam dico  
 trixve si dicam, suprei  
 duo cum diphthongo:  
 tribus videmus unam  
 mosemar litteraru  
 za quum duplex du  
 ant si forte quidam  
 relut dixit disert  
 hoc casu nequib  
 bbit per se: ior  
 diphthongo coa  
 que declinate Græ  
 prior si separatur, si  
 τανον nam carnis  
 iteram diphthongus  
 consonans & uda con  
 que per ipsas ire per  
 arapulum solent m

et quoniam exempl  
 monet, ut pedil  
 ritium incesit, me  
 tyus est nobis similic  
 color alternos refer  
 pedibus quæ  
 etia longas quid en  
 acili positu, & pla  
 zæ paris etiam pron  
 mibi Græcorum rati  
 am rarus inest nos  
 tanta in pedibus ve  
 brevis quæ long  
 ficatorum quid li  
 spicere, atque aptas  
 vel discordantes mut  
 consona sed sane gen  
 amedio in pede sun  
 am dubias pedibus  
 solum, paucis nita  
 do prima brevis qu  
 zæ sit a geminis qui  
 pter junctæ, sube  
 ant diviæ, finemq  
 tepolis manifesta ma  
 ter, prior est  
 zæque fiet, qu  
 tume pedum, di  
 zæ hæc eadem pe  
 bo brevem mediar  
 zæge, nescio quis  
 zætam quocumque  
 zæ seu, verbo quaf  
 zæ, vtrumque cano  
 t longa prior, mox  
 vocalis verbi pariter c  
 zæque adpæceat ge  
 Non temper vidæz spo  
 Quia mutas ita comp



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Ecce stagna madent : triplici sic syllaba pacto  
 Temporis accessu non tantum est reddita longa,  
 Sed dedit & vires geminis augere trochæum.  
 Dactylus in brevibus vocales quando supremas  
 Servabit, verbique simul cum fine resistet,  
 Si pedis alterius primordia consona & uda  
 Subnectent, pes incolumis, vegetusque manebit:  
 Consona si gemina est, qua proximus incipiet pes,  
 Cuius principium sexta hæc (quam dico) tenebit,  
 Dactylus ille prior (quamvis sermone peracto  
 Discretus, liberque pedis compage secundi)  
 Sentiet accessum momenti, & temporis auctum:  
 Exemplo versus unius utrumque probabis.  
 Ante supinatas Aquiloni ostendere glebas,  
 Stendere quum verbi finem, simul & pedis explet,  
 Nil obstat pedis alterius modo consona, & uda:  
 Syllaba si contra veniat, qualem modo dixi,  
 Temporibus vitiatus erit pes integer ante,  
 Ante supinatas Aquiloni ostendere strages.  
 Tertia sic longa efficitur, pes creticus exit,  
 Vel tu finge aliud, dum talis syllaba detur:  
 Sed nullam invenies, nisi littera sit prior ista  
 Quæ sexto præscripta loco est, atque ordine earum,  
 Dimidium vocis quas edere diximus ante.  
 Syllaba difficilis, quoties correpta secunda  
 Indiget auxilio, quod tempora bina ministrat:  
 Dactylus inde magis, spondeus rarior exit:  
 Nam quum finitur vocali sermo trochæum  
 Destituens, jam pes in dactylon ire videtur,  
 Inque breves geminas longam laxate secundam:  
 Spondeus quo more solet dare dactylon ex se:  
 Quippe ubi sola manet verbi vocalis in imo  
 Et brevis hæc abscissa, aliam comitemque requirens,  
 Nullaque consona juncta parat dare temporis auctum,  
 Nil jam spondeo videas superesse relictum:  
 Vel tu ruriculæ primum decurre Maronis:  
 Liber & alma Ceres, & ferte simul Dryadesque,  
 Munera vestra cano, tuque o cui prima frementem  
 Fudit equum magno tellus percussa tridenti:  
 Ipse nemus Tegææ favens, oleæque Minerva:  
 Dique dæque omnes, studium quibus arva tueri,  
 Quisque novas, & quique satis, & quæque sibi mox.  
 Nec tibi regnandi veniat tam dira cupido.  
 Anne novum nunc ipse tibi plus parte relinquit:  
 Vere novo gelidus canis cum montibus humor  
 Liquitur: & zephyro putris se gleba resolvit.  
 Et quid quæque serat regio, & quid quæque recuset.  
 Bis decies, unumque supra, nisi fallimur, ecce  
 Dactylon efficiet talis (quem dico) trochæus:  
 Spondeum & nullum potuit dare versibus iisdem.  
 Namque etiam duplex, quæ nobis una relicta est,  
 Principium verbi quoniam proferre Latini  
 Non valet, & tantum vocali subdita currit:  
 Quum Græcum inciderit nomen quo possumus uti,  
 Si post dactylon accedat, nil tempora duplex,  
 Officiet, gemini poterunt quod pandere versus:  
 Pontibus instratis conjunxit littora Xerxes,  
 Sanguine turbatus miscebat littora Xanthus.  
 Littora pes longa constat brevibusque duabus,  
 Tempora nec lædit duplex, quin dactylus exstet.  
 Pro duplici contra gemina est si consona, lædit:  
 Pontibus instratis conjunxit littora Sciron.  
 In tantum vegeta est, & vivida littera sexta  
 Quum prior est, & muta loco subiecta secundo,  
 Arcticon idcirco stæchion Grecia dixit.  
 Sed non principium nunc nominis inchoat ipsa,

Quum duplicem reddit, sequitur sed pone priorem,  
 Quum, Xantum, Xerxem, aut Xanthum & talia pono.  
 Nam ξ quod Græcis commune videmur habere,  
 Κάππα & τῆγμα facit, non τῆγμα & κάππα secundo,  
 Nec sonus ex illis idem, nec littera prima,  
 Quæ quum mutatur, mutatur origo sonandi.  
 Sic Ξεργης duplicem præstat: Σχεργων aliquid plus,  
 Ut supra ostendi, quum scire, & scribere curat,  
 Vel scutum, sputum, spumas, aut stamina dixi.  
 Imo velim spectes, quam multa occasio detur,  
 Quum remanet nutans etiam, dubiusque trochæus:  
 Dactylus ut crebro, spondeus rarior extet.  
 Syllaba vocali quando est finita secunda,  
 Tertia vocalem si subjicit, hiscere credas.  
 Est tamen exemplum vocalis consona si fit,  
 Ante Jovem nulli subigebant arva coloni.  
 Vocalem mediam si consona suscipit una,  
 Dactylus incolumi constabit lege, sonoque,  
 Ante tibi eorum Atlantides abscondantur.  
 Consona si mediam determinat, altera porro  
 Vocalem adnectit, simili pes lege probatur:  
 Venit & upilio, tardi venere bubulci.  
 Si mediam vocalis habet, quam consona & uda  
 Excipiunt, nequeunt geminæ vexare priorem:  
 Unde tremor terris, aut hoc percussa tridenti,  
 Dactylus efficitur: nam longa est reddita prima,  
 Et mediam nil uda juvat, quæ subdita currit:  
 Sic manet unde brevis sic & percussa tridenti.  
 Syllaba si contra, fortisque & vivida detur,  
 Unde scire potes, percussa spumat arena:  
 Reddet spondeos iusta ratione locatos.  
 Nec modo quia verbo finem facit unde, putato  
 Sic cecidisse, magis sermone notabis in uno  
 Congruere, ut cassæ pariter sint consona & uda:  
 Et solem geminum, & duplices se ostendere Thebas:  
 Et duplices mediam non possint reddere longam.  
 Perspicias, udarum quamvis modo fiat inanis,  
 Subjectæ quoties & juris sunt alieni.  
 Hoc & diversa melius ratione patebit,  
 Vocalis mediæ nam quando residet in udam,  
 Tertiaque adcedens similem geminaverit udam,  
 Spondeus plenus reddetur temporibus pes:  
 Attollitque animos Pænorum, qualis in arvis,  
 Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis.  
 Nec non vocalis primæ si quamlibet udam  
 Contineat, veniensque aliam subjecerit udam,  
 Præpositam longæ, spondeon cernimus edi:  
 Pallenen, hunc & nymphæ veveramur, & ipsæ:  
 Tyrrhenas i sterne acies, tege pace Latinos.  
 Si fuerit correpta sequens & tertia talis  
 Jungenda est, pes lic geminis sit dactylus udis,  
 Spondeum qualem geminæ fecerent priores:  
 Palladia gaudet silva vivacis olivæ:  
 Parrhasio dictum Panos de more Lycæi.  
 Cur tantum valeant udæ, modo reddita causa est,  
 Consona quia vis est illis nunc libera, namque  
 L. R. Utraque complexu alterius, nec subdita currit,  
 Inter vocales positas nam cernimus ambas.  
 L. quatuor udarum primam quartamque videmus R.  
 In pedibus varias ettingere posse figuras:  
 M. Uda secunda sed bis, & tertia dissimiles sunt. N.  
 Consona nulla potest quoniam sociare secundam  
 Sermone in nostro, sicut positum ante tenemus.  
 Tertia non aliter mutæ subjungitur uni,  
 Quam quoties Cnem, Gnarium, Gnariumque loquemur

Syllaba dum primas  
 his etiam geminas  
 geminas, gemine qu  
 alla flammato secun  
 Non anni domere di  
 Tam multa in rebus:  
 Dactylus hic etiam re  
 Quam mes caminibus  
 tantus exatilis comple  
 Ve son & mutas ger  
 & Tucca velur  
 advenit, come  
 tur namquam f  
 verbis deprehen  
 quum dico, su  
 Græca, sic prof  
 secunda utinat  
 fat erit qui d  
 tur cygnus:  
 muris docui sub  
 ditum dixit, Saci  
 & vepres,  
 tempora sic præben  
 pars sermonis per  
 tur, geminæ præ  
 secum jangi poss  
 qua prior seu poste  
 mox dixi, non l  
 am prior est: dupli  
 gemis invisum, & r  
 achta geminis, qu  
 tem verbi, nam p li  
 hille accipiter fa  
 geminis duplicem t  
 reddunt longas, que  
 quoniam pleno  
 sermo incolumis  
 nec præsto est  
 quibus correpta sec  
 vobem fieri, si syll  
 tituat geminas, ex  
 hit objectu laterum  
 tunc illa exceptum  
 monam voces post  
 tamen has etiam  
 quæ geminis  
 sermo ipse mane  
 hunc aliquis  
 abitet: forlan m  
 reperta putet, q  
 & impatiens nim  
 sermo lectoris bab  
 ez judicii non pe  
 quibus est d  
 in studis ser  
 zar, in vestro  
 scripsi bis  
 am ambiguum t  
 lectum nutans, &  
 sequemors avide  
 ritam forti retine  
 rias tam longa c  
 tui ad hoc tempus,  
 am potui tamen ob  
 quo vitz dubius, vel



Syllaba dum primas habeat, geminisque creetur.  
 Has etiam geminas pedibus similes dare formas  
 Invenies, geminae quod prima & quarta dedere:  
 Talia flammato secum Dea corde volutans.  
 Non anni domuere decem, non mille carinae.  
 Tam multa in rectis: una cum gente tot annos.  
 Dactylus hinc etiam reddetur talis, ut illic,  
 Quem mea carminibus meruisset fistula captum?  
 Annuus exactis completur mensibus orbis.  
 Nec non & mutas geminas componere possis,  
 Ohba, & Tucca velut, muris velut additur agger,  
 Oppius advenit, comes est quoque Tettius illi.  
 Uda igitur numquam praebit subdita tempus,  
 Praebit verbo deprensa, aut nomine eodem:  
 Replet quum dico, subjecta est uvida muta,  
 Atlas ut Graeca, sic profero voce Latina.  
 M. Uda secunda utinam nostra sic voce federet,  
 Exemplo fat erit qui dixit membra Pyracmon,  
 N. Tertia tum cygnus: sed quarta frequentior his est. R.  
 Nam mutis docui subjectam hanc omnibus esse R.  
 Fabritium dixit, Sacrum, qui limite quadret,  
 Agricola, & vepres, dixit saliere per utres:  
 Tempora sic praebent udæ quum subjiciuntur.  
 Si pars sermonis perstat, nec sine trochæi  
 Finitur, geminae praebent tempora muta,  
 Quæ secum jungi possunt, ut diximus ante.  
 Si qua prior seu posterior correpta locatur,  
 Sermonis dixi, non hanc pedis esse priorem,  
 Quum prior est: duplici exemplo contentus abito:  
 Et genus invisum, & rapti, prior hic brevis est ra,  
 Longa fit a geminis, quas proxima syllaba praebet:  
 Eiusdem verbi, nam p sequitur, simul & t.  
 Quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto,  
 Pro geminis duplicem recte subjungere possis.  
 Sic reddunt longas, quod dudum posse negavi,  
 Finitur quoniam pleno tunc sermo trochæo.  
 Nunc sermo incolumis sibi vires ipse ministrat,  
 Vivida nec praesto est toties tibi, littera nota:  
 At quoties correpta sequens est syllaba, posse  
 Spondeum fieri, si syllaba tertia tales  
 Substituatur geminas, exempla tibi totidem do:  
 Efficit objectu laterum, quibus omnis ab alto:  
 Nunc illa exceptum: correptas cernimus ambas  
 Sermonum voces positas in parte sequenti.  
 Sed tamen has etiam reddet tibi syllaba longas  
 Tertia, quæ geminis constat subjecta sonoris,  
 Quia sermo ipse manet, nulloque est fine recisus.  
 Forsitan hunc aliquis verbosum dicere librum  
 Non dubitet: forsitan multo praestantior alter  
 Pauca reperta putet, quum plura invenerit ipse.  
 Deses & impatiens nimis hæc obscura putabit:  
 Pro captu lectoris habent sua fata libelli.  
 Sed me iudicii non poenitet: hæc bene vobis  
 Commisi, quibus est amor & prudentia juxta:  
 Et labor in studiis semper celebratus inhæret:  
 Vos sequar, in vestro satis est examine cautum.  
 Hæc ego conscripsi bis quinque mensibus æger:  
 Pendebam ambiguum trutinæ sub iudicæ corpus:  
 Alterutrum nutans, & neutro pondere fidens:  
 Nam neque mors avide nigros pandebat hiatus:  
 Nec vitam forti retinebant flamine Parcæ.  
 Sic varios tam longa dies renovando dolores  
 Duxit ad hoc tempus, semper sine fine minando.  
 Quam potui tamen obrepens incepta peregi:  
 Quo vitæ dubius, vel sic vixisse viderer.

Carmen crochaicum Catalecticum quadratum.

De Voce.

Nulla vox humana constat absque septem litteris,  
 Rite vocales vocavit quas magistra Græcia:  
 Quidquid audis præter istas, pars soni, non vox erit.  
 Quinque contenta est figuris Romuli latinitas.  
 H & ω longas enim nos non habemus litteras,  
 Nec breves semper vocamus his duas contrarias.  
 Ceteras tres quæ supersunt dichronas cognominant:  
 Corripi quod sæpe eadem, sæpe produci valent.  
 Porro cunctas noster usus quinque vocales suas  
 Corripit quod nunc easdem, nunc easdem protrahit,  
 Utitur longis, & iisdem brevibus æque fungitur:  
 Nec brevem semper requirit, sæpe aut quæ longa sit:  
 Omnibus sed quinque semper utitur ceu dichronis:  
 In brevi sed tempus unum est: bina longæ possident.

De Syllabis.

Una vocalis jugata consonanti, aut pluribus,  
 Syllabam reddat necesse est: syllabam Græci vocant,  
 Ore quod simul profectæ copulant unum sonum:  
 Vinculum nam signat ista congregale dictio.  
 Et tamen vocalis una quando pars sermonis est,  
 Syllabam dici necesse est, quum sit una littera.

De positione, & diphthongo longis.

Quum brevis duas habeat adjacentes consonas,  
 Sive secum, vel sequenti copulatas syllabæ;  
 Singulæ vel dividuntur, longa fiet e brevi,  
 Non secus, producta quam si temporis dupli foret.  
 Nec minus longam probamus, unâ quum duplex erit,  
 Quia duarum consonantum vim suo praebet sono.  
 Vel gemellis cum jugamus syllabam vocalibus.  
 Misceant sonum necesse est, jure distant temporum.  
 E & U simul junctæ, vel cum alterutra singulæ,  
 Quæ solent coire diphthongo, creabunt longulam.  
 I & U non hoc valebunt, sive praesint, alteri,  
 Vel sibi quum copulantur: quia prior fit consonans,  
 Illa quæ remansit inde, tempus unius tenet,  
 Sive duplum: quantum & omnis quando producta est habet.  
 O cum E tantum jugatæ, longa semper syllabæ est:  
 Quum duas sermonis usus comprehendit syllabas.  
 Hoc ut exemplis probemus, resque ut omnis clara sit,  
 Ante quæ natura, quæque ratio sit dicam pedum.  
 Sed prius nitar docere simplices quos nominant:  
 Una vis quod syllabarum est, quando binos scandimus.  
 Ergo quum duas videbis esse vinctas syllabas,  
 Effici pedem necesse est, sint breves ambæ licet.  
 Una longa non valebit edere ex sese pedem:  
 Ictibus quia fit duobus, non gemello tempore.  
 Brevis utrimque sit licebit: bis feriti convenit:  
 Parte nam attollit sonorem, parte reliqua deprimit.

De Arsi & Thesis.

"Αρσι hanc Græci vocarunt, alteram contra Θέσις  
 Una porro his feriri quando poterit syllaba:  
 Temporum momenta sane lege certa dividunt,  
 Seu duas pes quisque juget, sive plures syllabas.  
 Aut enim quantum est in ἄρσει, tantum erit tempus Θέσει.  
 Altera aut. simplo vicissim temporis duplum dabit:  
 Selscu-



Sesuplo vel una vincet alterius singulum :  
 Quidquid istis discrepabit, absonum reddet melos.  
 Latius tractant magistri Rhythmi, vel Musici :  
 Nos viam metri studemus parte ab aliqua pandere.  
 Ergo quum reddenda tursus hæc erit distinctio,  
 Quæ pedum natura poscet, satis habebō attingere.  
 Nunc pedes accedo primos, quos vocant dissyllabos :

## DE PEDIBUS DISSYLLABIS :

**P**rimus ille est jure primus, ἡγεμῶν qui dictus est,  
 Author & ductor melorum, qui duas breves habet :  
 Ante enim breve est creatum, redditum longum dein :  
 Sicut unum numerus ante, quam secundum prodidit :  
 Ergo princeps jure natura repertus dicitur :  
 Ante quem non est creatus : quem sequuntur cæteri.  
 Δίβραχυν dixere Græci, quod sit ambabus brevis,  
 Πυρρίχι idem vocatur, quippe & aptus pyrrhichæ :  
 Tam cito motu recurvat, quam breves, hi sunt soni,  
 Tertium detrecto nomen, lege nam metri vetor,  
 Πυρρίχι namque dicunt, si probaris ἔταστιν,  
 Ars verat primæ negare spatia bina syllabæ.  
 Reddere autem pedibus iisdem plura cogor nomina,  
 Ne quis erret, si quando nomen aliud alibi invenerit,  
 Ac putet pigrum, vel artis usque ad illa nescium,  
 Hujus exemplum videbis esse quum dices honor.  
 Est huic adversus ille, qui duas longas habet,  
 Syllabis compar priori, temporis duplum merens.  
 Qui quod in templis canorus, a sono vocis malæ  
 Auribus libantis obstat, & favet, πονδεί est.  
 Hunc sonabis, sive reges, sive cives dixeris.  
 Verum uterque quantum in ἄρτει, tantum habebit in

ἄρτει.

Temporum mensura dispar, lex soni communis est,  
 Qui brevem primam tenebit, deinde longam syllabam,  
 Erit ἰαμβος pes virilis, acer, & raptim citus.  
 Nec minus currit τροχῶν lege versa temporum :  
 Syllaba longus priore, parcius novissima :  
 Χόρμα idem nuncupatur a magistris plurimis :  
 Terna rite partientur ambo vicibus tempora.  
 Ἄρτει unum possidebit, quando ἰαμβον partior :  
 Fiat alternum necesse est, quum τροχῶν divides :  
 Vis ἰαμβον? dic parens. vis tu τροχῶν? Roma dic.  
 Hastenus vicissitudo vertitur διττυλλάβων :  
 Nam quater reciprocantur numerus & tempus duplex.

De octo pedibus trisyllabis.

Octo porro procreantur, quos vocant τριττυλλάβους.  
 Τριβραχίω primo loquemur, tunc sequuntur cæteri :  
 Ut pedes sibi recurserent temporum adversi vice :  
 Namque huic adversus ibit, qui tribus longis patet ;  
 Hunc μέλοιστον nominarunt, hunc & ἰππεῖον vocant,  
 Temporum tria ille habebit, iste duplo tenditur :  
 Quæ tamen quum partieris, simpla duplis reddito,  
 Forma talis est minoris, anima quando dicimus.  
 Hic trilongus tunc sonabit, quando Romanos loquor.  
 Qui breves primas habebit, atque longam tertiam,  
 Is erit ἀνάπαιστος, vides quot iste pes sit temporum.

Versus hic nusquam vacillat : hoc suo reddam loco,  
 Hujus exemplum tenebis, quando *populos* nominas.  
 Δάτυλον post hunc loquemur, nam priori adversus est.  
 Ordinis situ repugnans, temporum consors modo.  
 Nam breves longam sequuntur, quando dico *Romulus*,  
 Horum utrumque tempus æquum librat ἄρτει cum

ἄρτει.

Quum duas longas sequetur una brevior syllaba,  
 Pes erit βραχίον, ἀντιβραχίον autem tunc erit,  
 Quum brevem primam locabis, & duas longas dein :  
 Nomina aut vertes vicissim, quum priorem dixeris  
 Ἀντιβραχίον; nominato qui redit contrarius.  
 Temporum mensura par est, bina ternis appara,  
 Ut pedum natura poscet ante, vel retro brevem,  
 Forma ut est *Romanus* illi, sic *Catonæ* alteri.  
 Septimum pedem loquemur, quem vocant ἀμφίβραχυν,  
 Quum duæ breves utrimque, media longa ponitur :  
 Quale si velis *amicus*, aut *amicus* dicere.

Ἄρτει hinc sumat necesse est tria priora tempora,  
 Et ἄρτει relinquat unum : vel licet vertas retro,  
 Ἄρτει uno sublevetur, deprimant ἄρτει tria,  
 Par pari figura non est, pugnat unum cum tribus.  
 Nec modum dupli rependit, nec tenetur sesquiplo.  
 Exigunt idcirco talem qui sequuntur musicam.  
 Pes adest supremus unus octo de trisyllabis :

Ἀμφίμακρος, hunc priori perspicis contrarium :  
 Nam duæ longæ receptam continent intus brevem :  
*Romulus* si nominemus *Appulos*, aut *Doricos*.  
 Sesquiplo metimur istum, quinque nam sunt tempora  
 Nam duo ante, tria sequuntur, nunc tribus reddes duo  
 Italum si quando mutat Graius accentus sonum,  
*Appulos* nam quando dico, tunc in ἄρτει sunt duo,  
 Σωκράτῳ Grajus loquendo reddet in ἄρτει duo.  
 Creticum appellant eundem, forte Creticum genus  
 Quomodo ludos sub armis congruentes succinat.  
 Primus iste pes locatur his ubique in versibus,  
 Optimus pes & melodis, & pedestri gloriae :  
 Plurimum orantes decebit, quando pene in ultimo  
 Obtinet sedem, beatam terminet si clausulam  
 Δάτυλος, πονδείος, imam, nec τροχῶν respicit,  
 Bacchicos utrosque fugito, nec repellas τριβραχυν.  
 Nam solet longam τροχῶν solvere in duas breves :  
 Unde & appellant τροχῶν, quem vocamus τριβραχυν  
 Plenius tractatur istud arte prosa rhetorum.  
 Nec minus frequens ἰαμβος τριβραχυν ex se procreat :  
 Solvit & πονδείος unam quum propagat δάτυλο,  
 Quum prior solvetur, edet dactylo contrarium.

Ἀμφίμακρος sæpe primam, sæpe solvit tertiam :  
 Quin & ambas sæpe solvens, quinque componit breves  
 Versus est ut ille noster, quem probare debeo :  
 Regulam reddemus omnem debito metri loco.  
 Nulla enim non longa solvi per duas breves potest :  
 Dum suo pedi reservet præstituta tempora,  
 Syllabarum nil nocebit longior progressio.

Carmen sotadicum seu ionicum a majore de duplicibus  
 pedibus.

Nunc incipiam bis geminos pedes tetette,  
 Quasi si repetam (quos docui διττυλλάβους jam :  
 Unam

Πονδείος  
 Hic quatuor omnes :  
 Hanc efficit Minutius  
 Versum dabo, quo reg

abit avipedis ani  
 nos pedibus scar  
 meter erit, τριβ  
 habebit si  
 enim dicit  
 ut quarta pe  
 syllaba, vel pes n  
 minat, ut discrep  
 huic, tempor  
 hic dicitur

ex prohibent ord

Ca

enim ma

ioni

Tarentina

medias quan

τροχῶν, sequ

gemellum voci

qui χόρμος dicit

in isto faci

Romulidas dicere

prima brevis, l

conformis ordi

ante vocant (q

etiamque τροχῶν

prioris, qua

sequens, q

duos nom

illum n

prepoi

καὶ ἄρτει

quid delige

istis totie

genat qui pi

quam dicimus,

habet ἄρτει

etiam item lex

ἄρτει



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies







Horum si nihil est, specta ne forte trochæus  
 Sit tertius, finemque dat vocabulo :  
 Infandum regina, datur locus ecce trochæo,  
 Quem post duos pedes, videmus tertium .  
 Nec vitium medio in versu deprensus habebit,  
 Quem dactylum secuta faciet syllaba :  
 Nam sequitur *regina jubet* : prior inde trochæum  
*Ju*, brevis secuta reddit dactylum .  
*Bes* hinc quæ remanet, connectit cetera versus  
 Membra : at trochæus tantum erit novissimus .  
 Et quartum tradunt simili ratione trochæum :  
 Exemplum at ejus vix sed ipsi conlocant :  
 Namque ex prædictis pene est, ut regula quævis  
 Inventa versum comprobet : quem ( si vacet )  
 Quandoque ut quartum contingat habere trochæum,  
 Exemplar ejus tale confici potest :  
 Quæ pax longa remiserat, arma novare parabant :  
 Quartus trochæus *arma* fit, rarum est tamen . .  
 Harum si nulla est species deprensæ, magistri  
 Versum recusant, nec vocant heroicum .  
 Sed fortasse putes nullum contingere versum,  
 Quin ullam earum in regulam non incidat :  
 Rarum concedam, fieri non posse negabo :  
 Apud Maronem talis incurrit mihi,  
 Magnanimi Jovis ingratum ascendere cubile :  
 Species in illum nulla prædicta incidit .  
*Magnanimi Jovis*, est etenim tantum geminus pes :  
 Sequiturque nullus qui probatur semipes :  
 Inde duas longas pes tertius efficit *ingra*,  
 Orationis plena nec pars editur .  
 Et quartus *ascen* nec portio plena relicta est :  
 Et de sequens longam priorem perficit .  
 Quintum nulla jubet lex observare trochæum :  
 Nec est notandus unus in tot millibus .  
 Hæ faciunt formæ variati plurima metra :  
 Quæ potero tangam, tu mihi leges tene .

## D E M E T R I S .

*De pentametro versu, qui & elegiacus dicitur .*

**P**entametrum dubitant quis primus finxerit auctor,  
 Quidam non dubitant dicere Callinorum .  
 Hexametro quum quinque pedum subjungitur ille,  
 Partes heroi dupliciter recipit,  
 Quas *πενδημιερός* possit disjungere forma :  
 Has si quis geminet, pentametrum faciet .  
 Sed refert duo sint, an dactylus unus in illa :  
 Quum duo sunt, eadem bis repeti poterit .  
 Subjungam exemplum, quo fiat planus istud :  
 Desine Mænalios, desine Mænalios .  
 Dactylus ut duplex, non bis sententia currat :  
 Desine Mænalios, Musa referre jocos :  
 Hoc nec præpositum peccat, nec parte sequenti :  
 Talis utrique loco convenit una tome .  
 Si primo spondeus erit, tum dactylus alter .  
 Stabit, comma prius non poterit repeti .  
 Talis erit versus hæc portio, quam modo tracto :  
 Postquam res Asiæ, claudicat ut repetis .  
 Ut fiet comma sequens, bis dactylus adsit oportet,  
 Postquam res Asiæ, desine Mænalios .  
 Dactylus in primo positus, spondeus adhærens  
 Non oberit primis, officiet reliquis .  
 Exemplum ponam, parti quod congruat isti :

Musa mihi causas, discrepat hoc iterum .  
 Dactylus ergo duplex redeat mihi parte sequenti . .  
 Musa mihi causas, desine Mænalios .  
 Spondeum duplicem quæ pars prior est, bene sumet :  
 Peccat enim tantum posteriore tome .  
 Spondeos ante ergo dabis, pars cæteta curret :  
 O fortunati, desine Mænalios .  
 Pars prior ergo pedum admittet quemcumque duorum,  
 Dactylus in reliqua bis repetendus erit .  
 Scandunt pentametrum ( duo sint quasi commata ) quidam  
 Ut pedibus binis semipedes superent : . .  
 Hos sibi conjunctos spondeum reddere quintum :  
 Postquam res Asiæ, desine Mænalios .  
 At quidam in medio spondeum reddere malunt ;  
 Semipedem & primum cum capite alterius  
 Jungunt, dactylico quæ sit de commate, longa :  
 Inde duas promptum est sic remanere breves :  
 His longam adnectunt, qua dactylus incipit alter :  
 Cernis & hinc alias tot remanere breves :  
 Has ad semipedem jungunt in fine relictum .  
 Ultima nec refert longa sit, anne brevis .  
 Sic spondeus erit medius, duo post anapæsti :  
 Postquam res Asiæ, desine Mænalios .  
 Idcirco primo curabis commate semper ,  
 Ne brevis incurrens syllaba semipedis ,  
 Spondeum mediis nequeat conjungere longis :  
 Et fiat talis, incipe Mænalios . .  
 Nam *lis* quæ brevis est, jungat sibi sive supremam  
*Os*, vel quæ prima est, *in* : caput hoc etenim est .  
 Quia nec producta est, geminat nec consona vires :  
 Spondeus minime pes, sed iambus erit .  
 Exemplum idcirco vocali a parte locavi .  
 Longa foret ne *lis* incipe Mænalios .  
 Quidam ( quia gemino constat de commate versus )  
 Cludere comma prius non timere brevi : . .  
 Ut sit pentameter talis, qualem modo fingo,  
 Hoc mihi tam grande minus habere datur :  
 Aut qualis supra versus peccare videtur .  
 Si fiet talis, incipe Mænalios : . .  
 Namque referre nihil, sit qualis syllaba fini,  
 Commataque hoc ipsum juris habere volunt ;  
 Idcirco & verbo nunquam uno cola ligari,  
 Ut constet parti finis utriusque suus . . .  
 Nam vitiosus erit sic pentameter generatus,  
 Inter nostros gentilis oberrat equus : . .  
 Spondei duo sunt, quos dixi commate primo  
 Possè dari : veram syllaba quæ sequitur . .  
 Nec *πενδημιερόν* verbi cum fine relinquit :  
 Quæ data pentametris regula prima sonis :  
 Nec potest, dactylico debet quæ commate jungi,  
 Esse caput versus dactylici-patitur .  
 Hoc ipsum melius mutata parte coibit,  
 Gentilis nostros inter oberrat equus . . .  
 Tantam nostra nequit mensura absolvere litem :  
 Malo tamen longa cludere comma prius .  
 Hos elegos dixere, solet quod clausula talis  
 Tristibus ( ut tradunt ) aptior esse modis .

*De epodo, qui & semielegiacus .*

Nec tantum hexametris geminam subjungere partem  
 Dactylicam mos est : sæpe semel posita,  
 Præmissò hexametro dulcem subnectit epodon :  
 Talis epodus erit .  
 Tibia docta precor tandem mihi dicere versus  
 Desine Mænalios .



Hoc doctum Archilochum tradunt genuisse magistri :

Tu mihi Flacce sat es,  
Diffugere nives, redeunt jam gramina campis,  
Arboribusque comæ.

*De Anapestico versu catalectico ex secunda parte heroici.*

Cætera pars superest mea tibia dicere versus.

Hæc juncta frequentius edet  
Anapæstica dulcia metra.  
Cuicumque libebit ita istos  
Triplices dare sic anapæstos,  
Atque ille poeta phaliscus,  
Quum ludrica carmina pangit :  
Uva uva sum & uva salerna :  
Et ter ferot, & quatuor anno.  
Libro quoque dixit eodem.  
Unde unde colonus eoræ  
A flumine venit Oronti.  
Erit ultima syllaba post tres,  
Catalectica quæ perhibetur.  
Nec non alias quoque binas,  
Et tres superare solere.  
Pes sit licet integer ipse,  
Si non hunc regula poscet :  
Catalecticon hoc genus omne,  
Et semipedem vocitari,  
Supra quoque jam meministi.  
Mirum tibi nec videatur  
Spondeon inesse anapæstis :  
Rex, & dominus, prior, ipse est :  
Hic advena sumptus, & hospes.  
De scedere temporis æqui,  
Quoties locus expetet, ultro  
Reddet sua jura priori.

*Anapæsticum junctum Ithyphallico.*

Alias tamen hæc eadem pars  
Quoties Ithyphallicon addit,  
Metrum sibi tale fit unum.  
Mea tibia dicere versus Destitit Latinos.  
Jam dudum faucia cura, Deserit pudorem.  
Priamique evertere gentem, Fata jam parabant.  
Ithyphallica porro dicarunt, Musici poetæ :  
Qui ludicta carmina Baccho, Versibus petulcis,  
Graio cum cortice phallo, Tres dabant trochæos.  
Ut nomine sit sonus ipso, Bacche, Bacche, Bacche :

*Anapæsticum de hexametro.*

*Hexametrum.*

Hexametrum quoties ita totum dactylus explet,  
Ut nusquam in medio, sed sit spondeus in imo,  
Sive trochæus erit : quum dempta est syllaba prima :  
Quæ demi poterit, reliqui fient anapæsti :  
Ultimaque ex illis catalectica, quæ remanebit.  
Dactylico tali facile est hoc noscere versu :  
At tuba terribilem sonitum procul ære recurvo.  
At conjunctio quæ solida est quum demitur inde.

*Anapæsticum.*

Ea formula fiet ut est anapæsticus iste :  
Tuba terribilem sonitum procul ære recurvo :

*Hexametrum.*

Ultima vo remanet, quia dempta est syllaba prima :  
Dactylon in primo reddens, spondeon in imo.

*Choriambicum Phalæcium ex pentametro  
Hexametrum.*

Nec non dactylico qui commate constat utroque  
Pentameter, metrum quod erit choriambicon edet :  
Exemplum ponam, tunc fiat quatenus addam.

*Pentametrum.*

Nulla meo sedeat turba profana loco.  
Dactylicon colis esse vides geminis,  
Primum ut semipedem post, detur syllaba longa,  
Sive est natura, seu fit ab adpositis,  
Et quæ nunc brevis est, fiat penultima longa  
Tempore producto, cætera permaneant :  
Insere nulla meo, jam, produc pene supremam,  
Qui locus ante fuit, locus ut esse queat :  
Efficies metrum nomen cui dant choriambo,  
Nulla meo jam sedeat turba profana loco.  
Præmonui chorion dici, quem sæpe trochæum.

*Pentametrum.*

Dicimus : hic prior est, alter iambron habet.

*Hexametrum.*

Nulla meo pes efficitur geminatus utroque,  
Jam sedeat choriambus item, mox turba profa pes  
Tertius accedit similis, pars illa na luco  
Bacchius adversus fiet pes, nam brevis ante est,  
Et geminæ longæ ; fiet catalexis in istum,  
Quia non ejusdem generis deprensus in imo est,  
Ut docui, nec enim cludit choriambus honeste.  
Hoc Cereri metro cantasse Phalæcius hymnos  
Dicitur, hinc metron dixere Phalæcion istud.  
Nec non & memini pedibus quater his repetitis,  
Hymnum Battiaden Phæbo cantasse, Jovique,  
Pastorem Branchum : quum captus amore pudico,  
Fatidicas fortes docuit depromere Pæan.  
Qui multos legere, negant hoc corpore metri  
Romanos aliquid veteres scripsisse poetas.  
Dulcia Septimius qui scripsit opuscula nuper,  
Ancipitem tali cantavit carmine Janum.

*Choriambicum Phalæcium.*

Jane pater, Jane tuens, dive biceps, biformis,  
 Intra proceris vert  
 Intra procul aerium, ver  
 Intra cum parva sulis:  
 Intra aqua fluens, longal  
 Intra sicut inanis freta  
 Intra tunc cum celo ti  
 Intra pura polo sunt h  
 Intra picturati conve  
 Intra edax, premar  
 Intra post tergum pat  
 Intra tuncque anate  
 Intra, & summa nebu  
 Intra super latices si  
 Intra tunc que comas ru  
 Intra in terras, tu  
 Intra, & longe  
 Intra tunc ventos mo  
 Intra tunc diversis se p  
 Intra tunc verret pela  
 Intra procellarum, si  
 Intra tunc, si lenis  
 Intra tunc in medio mundi  
 Intra tunc veterem  
 Intra tunc celo volitent  
 Intra tunc gemitu se for  
 Intra tunc teter velut an  
 Intra tunc volucres, si  
 Intra tunc mactentur, si



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Proxima decerpunt : si Threicæ per aperta  
Sponte grues trepidant, nec sese audacius æthræ  
Committunt, pinnis ut longos sæpe volatus  
Formavere super : si solvit aranea castes,  
Tenuia si toto vehit auster licia cæcio,  
Mox tempestates, & nubila tetra cientur.

Quid? majora canam : cinis, cinis ipse repente  
Cum coit, albenti nix terras vestit amictu,  
Nix operit terras, rutilis ubi lumina prunis  
Summa rubent, errantque brevi caligine crassa  
Interius nebulæ, & denso jam fomes in igni  
Marcescit penitus, pluvios mox arguet austros.

Induit immodicis cum semet floribus ilex :  
( Indiga nam succi ligno natura rigenti est )  
Et cum flore novo, cum brachia glande gravantur  
Uventis cæli sub nutrimenta latenter  
Sponte operata docet, quin & lentiscus amara,  
Indicium est pluviis. ter sætum concipit arbos,  
Terque novos genitrix fructus alit : ipsaque trino  
Flore renidescens tria tempora prodit arandi.  
Ter prorumpentis scillæ teres erigitur flos,  
Sulcandique solum ter monstrat tempus adesse.

Sic & crabronum rauca agmina, si volitare  
Fine sub autumnis conspexeris æthere longo,  
Jam vespertinus primo cum commovet ortus  
Vergilias pelago, dices instare procellas.  
Sique sues lentæ, si lanæ sedula nutrix,  
Si capra dumosis errans in saltibus, uitro  
In Venerem pergat : quippe ollis uvidus aer  
Excitat internum per viscera mota furorem :  
Et tempestates & nubila protinus atra  
Adfore præcipies, quin & gaudebit arator,  
Quique solum justis versabit mensibus anni,  
Plebe gruum prima : gaudebit tardus arator  
Agmine pigrarum : sic quadam lege deorum  
His comes est imber. pecudes si denique terram  
Lanigeræ sodiant, caput aut tendatur in arcton,  
Cum madidus per \* marmora turbida condit  
Pleiadas occasus, cum brumæ in frigora cedit  
Frugifer autumnus, ruet æthra concitus imber.  
At ne perruptis terrarum dorsa lacunis  
Infodiant pecudes : si vasto viscera hiatu  
Discutiant terræ, veniet vis æthere toto  
Dira procellarum, nix omnes vestiet agros,  
Nix herbas lædet tenetas, nix uret aristas.

At si contigerit plures ardere cometas,  
Invalidas segetes torreat sicciore aer.  
Namque prorumpuntur naturæ legibus ultro  
Spiramenta soli, si justus defuit humor,  
Arida per cælum surgentia desuper æthræ  
Ignescunt flammis, mundique impulsa calore  
Excutiunt stellas, & crebro crine rubescunt.


Contemplator item, si longo plurima ponto  
Agmina festinant volucrum, solitamque frequentes  
Succedunt terram, sterilis desæviet æstus,  
Ac srient agri : nam qua circumflua tellus  
Adluitur pelago, coquit altam sicciore aer  
Cespitis arentis ventis, citiusque calorem  
Sentit humus sic cinctæ salo : fuga protinus ergo  
Est avium in terras : pavet hos ut viderit æstus  
Agricola, & sicco jam deflet mergite culmos.  
Sed si tum modico producant agmina ab undis,  
Nec trepido passim versant convexa volatu,  
Lætitia est duris pastoribus, adfore parcos  
Præsumunt imbres : sic in contraria semper  
Votæ homines agimur, nostrique cupidine fructus

Poseimus alterius dispendia : denique & ipsa  
Solers natura, & rerum genitabilis ordo,  
Certa suis studiis adfixit signa futuri.

Namque & ovis cupido si gramina rondeat oro  
Infaturata cibi, decerpens latius agros,  
Passior id indicium pluvialis frigoris edet.  
Et si persultans aries lascivius herbas  
Adpetit, aut sese sustollant saltibus hædi :  
Vel si jure gregi cupiant hædere, nec usquam  
Matribus abscedant, & si sine fine modoque  
Pabula delibent, cum tutas vesper adire  
Compellat caulas, monstrabunt adfore nimbos.  
Bubus atatot item trahit atræ signa procellæ,  
Lambere si lingua prima hos vestigia forte  
Viderit, aut dextrum prosternere corpus in armum.  
Vel si prolixis auras mugitibus implent,  
Pascua linquentes vix vespere. dat capra moti  
Rursum signa poli, cum spinis ilicis atræ  
Multa inhiat. docet hæc eadem sus horrida, cæno  
Gurgitis illuvie si sapius involvatur.

Martius ipse lupus villarum proxima oberrans,  
Affectansque locos hominum, lectumque laremque  
Sponte petens, crasso consurgere nubila cælo  
Præmonet. id parvi cum stringunt denique mures  
Cum gestire solo, cum ludere forte videntur :  
Protendit tibi met canis id præsentia, mutam  
Tellurem sodiens. tamen hæc tamen omnia rerum  
Adfore vel primo nimbos mox sole docebunt,  
Vel cum curriculis lux ibit cepta secundis,  
Tertius aut verso cum venerit ortus Olympo.

Non spernenda tibi sint talia, sed memor uni  
Adde aliud semper : si tertia denique signa  
Proveniant, firmo venturum pectore fare :  
Et transtorum solers componere mensum  
Signa laborabis, si sic fluxere reperta,  
Nequaquam trepidare pudor persuadeat ullos  
Astrorum lapsus, astrorum protinus ortus  
Discute, si casus similes & stella per æthram  
Prodidit : exacti jam summa crepuscula mensis,  
Et surgentis item primordia conscius artis  
Fare sacræ. mensum confinia lumina duorum  
Cæca latent : lucis hæc semper semet in octo  
Inscia lunaris tendunt facis : ipse fideli  
Perquires studio : & si quid tibi forte repertum,  
Pluribus indicis solers fulcire memento.



## E J U S D E M

D E S C R I P T I C  
O R B I S T E R R Æ.

Qua protenta jacent vastæ divortia terræ,  
Et qua præcipiti volvuntur prona meatu  
Flumina per terras, qua præcis incluta muris  
Oppida nituntur, genus hoc procul omne animantum  
Qua colit, Aonii peraget stylus impiger oris,  
Ardua res, musæ. deus, en deus intrat Apollo  
Pectora fatidicæ quatiens penetralia Cirrhæ.  
Pierides toto celeres Helicone venite,

Con-

Concinat & Pha  
Carmenis auspici  
Oceani nam te  
Arva ut cæleste  
Nec tamen extrem  
Qua colitur populis  
Sed matino qua ca  
Lator, ac si curva  
Læta procerus. t  
Lis : est primura  
Lore ab Hesperic  
Larumque cavis  
Langa cæsa rume  
Lonic Gades, l  
Lapocul Nili. Pl  
Luliaci celebrant  
Læge de hinc læ  
Lia Alia inclians,  
Læper, ac rupti d  
Læpam arque Asi  
Læ se Sarmaticis et  
Læsus Araxeo priu  
Læbit in Scythiam  
Lærat, & inferto si  
Læncique riget sei  
Læsus picoli gurgis  
Læbiqua salii repic  
Lærumque trium r  
Læprocul Nili late  
Læra pars orbem tel  
Lætes terga jacens Al  
Læbulique modi pro  
Læsa contingit freta d  
Lætas Euxino est.  
Læaque lecat. tell  
Læsi, infertoque sin  
Lætas hinc Arabum  
Læta, & Libycis Asi  
Læntia fuit sententia  
Lætas haberetur. toru  
Læntis in festi moles li  
Læra est pelago, pel  
Læror ut innumeris t  
Læse blanda latis int  
Lærum Oceano ma  
Lætaonia rursum h  
Lægratores nutriti tel  
Lætas Saturni late jac  
Lætas salii stant ma  
Lætas tenet, nunqu  
Lætas hic Graio perl  
Lætas quam lento flu  
Lætas sole carens p  
Lætas has oras ardo  
Lætas dies illumin  
Lætas nebrosa cælum  
Lætas prima dies rutil  
Lætas tremulas late  
Lætas pægas, freta dic  
Lætas Epilurei tendu  
Lætas que salum. dif  
Lætas hæc estu radiorm  
Lætas corpit. sterilis res  
Lætas, castæque lo  
Lætas hæc cuncta vago  
Lætas unis terras i



Concinat & Phœbo veslet chorus, Oceanumque  
 Carminis auspiciū primum memorate Camenæ.  
 Oceani nam terra salo præcingitur omnis,  
 Parva ut cæruleo caput effert insuā ponto:  
 Nec tamen extremo teres est sinus undique in orbem  
 Qua colitur populis, qua tellus paret aratro:  
 Sed matutino quæ cælum sole rubescit,  
 Latior, accisi curvantur cespitis arva,  
 Cætera protentis. tria sunt confinia terræ  
 Unius: est primum Libyæ, Europæque, Asiæque.  
 Æquore ab Hesperio quæ se salis insinuat vis,  
 Terrarumque cavis inlabitur arduus Atlas,  
 Qua juga celsa tument, Libyæ sese explicat ora:  
 Finis huic Gades, septenaque gurgite vasto  
 Ora procul Nili. Phariorum hic gleba recumbit,  
 Et Pelusiaci celebrantur templa Canopi.  
 Europæque dehinc lævum est latus. & procul ambas  
 Una Asia inclinans, geminis se cornibus urget  
 Desuper, ac rupti divortia continet orbis.  
 Europam atque Asiam Tanais disterminat amnis.  
 Hic se Sarmaticis evolvens finibus arte  
 Scissus Araxeo prius æquore, jam suus, unda  
 Effluit in Scythiam: procul hinc Mæotida Tethin  
 Inttat, & inserto freta pellit valla fluente,  
 Ismaricique riget semper flabris Aquilonis.  
 At qua piscosi gurges strepit Helleponti,  
 Vis obliqua sali tepidum procumbit in Austrum,  
 Tetrarumque trium modus est mare, donec in altis  
 Ora procul Nili late Thetis efflua serpat.  
 Altera pars orhem telluris limite findit.  
 Cespes terga jacens Asiæ succedit in oras;  
 Immensusque modi protenditur. hic latus artans  
 Caspia contingit freta desuper, atque tument  
 Proximus Euxino est. Asiam conterminus iste  
 Europamque secat. tellus sese altera in Austrum  
 Porrigit, insertoque sinus interjacet agro.  
 Nam sinus hinc Arabum, sinus hinc Ægyptius unda  
 Æstuat, & Libycis Asiam discernit ab oris.  
 Sic diversa fuit sententia, rite quis orbi  
 Limes haberetur. totum hoc circumlatrat æstus,  
 Et maris infesti moles ligat. una furenti  
 Natura est pelago, pelagi sed nomina mille,  
 Æquor ut innumeris terrarum admoverit oris.  
 Qua se blanda satis intendunt flabra Favoni,  
 Hesperium Oceano mare terras intrat ab aito.  
 Axe Lycaoniæ rursus facis, atque ubi dura  
 Belligeratores nutrit tellus Arimasps,  
 Nomine Saturni late jacet æquoris unda.  
 Hic densata sali stant marmora, pigraque ponti  
 Se natura tenet, numquam ruit effluus humor.  
 Mortuus hic Graio perhibetur gurges in usu.  
 Denique quam lento stupeat plaga salsa profundo,  
 Vel quam sole carens pars orbis terra rigescat,  
 Vix hebes has oras ardor Titanius adflat,  
 Vix evesta dies illuminat, omneque late  
 Pingue tenebrosa cælum subtextitur æthra.  
 At qua prima dies rutilo sustollitur ortu,  
 Aureus & tremulas late rubor inficit undas,  
 Eoum pelagus, freta dicunt Indica. ponti  
 Propter Erythræi tenduntur dorfa profundi,  
 Æthiopumque salum. diffunditur hic notus; æthram  
 Urit, & hic æltu radiorum Phœbus anhelat  
 Arva coquit. sterilis regio est & inhospita late,  
 Aret humus, cassæque solo torrentur arenæ.  
 Oceanus sic cuncta vago complectitur æstu,  
 Undique sic unus terras interminus ambit,

Innumerosque sinus cavat inlabentibus undis  
 Desuper & multis: celebri sub nomine tantum  
 Quatuor infuso late sale terga dehiscunt.  
 Primus in orbe sinus vasti maris æquora cingit.  
 Gurgitis Hesperii procul hic protentus in oras  
 Faucibus a Libycis æstum trahit, atque ubi lætam  
 Cespite sub pingui pandit Pamphylia glebam,  
 Deficit, & curva sinuatur littoris ora.  
 Alter item est primo brevior, majorque duobus.  
 Hic prolapsus aquas Boreali fusus ab alto  
 Terga procelloso turgescit Caspia fluctu.  
 Hyrcanum hoc pelagus pars nominat. hinc duo rursus  
 Ora patent ponti: geminus sinus æquoris intrat  
 Telluremque cavat, qua se Notus axe repenti  
 Erigit. horum unus vada longe Persica fundit,  
 Caspia conversus procul in freta porrigiturque.  
 Quartus Arabs tument hic tabido per aperta fluente,  
 Euxinumque salum videt eminus. en tibi rursus  
 Æquoris Hesperii tractus loquar: istius unda  
 Lambit terga soli qua se vagus explicat orbis.  
 Nam vel cæruleo loca circumplectitur æstu,  
 Vel celso dimissa jugo confinia radit,  
 Mœnia vel fusi perstringit gurgite ponti.  
 In Zephyrum tellus extenditur, oraque terræ  
 Ultima proceras subducit in astra columnas.  
 Hic modus est orbis: Gadir locus. hic tument Atlas  
 Arduus, hic duto torquetur cardine cælum,  
 Hic circumfusis vestitur nubibus axis.  
 Et primum ruptas se pontus Ibericus illinc  
 Inserit in terras. caput autem principiumque  
 Europæ & Libyæ est. mediis infunditur oris,  
 Inrepatque salum. scopuli stant ardui utrimque,  
 Unus in Eutopam, Libyam procul aspicit alter,  
 Sic deserta freta proceras cacumina celsis  
 Emicuerunt jugis, sic intrant saxa profundum,  
 Sic subeunt nubes, sic cælum vertice fulcit  
 Maura Abila, & dorso confurgit Iberica Calpe.  
 Gallicus hinc æstus provolvitur. hic super, urbem  
 Massiliam gens Graia colit, Ligurumque tumescit  
 Æquor, & indomito tellus jacet Itala regno.  
 Ausonis hæc regio est; pubi genus ab Jove summo.  
 Qua se flabra trucis Boreæ per inhospita terræ  
 Eruçant cælo, populis caput Ænea clarum  
 Alba, dehinc cautes est terminus. hæc freta propter  
 Trinacriæ summo confurgit littoris ora.  
 Evolvuntur item vada fusi cærulea ponti,  
 Insula qua Cynus fluctu madet alludente  
 Littoris ostriferi protendens latius undam.  
 Sardiniamque dehinc moles circumflua cingit  
 Æquoris, & cano spumant freta concita fluctu.  
 Hinc Tyrrhena sali sunt agmina, qua Notus axem  
 Humidus inclinat. qua lux se rursus eoa  
 Emergit pelago, Siculi maris æstuat unda,  
 Obliquumque quatit gurges potentior altum  
 Usque in saxosi Pachyni juga. plurimus inde  
 In Cretam trahitur ponti tumor. hincque procul se  
 Inclinat rupes sese, obvia fluctibus altis.  
 Ingreditur pelagus Cortynia mœnia juxta,  
 Ac procumbentis sola propter pinguis Sexti,  
 Prona maris cautes extenditur, ut ferus ora  
 Est aries, ultroque minans petit obvia fronte.  
 Denique sic olli nomen prior indidit ætas:  
 Nec minus Italiæ cornu prospectat acuti  
 Littoris, & rapidi perflatur Japygis ortu.  
 Hinc se rursus aquis Adriatica marmora fundunt,  
 In Boream Zephyrumque dehinc deflexa parumper.

Hic

STICA,  
 de & ipa  
 ceco,  
 ri.  
 sa roudat oia  
 fos,  
 edet.  
 s  
 hedi:  
 e uliquam  
 moloque  
 r adire  
 adione nimbo,  
 gna procelle,  
 agia forte  
 corpus in armum,  
 plent,  
 et capta moei  
 icis atræ  
 sus horrida, cano  
 ur.  
 proxima oberrans,  
 lectumque harenque  
 re mobila celo  
 ant denique mures  
 forte videntur:  
 lentia, multam  
 tamen omnia rerum  
 sole docebant,  
 ta secundis,  
 ortus Olympo.  
 sed memorant  
 nique signa  
 elore fare:  
 vere mensum  
 aperta,  
 persuadent illos  
 totius ortus  
 ella per artram  
 a crepuscula mentis,  
 concisus artis  
 a summa duorum  
 per semet in oculo  
 iste fideli  
 tibi forte reperuan,  
 re nememo.

DEM  
 RIPTIC  
 TERRÆ.  
 it vata divortia terræ,  
 i voluntur prona meatu  
 ras, qua pifcis inclytas  
 nec procul omne abitant  
 e stylus impiger oris,  
 en deus intrat Apollo  
 penetralia Cirthe.  
 bove venite,  
 Cr.



Hic sinus Ionus curvatur littoris acta,  
 Alta petunt rauco penitus repentina fluctu,  
 Cespitis & gemini tellus inrumpitur alto.  
 Nam qua caruleis pontus sese inferit undis,  
 Illyris in dextris pandit regionibus agros,  
 Æmathiamque super sulcat genus acre virorum.  
 Aufonidum læva est. hic longo cespite tellus  
 Funditur, & varia populorum pube domantur  
 Arva soli. trina hæc pelagi circumtonat unda.  
 Nam qua se Zephyri suffollunt flabra, profunda  
 Tyrreni est pelagi: qua se notus erigit æthra,  
 Sicanum late fluitat mare, qua procul autem  
 Spirat ab Eois pulcher regionibus Euris,  
 Ioni sunt terga sali. sic Itala tellus  
 Ut circumfusis latus amplum labitur undis.  
 Efflua post Siculi moles evolvitur alti,  
 Inque Notum late vada ponti cærulea serpunt,  
 Donec arenosas attollant æquora Syrtes,  
 Infidumque rati tenuent mare. languida quippe  
 Æquore jam fesso sese trahit unda per ambas.  
 Montibus ab Siculis capit autem prona meatum  
 Cretæisque jugis, vix Syrtes inter oberrans,  
 Parcior & tenui prætexens ima fluente.  
 Rursus ab Idæa Salmonide porrigit æquor  
 Se geminum: nautæ Pharium dixere profundum,  
 Quod procul hinc Casiæ vergit confinia cautis.  
 Sidoniique dehinc late salis æstuat unda,  
 Issicus in modico donec sinus ore patefcit,  
 Æquoris & nostri fit terminus: arva ubi late  
 Pinguia proceris Cilicum versantur aratris.  
 Curva salo forma est: hinc sese marmora ponti  
 In Zephyrum torquent, ac flexu lubricus etrat  
 Gurges, & exesas inlabitur unda lacunas.  
 Sic virosarum proluxa volumina sese  
 Sponte Cerastrarum facili sub viscere curvant,  
 Sic spiras crebro sinuat draco, seque vel orbe  
 Colligit inclinans, vel pronis agmina longe  
 Tractibus absolvit: stridet nemus undique totum,  
 Pestifero afflatu serpens vagus inquinat æthram.  
 Haud secus inlappo penetrantur littora fluctu,  
 Et rursus tellus init æquora: jugis ubique  
 Mugitus pelago est, gemitu loca cuncta resultant,  
 Imminet hic late Pamphylia, subluit illic  
 Unde Chelidonias inlissum murmurat æquor,  
 Sæpius & crebra spumescunt æquora rupe.  
 Terminus hic cautes Patareidis eminet arcis,  
 Ac tursum in Zephyrum vada semet cærulea curvant.  
 Hic salis Ægæi tractus tonat, inque Bootis  
 Plaustra dehinc rapidi flectuntur marmora Nerei,  
 Saxosis Sporadum sæpe obluantia ripis.  
 Non aliud tanta confurgit mole profundum:  
 Non sic curva Thetis fluctu tumet. exstimus olli  
 In Tenedum cursus, pelagi caput incipit Imbri.  
 Cespitis hic proni protendens dorso Propontis  
 Flatibus ex Boreæ tepidum procumbit in austrum,  
 Immensaque Asiæ populos alit ubere terræ.  
 Hic artas inter fauces atque obvia saxa  
 Thracicus angustas discludit Bosporus oras:  
 Bosporus Inachis subvector virginis olim.  
 Nam vicina sibi stant littora, terraque parci  
 Faucibus oris hiat, prona sinus evomit unda:  
 Proxima non alibi tantum divortia cernas  
 Cespitis. hac pecoris dorso sternacis in æquor  
 Inachis illata est. sic pectus canduit ira  
 Pellicis, & tanto divam dolor extulit igni.  
 Illic instabili fama est sale saxa moveri,

Inferrique sibi flabris urgentibus oras.  
 Hic rigidas errare ferunt per marmora cautes,  
 Et nunc ora soli vastas prætere rupes,  
 Nunc aperire sinum: gemit amplo murmure pontus,  
 Seu quod collisas Thetis indignata per arces  
 Sæviat objectis, seu quod brevis exitus undas  
 Exerat, & strictis eructet faucibus æquor.  
 Interius lato Pontus se gurgite fundit,  
 Undarumque procul latus explicat, aurea Phœbi  
 Qua rota purpureo repetit convexa sub ortu.  
 Sic obliqua maris panduntur denique dorso,  
 Ut matutinis inclinæ æquor habenis;  
 Longior aut Boreæ concedat gurges in axe.  
 Pontus enim nostræ sinus est amplissimus undæ.  
 Hic Asiæ ab læva præcingitur, Europamque  
 Excipit, adversusque dehinc se Thracicus artat  
 Bosporus, & tenui vix panditur oris hiatu.  
 At qua diducto pontus distenditur æstu,  
 Et porrecta mari terræ juga longius intrant  
 In pelagus, tractuque vago sua littora linquunt,  
 Cespite Paphiaco prodit saxosa Carambis.  
 Altera se cautes similis procul arietis ori,  
 Dura pruinoso qua torpet Taurica cælo,  
 Exerit, & tenta late premit æquora fronte.  
 Eminus ista Notum videt, Arctos eminus illa.  
 Porro inter fluctus ac fusi marmora ponti  
 Proxima celsorum sic sunt sibi dorso locorum:  
 Quamvis vasta sali moles interfluit arces,  
 Ut gemini sit forma maris, sed brachia Pontus  
 Finibus arctois Eoræ lucis in ortum,  
 Et qua prona dies atris involvitur umbris,  
 Molliter inclinans Scythici speciem facit arcus:  
 At tepidi de parte Noti directitur ora,  
 Continuumque jacens rigidi sub imagine nervi  
 Tenditur. excedit confinia sola Carambis  
 In Boream vergens. Boreali rursus in arcto  
 Ore sinus patulo Mæotidis arta plaudis  
 Æquora prorumpunt. Scythia late barbarus oras  
 Incolit, & matrem ponti cognominat undam.  
 Sola parens ponto, genitrix hæc sola fluente est,  
 Hoc se fonte trahunt vaga glauci marmora ponti,  
 Cimmerio prolapsa sinu. nam Bosporus illic  
 Cimmerius fauces appetit. circumque superque  
 Cimmerii gens dura colunt. hic ardua Taurus  
 In juga confurgit, cælumque cacumine fulcit,  
 Verticis & celsis late caput inferit astris.  
 Huic, mirante salo, quondam sese intulit agro  
 Thessala, & innantem stupuerunt æquora cymbam.  
 Sic vasti moles pelagi interfunditur oras,  
 Sic se forma maris toto procul explicat orbe.  
 Nunc tibi tellurem versu loquar. incute docto  
 Phœbe chelym plectro. multis intermina vita  
 Permanet, & memori laus semper pullulat ævo.  
 Indefessa tuæ sint mentis acumina, lector,  
 Sudorisque mei patulo bibe carmina ristu.  
 Dulcis in his haustus; meritum grave, gratia perpes.  
 Ergo solum terræque Libydidis ora per austrum  
 Tenditur, Eoræ procul in confinia lucis.  
 Gades principium est, caput hujus cespitis autem  
 Artius angusto conducit littora ractu,  
 Oceanique salum cuneo subit illius oræ.  
 Terminus immensis Arabum concluditur undis.  
 At latus hoc terræ diffusus explicat agros,  
 Arvaque tenta patent. hæc pingui cespite tellus  
 Æthiopum est nutrix, qui nigras propter Erembas  
 Extremi Libyæ curvo sola vomere sulcant.

Arva tenent.  
 incolit: hos

Corda rigent, &  
 Proxima le late l  
 Mæthique super  
 Phætes agitant.  
 Vix in dumofas  
 quatuor car  
 gibus natifq  
 bus: haud ul  
 his mugitus p  
 a confurgunt  
 Phæniffa prius  
 blanda quies,  
 hinc in Syrtim  
 riusque dehinc  
 hor vasta sibi lat  
 dumque rati pe  
 darum moles T  
 ratumque falun  
 e alia lento prore  
 que vix tenuis t  
 amor ergo modi  
 us & classem for  
 tum medio pro  
 git. hanc rursun  
 lagi includunt. c  
 z, quis quondam  
 are solum, multæ  
 apudes; nunc le  
 na nuda jacent, &  
 hæc duro vastavi  
 mivisti gens robe  
 ntilit, pubem Latio  
 aquilas Rhoda  
 paludivagos Geræ  
 zulas attingunt æ  
 na navigato tellus d  
 amez gentes, pon  
 a tenent. hic fata c  
 it arenosis nemus i  
 Cyrene propter ve  
 protera arces, & A  
 zidæ juxta procul h  
 inclinant, tergo  
 & patulis Nigr  
 hinc Garamas la  
 amas, pedibus f  
 at quantum ter  
 Oceano tellus v  
 populos adit a  
 Æthiopum pop  
 es medi succce  
 poveri, nigri cut  
 inacti nervi ext  
 molles currunt  
 cæ impresse lingu  
 volunt hinc sese  
 & intenti prol  
 cæteis incidit the  
 nio lingua Siris  
 cæcedens diti loca

Et



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Subtrahat extemplo quali nux pinea forma est.  
 Singula versanti talis succedat imago  
 Europæ & Libyæ. sic nam latus explicat ambas  
 Unum, & utrimque caput, similis quoque finis utrimque.  
 Sed tamen Hesperii qua spectant æquoris undam,  
 Ambæ producto coeunt sibi cespite terræ.  
 Qua matutinus sol istas ignibus adflat,  
 Lator ambabus species distenditur. unum  
 Hoc agili sub mente teras; velut obvia habebis  
 Cætera terrarum. tellus Europa columnis  
 Proxima magnanimos alit æquo cespite Iberos.  
 Hi super Oceani borealis frigida tangunt  
 Æquora, & excursu diffusi latius agri  
 Arva tenent. auris nimium vicina Britannis  
 Flavaque cæsariem Germania porrigit ora,  
 Dumosa Hercyniæ peragrans cœnfina silvæ.  
 Inde Pyrenæi turgescunt dorfa nivalis:  
 Gallorumque truces populi per inhospita terræ  
 Vitam agitant. tum cæruleum Padus evomit antro  
 Flumen, & extento patulos premit æquore campos.  
 Hic prius Bridani propter nemorosa fluenta  
 Fleverunt liquidæ lapsum Phaethonta sorores,  
 Mutatæque manus planxerunt pectora ramis.  
 Nec procul hinc rigidis insurgunt rupibus Alpes,  
 Nascentemque diem celfo juga vertice cernunt.  
 Porro inter cautes & saxa sonantia Rhenus,  
 Vertice qua nubes nebulosus fulcit Atulla,  
 Urget aquas, glaucæque rapax rotat agmine molem  
 Gurgitis Oceani, donec borealis in undas  
 Effluat, & celeri perrumpat marmora fluctu.  
 Quin & Danubium produnt secreta repente  
 Barbara, sed discors tamen est natura fluento.  
 Abnoba mons Istro pater est: cadit Abnobæ hiatu.  
 Flumen in Eoos autem convertitur axes,  
 Euxinoque salo provolvitur: ora per æquor  
 Quinque vomunt amnem, qua se procul insula Peuce  
 Exerit. hinc rigidi qua spirant flabra Aquilonis,  
 Sarmata, Germani, Geta, Basternæque feroces,  
 Dacorumque tenent populi, tenet acer Alanus.  
 Incola Saurisci Scythæ littoris; indeque rursus  
 Dira Melanchlæni gens circumfusa vagatur.  
 Proxima Neuronum regio est, celeresque Geloni,  
 Præcinctique sagis semper pictis Agathyrsi.  
 Inde Borysthenii vis sese fluminis effert  
 Euxinum in pelagus. tunc æquora Panticapæi  
 Ardescique ibi cæso de vertice surgunt.  
 Rhiphei montes ibi dura sæpe sub arcto  
 Densa pruinosos eructant nubila nimbos.  
 Hic dites venæ niveum gignunt crystallum,  
 Atque hic indomito tellus adamante rigescit  
 Inter Riphæos & proceros Agathyrsos.  
 Hæ gentes Istrum, qua se plaga dura Bootis  
 Porrigit, incumbunt. medii de parte diei  
 Per dumosorum reptantes dorfa jugorum  
 Gerrhæ habitant. Gerrhas attingunt oppida late  
 Notica, & immodicæ rursus loca pinguis glebæ  
 Pannonia exercet. Boream subit altior agro  
 Mæsus, & extento post tergum cespite Thraces  
 Plurimus excedit. tunc ipsi maxima Thraces  
 Vomere sollicitant curvo loca. denique longo.  
 Qua porrecta jacet spatiosa piscosa Propontis,  
 Et se præcipiti fluctu surit Hellepontus  
 Ægeum dehinc procul in mare; plurima Thraces  
 Arva tenent. hic mellifluis Pallena sub anttis  
 Lychnitis rutilæ flammæ alle: hic & iaspis  
 Fulva micat stellis, quantum convexa per æthra

Ignea perpetuis ardescunt sidera flammis.  
 Hic rursus occiduis Europam labor ab oris.  
 Hæc tamquam speculis adsurgens plurima trinis,  
 Spectat Achemeniæ lucis jubar. unus Iberos  
 Limes habet, limes tenet alter denique Graios,  
 Ausoniæ medius protendit latius arva.  
 Oceani vicina salo qua glauca recumbit,  
 Oceani Hesperii tum & illic ardua Calpe,  
 Hic Hispanus ager, tellus ibi dives Iberum:  
 Tartesusque super sustollitur: indeque Cempsî  
 Gens agit in rupis vestigia Pyrenæ.  
 Protendens populos medios e limite glebæ  
 Ausonis effundit. mediam secat Apenninus  
 Ausoniam. nam qua Boreali vertice ad æthra  
 Concresecunt Alpes, surgit caput Apennino:  
 Et qua Sicaniæ tellus madet æquoris æflu,  
 Ut protelatæ molis juga gurgite condit.  
 Hunc circa multæ sola sulcant proxima gentes;  
 Et tamen has omnes solers tibi musa loquetur.  
 Prima vetustorum gens est ibi Tyrrhenorum:  
 Inde Pelasga manus, Cyllenæ finibus olim  
 Quæ petit Hesperii freta gurgitis, arva retentat  
 Itala. tum multa tenduntur parte Latini,  
 Per quos flaventes Tybris pater explicat undas,  
 Romanosque lares lapsu prælambit alumno.  
 Hic Campanus ager glebam jacit. hic freta quondam  
 Parthenopen blando labentem in marmora ponti  
 Suscepere sinu. tepidum si rursus in austrum  
 Convertare oculis, nemorosi maxima cernes  
 Culmina Picani. coma largi palmitis illic  
 Tenditur, ac fuso Bacchus regit arva flagello.  
 Tunc Lucanorum regio insurgentibus alte  
 Cautibus horrescit, scrupus sola creber iniqua  
 Asperat, & denso cæcantur stipite silvæ.  
 Brurius hic dumos acer colit inter & arces  
 Obsidet infidas, donec Sicana fluenta  
 Intendant pelagus, dispositisque æquora terris  
 Instabile inclinent semper mare, qua vel Eois  
 Hadrias unda vadis largam procul expuit algam,  
 Vel qua Tyrrheni præceps involvitur æstus.  
 Ab Zephyro hinc rupes dorsum tumet, inque Bootis  
 Plaustra patens albo consurgit vertice saxum.  
 Huc se prisca Locri gens intulit, & sale longo  
 Eminus investi, qua pontum gurgite rumpit  
 Flumen Alex, Græcæ texerunt linthea cymbæ.  
 Hinc Metapontini discurrunt latius arva.  
 Inde Croton prisca attollit mœnia muris:  
 Æsarus hic amnis salsa convertitur unda.  
 Et Junone calent hic aræ præsule semper.  
 Nec minus exciri post flumina dira tonantis  
 Infortunatæ Sybaris vicina ruinæ est.  
 Samnitæque truces habitant cœnfina. post hos  
 Gens Marsum quondam tenuit loca, tumque Tarentum  
 Surgit Amyclæi soboles prædura tyranni.  
 Hinc jacet in patulos projecta Calabria campos,  
 Et super arenti tonduntur lapyges agro.  
 Huc se præcipiti cogit ferus Hadria ponto.  
 Hic Aquileia decens celsis caput inserit astris.  
 Tergestunque dehinc curvi salis incubat oram,  
 Extimus Ionii qua se sinus æquoris abdit.  
 Tot populi Ausoniam circumdant mœnibus altis,  
 Italiam cingunt tot diti cespite gentes.  
 In vuia r' eorum rursus se caper via slectunt  
 Æquora, & Assyrium suspiciant eminus axem  
 Ionii freta glauca sali, primosque Liburnos  
 Præstringunt; pelago gens Hylli plurima rursus

Acco: hic  
 Tybris ora de  
 spe carina n  
 Tunc prore per  
 Harmonia & C  
 Barbara. nam h

Abolere diem,  
 Nec minus hic alio  
 aditum se  
 eventus,  
 & ger  
 tantur homo.  
 mitis item  
 abra solum  
 aperite lati  
 produunt se  
 insu proci  
 lambunt pela  
 hanc fluctu  
 manet tellus  
 que suos, imc  
 in Ægeum ca  
 poli Zephyris  
 rursus Pel  
 que platani fo  
 caput summu  
 beam tellus, &  
 na sub folii speci  
 utrumque latu  
 sed tepido qua  
 Tripolis ster  
 Alpheus flur  
 Eurotas. Pifane  
 Amyclæas celeri  
 curvas incli  
 immensum pro  
 lentus aquas lata  
 Agrius ager, jux  
 prima dies ceter, il  
 terga dehinc gen  
 Ephyris piceas q  
 matutinus qua lu  
 u Graio uomen  
 na hanc ultra limes  
 atorom genitrix  
 hanc herbas illis  
 teras fagno tulit  
 que dehinc sese c  
 & patuli sulc  
 am præpinq  
 que caput sub  
 sub Zephyri Do  
 mitas subter n  
 la colit, campi  
 & vitides sulc  
 hanc tergum  
 tolluntur Ec  
 Cephallene confu  
 quænetiam misce  
 ortum protent  
 le cedunt. hic  
 hic celeri Cephisi  
 rdam Python tr  
 & cæsus proli



**Accolit: hic tenui tellus discluditur æstu.**  
**Illyris ora dehinc distenditur: hicque periclis**  
**Sæpe carinarum famosa Ceraunia surgunt.**  
**Tunc prorepentis qua sunt vada turgida Nerei,**  
**Harmoniz & Cadmi sustentat gleba sepulchrum**  
**Barbara. nam longo jactati sæpius orbe**  
**Postquam liquerunt Ismeni fluminis undam,**  
**Hic in cæruleos mutati membra draconis**  
**Absolvere diem, finemque dedere labori.**  
**Nec minus hic aliud monstri genus arbiter æthræ**  
**Edidit. adstunt scopuli duo, cumque quid attri**  
**Imminet eventus, ut vulgi corda fatiget**  
**Sors rerum, & gentem terat inclementia fati,**  
**Et motantur humo, & coeunt sibi vertice saxa.**  
**Sed qua mitis item spirat Notus, Oriciumque**  
**Pulsant flabra solum, Graiæ confinia terræ**  
**Incipiunt aperire latus, proluxaque longis**  
**Jugera producant spatiis, præcincta duobus**  
**Æquoris infusi procuribus. hanc freta quippe**  
**Ægæi lambunt pelagi, citus Hadria rursum**  
**Subluit hanc fluctu. gemino sic gurgite late**  
**Graia manet tellus. fortitaque marmora ventos**  
**Quæque suos, imo turgescunt mota profundo.**  
**Eurus in Ægæum contorquet flabra: latentis**  
**Parte poli Zephyris Hadriatica terga tumescunt.**  
**Insula se rursus Pelopis visentibus offert,**  
**Insula quæ platani folio compar sedet Isthmi.**  
**Quippe caput summum conducitur, atque vergit**  
**In Boream tellus, & Graios adjacet agros.**  
**Cætera sub folii specie distenditur arva,**  
**Ac per utrumque latus sinuoso sæpe recedit**  
**Cespitem, sed tepido qua tellus tenditur austro,**  
**Graiorum Tripolis sterili se porrigit ora.**  
**Hinc sacer Alpheus flumen trahit, & vagus æquor**  
**Influit Eurotas. Pisanos alter hiulcat,**  
**Alter Amyclæas celeri secatur agmine terras.**  
**Insula qua curvas inclinatur concava valles,**  
**Arcades immensum propter degunt Erymanthum.**  
**Hic distentus aquas fata lambit pinguis Ladon.**  
**Juxta Argivus ager, juxta sunt culta Laconum.**  
**Illos prima dies celer, istos aspicit auster.**  
**Isthmi terga dehinc geminus circum latrat æstus;**  
**Parte Ephyres piceas qua nox agit atra tenebras,**  
**Et matutinus qua lucem proferit ortus.**  
**Hic usu Graio nomen tenet unda Saronis.**  
**Atticus hanc ultra limes jacet, Attica tellus**  
**Belligeratorum genitrix memoranda virorum.**  
**Fertilis hæc herbas Ilissum subvehit amnem.**  
**Ilissi Boreas stagno tulit Orithyam.**  
**Bœotumque dehinc sese confinia jungunt,**  
**Et Locris, & patuli fulcator Thessalus agri,**  
**Et Macetum præpingue solum, tumet arduus Hæmus,**  
**Threiciumque caput subducitur. adjacet Hæmum**  
**Partibus ab Zephyri Dodonæ vatis alumnus.**  
**Axe Noti tritas subter rupes Aracynthi**  
**Gens Ætola colit. campis ibi pulcher apertis**  
**Labitur, & virides fulcans terras Achelous**  
**Inruit Hadriaci tergum maris. hicque frequentes**  
**Fluctibus attolluntur Echinades. haud procul inde**  
**Prisca Cephallenæ confurgunt oppida terræ.**  
**Delphica quinetiam miscet confinia Phocis**  
**Lucis in exortum protentior, inque Booten**  
**Termopylæ cedunt. hic se Parnasia rupes**  
**Erigit: hic celeri Cephissus volvitur unda:**  
**Hic quondam Python transfactus arundine membra,**  
**Sanguinis & cassus proluxa volumina solvit.**

**Illic sæpe deum conspeximus adridentem,**  
**Inter thuricremas hic Phœbum vidimus aras.**  
**Nunc ut quæque vagos surrexerit insula ponto,**  
**Ordine quo dederint pelago circumflua saxa,**  
**Expeditur. cymbæ ducatur cursus ad undam**  
**Gurgitis occidui. precor aspirate Camenæ,**  
**Inter & oppositas intendite linea terras.**  
**Gadir prima fretum solida super eminent arce,**  
**Attollitque caput geminis inserta columnis.**  
**Hæc Cotinussa prius fuerat sub nomine prisco,**  
**Tartessusque dehinc Tyrii dixerunt coloni.**  
**Barbara quinetiam Gades hanc lingua frequentat,**  
**Pœnus quippe locum Gadir vocat undique septum**  
**Aggere præducto. Tyrii per inhospita late**  
**Æquora provecti tenuere ut cespitis oram,**  
**Constituere domus: dant hi quoque maxima templa**  
**Amphitryoniadæ, numenque verentur alumnum.**  
**Insula se propter Gymnesia tollit ab alto,**  
**Ac dilecta vago pecori confurgit Ebusus,**  
**Sardiniaque arces, & inhorrens Corsica silvis,**  
**Æolidesque dehinc tumidis se fluctibus edunt**  
**Insulæ, & inserto canescunt undique ponto.**  
**Has dudum tenuit rex Æolus. Æolus illic**  
**Hospita jactatis indulgit littora nauris.**  
**Æolus imperio summi Jovis arbiter alto**  
**Impositus pelago est, effundere carcere ventos,**  
**Et sedare salum septem sese æquoris æstu**  
**Emergunt arces sese æquoris æstu \* \* \***  
**Hic habuit tunc. Ausoniam se pandit in oram**  
**Tellus Trinacria, & patulo distenditur agro.**  
**Hæc autem trinis laterum procuribus adstat,**  
**Ternaque cæruleis longe juga porrigit undis.**  
**In matutinos Pachynos producit ortus:**  
**Pars tepet a Zephyro Lilybeia: celsa Peloris**  
**Tota sereniferæ pulsatur flatibus ursæ.**  
**Hic iter infidum pelagi, miserandaque fata**  
**Involvunt salo, fluctuque hausere voraci**  
**Sæpe rates. surgunt angustæ marmore fauces,**  
**Arctam præcipitant properum confinia pontum.**  
**Qua se parte dehinc celsæ Notus erigit æthræ,**  
**Vis late Libyci furit æquoris. una ibi Syrtis,**  
**Ast aliam ulterius freta prolabantia tendunt:**  
**Parvaque cæruleo circumsonat æquore Mixam.**  
**Rursum in Hadriacam lembum cogentibus undam,**  
**Et lævum curva pelagus fulcantibus alno,**  
**Insula se Graii Diomedis gurgite promit,**  
**Italiam spectans & Iapygis arva coloni.**  
**Huc illum motæ quondam tulit ira Diones,**  
**Postquam per celeres extorrem traxit Iberos:**  
**Conjugis huc diræ misit furor Ægializ.**  
**Ionii si quis rate rursus cæcula currat**  
**Æquora, & Eoos cymbam producat in ortus,**  
**Absyrti cautes & crebras protinus arces**  
**Inveniet. Colchus hunc quondam curæ fidesque**  
**Extulit insanam sectantes & inent \* \* \***  
**Nec procul Ionii per terga Libyrnides adstant.**  
**Inque Notum post dura Ceraunia carbasa si quis**  
**Torqueat, & tepidos lembum declinet in axes,**  
**Ambraciotarum succedunt protinus arces.**  
**Alcinoique domus pandetur Corcyra rursus,**  
**Corcyra compta solum, locupleti Corcyra sulco.**  
**Hanc super est tellus Ithaci vetus aula tyranni,**  
**Exulis & toto raptati sæpe profundo.**  
**Plurima præterea confurgunt gurgite saxa,**  
**Quæ protentus aquas Achelous pulcher oberrat.**  
**Annisusque dehinc alias circumfluit undas,**



Quæ tamen in Boream vergant magis. Ægyla parva,  
 Et procera caput turgescunt pulchra Cythera.  
 Eminent hic etiam saxosa Calauria juxta.  
 Carpathus hic rupes attollitur: hæc tamen axem  
 Respicit occiduum. nutrix hic Creta Tonantis,  
 Multa latus, glebamque ierax, & opima virentum,  
 Erigitur pelago. Cretam super adstitit Ida,  
 Ida procellosis agitans Aquilonibus ornos.  
 Nec proci Ægyptum Rhodus adjacet, adjacet ora  
 Suniados. qua se præ tendit cespes Abantum,  
 Fertilis Æginæ tellus, & opima Salamis.  
 Lucis ab exortu Pamphylia qua cavat æflum  
 Prolabentis aquæ, Cyprus alta cingitur unda,  
 Atque Dionæi pulsatur littoris acta.  
 Inde Chelidoniæ tres sese gurgite tollunt,  
 Qua frons tenta salo Patereidis eminent arcis.  
 Læta dehinc Aradus Phœnicum præjacet oram,  
 Multus ubi exesæ sinus est telluris ab alto,  
 Ac latus omne soli procul in dispendia cedit  
 Littoris, & curvo prælambitur ora fluente.  
 Mirus & ille dehinc Ægæi gurgis habetur,  
 Qui gemina de parte sali velut ordine iusto  
 Saxa mari profert circumflua, tenuia sese  
 Qua freta præcipitant Athamantidis inclyta leto.  
 Sestus ubi atque Abydus parvo sale discernuntur,  
 Et vicina sibi lambit confinia pontus.  
 Pars procul Europæ lævum latus, altera porro  
 Ditem Asiam spectat: cunctæ tamen ordine factæ  
 Insulæ in Arctoi procedunt plaustra Bootis.  
 Europam incumbit prolixus limes Abantum.  
 Scyrus ibi late dorsum tumet. ac Peparethum  
 Protollit pelagus. juxta Vulcania Lemnus  
 Erigitur, Cererique Thasus dilecta profundo  
 Proferit albenti se vertice. prominet Imbrus,  
 Thressaque consurgit propter Samus. indeque rursus  
 Cyclades accedunt Asiam, Delumque coronant.  
 Omnes fatidico curant solennia Phœbo.  
 Nam cum vere novo tellus se dura relaxat,  
 Culminibusque cavis blandum strepit ales hirundo,  
 Gens devota choros agitatur, cratituque lactato  
 Ludunt festiva die visit sacra numen alumnus.  
 Hinc Sporades crebro producunt cespite sese,  
 Densa serena toceus splendentia sidera Cæio.  
 Nec minus attolluntur Ionides insulæ ab alto.  
 Hic juxta Caunus, Samus hic, Saturnia juxta,  
 Tumque Chius patulæ prospectans arva Pelinæ.  
 Lesbus item, & Tenedus per aperti marmora ponti  
 Expediunt arces, & culmina nubibus indunt.  
 Hinc se piscosi pandit sinus Helleponti.  
 Hic salis arctoi spumas vehit impiger æstus,  
 Hic protenta quatit late freta glauca Propontis.  
 Si quis læva dehinc Euxini marmora sulcat,  
 Ora Borysthenii qua fluminis in mare vergunt,  
 E regione procul spectabit culmina Leuces:  
 Leuce cana jugum, Leuce sedes animarum.  
 Nam post fata virum semper versarier illic  
 Infantes aiunt animas, ubi concava vasto  
 Cedit in antra sinu rupes, ubi saxa dehiscunt  
 Mollibus exesæ & curvo fornice pendent.  
 Hæc sunt dona piis: sic illos Jupiter imis  
 Exemit tenebris. Erebi sic inscia virtus.  
 Rursus Cimærius qua Bosporus ora patescit,  
 Dexterior ponto subit insula, vastaque late  
 Excedit moles pelagus, sedet eminus ingens  
 Phenagore, & mirros attollitur Hermonassa.  
 Hæc maris insuli consurgunt insulæ ab alto.

Exterior quas unda dehinc, circumflus & quas  
 Æstuet Oceanus, quibus illæ flatibus omnes  
 Culmine pulsantur, memori date carmina Musæ.  
 Propter Atlantæi tergum salis Æthiopum gens  
 Hesperides habitat: dorsum tumet hic Erytheia,  
 Hicque Sacre, sic terga vocat gens ardua montis.  
 Nam protenta jugum tellus trahit. hoc caput amplæ  
 Proditur Europæ. genitrix hæc ora metalli,  
 Albentis stanni venas vomit. acer Iberus  
 Hæc freta veloci percurrit sæpe faselo.  
 Eminus hic aliæ gelidi prope flabra Aquilonis  
 Exuperant undas, & vasta cacumina tollunt.  
 Hæ numero geminæ, pingues sola, cespitis amplæ,  
 Conditur occidui qua Rheni gurgitis unda,  
 Dira Britannorum sustentant agmina terris.  
 Hinc spumofus item ponti liquor explicat æstum,  
 Et brevis e pelago vertex subit. hic chorus ingens  
 Fæminei cætus pulchri colit Orgia Bacchi:  
 Producit noctem ludus sacer: aera pulsant  
 Vocibus, & crebris late sola calcibus urgent.  
 Non sic Absynthi prope flumina Thraces & alinæ  
 Bistonides, non qua celeri ruit agmine Ganges,  
 Indorum populi stata curant festa Lyæo.  
 Longa dehinc celeri si quis rate marmora currat,  
 Inque Lycaonias cymbam procul urgeat arctos,  
 Inveniet valto surgentem vertice Thylen.  
 Hic cum plaustra poli tangit Phœbeus ignis,  
 Nocte sub inlustri rota solis fomite flagrat  
 Continuo, clarumque diem nox æmula ducit.  
 Nam sol obliqui torquetur cardine mundi,  
 Directosque super radios vicinior axi  
 Occiduo inclinatur, donec juga rursus anhela  
 Devexo accipiat cælo Notus. inde fluenta  
 Tenduntur Scythici longe maris in facis ortum  
 \* Eoa & ut cocaneis se repit ab undis  
 Insula, quæ prisca signatur nominis usu  
 Aurea, quod fulvo Sol hic magis orbe rubescat.  
 \* Contemplator item ceu se mare in Austrum  
 Inque Notum Oceanus freta ponti cæcula curvet:  
 Alaque Coliadis mox hic tibi dorsa patefcent  
 Rupis, & intenti spectabis cespitis arces.  
 Pro quibus ingenti consistens mole per undas  
 Insula Taprobane gignit terros Elefantos,  
 Et super æstiferi torretur sidere cancri.  
 Hæc immensa patet vastisque extenditur oris  
 Undique per pelagus latus, aut protinus olli  
 Agmina cetosi pecoris vaga monstra profundi  
 Adludunt. fervent Erythræi marina ponti  
 Tota feris. hæc ut rigidi juga maxima montis  
 Nubibus attollunt latus omne, & terga tumescunt:  
 Instar in his rupis spinæ tenor arduus adstat.  
 Molibus in cellis rupis quoque creber inhorret  
 An æquis rapidi subiectus gurgitis unda  
 Nec in terga salis lembum contorqueat umquam  
 Anne monstrigenis hollem licet inferat æstus  
 Fluctibus. immodice late patet oris hiatus  
 Quippe feris, antro panduntur guttura vasto:  
 Protinus hæc ipsas absorbent fauce carinas,  
 Involvuntque simul innox monstra vorantia nantes.  
 Ogyris inde salo promit caput, aspera rupes  
 Carmanidis qua se pelagi procul invehit undas.  
 Regis Erythræi tellus hæc nota sepulchro  
 Tenditur, & nudis juga tantum cautibus horrent.  
 Persicus hinc æltus fauces hiat. insitia rursus,  
 Si tamen in Boream stellantur carbasa cymbæ,  
 Icarus aërio consurgit vertice in auras,

Icarus ignico  
 Tauris ibi fe  
 insulæ in Oce  
 Carmine rum  
 Præterea parv  
 Pars videt Eua  
 Aut interna car  
 Harum aliæ dicit  
 Et scilicet in multi  
 cingitur vertex,  
 quomodo valeat  
 in Asiam, Lybi  
 sunt has ullus,  
 tenent fluctus,  
 sunt flammis, q  
 sunt arenarum  
 Carmine nunc Al  
 hæc chelyn, tori  
 Læta pars orbis  
 tenent Musis. t  
 his est limes, q  
 alius est Asia di  
 anarum oram  
 in adstare procul  
 Oceanus qu  
 qua rupes tun  
 dorso trahen  
 gatur. similis ne  
 colus est comp  
 pam & Lybiam  
 as, trinoque sin  
 Asia molem. su  
 nus hanc Arabum  
 Hyrcanus. duo n  
 tur, rigidam sus  
 Euxini prorepi  
 abrum tergo spæ  
 multa dehinc, &  
 Lam incumbit vas  
 quoque jugo media  
 aet, incipiens ad  
 rum pelagus: nunc  
 quas arces, & thes  
 se directa solo ten  
 e dehinc amnes ut  
 qua per terras vel  
 talene Notus spir  
 adesto Zephyrus  
 ten hic uno signat  
 adest iter, novu  
 qua sobest, pere  
 qui populi circum  
 erunt salfam cin  
 tar item trux Sa  
 Amazonidum sob  
 in prope flumin  
 de Marte fatæ, ju  
 as, longas exerc  
 adestus Tanais  
 in salfam pro  
 Europam distem  
 adest. Scythic  
 quam nutre pube  
 namque latus qua  
 amque tenent hu  
 ca Sindique colun



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Et rigor in nervis velut obvius. inde cruenti  
Sunt Tochari, Frurique truces, & inhospita Seres  
Arva habitant, gregibus permixti oviumque boumque  
Vellera per silvas Seres nemoralia carpunt.  
Ultima Epetrimos tellus habet: & procul ista  
Cassa virum est, nullis pecorum balatibus agri  
Perfultant, herbæ viduus jacet undique cespes,  
Fronde carens, nusquam terras intersecat amnis.  
Caspia tot late circumdant æquora gentes.  
Nunc rursus ab Colchis & glaucis Phasidis undis  
Occiduum ad solem populos memorate Camenæ,  
Usque in Threicii fauces maris. aspera primum  
Byzerum est gens: diri sunt inde Bechiri,  
Macrones, Phylirique, & pernix Durateum gens.  
Inde Tibareni, Chalybes super, arva ubi ferri  
Diria vulnifici crepitant incudibus altis.  
Post hos Assyriæ tenduntur jugera terræ,  
Armenioque jugo late surgens Thermodon  
Gentis Amazonidum lambit sata. nec minus illic  
Erigit excelsa in fastigia prisca Sinope.  
Hanc urbem quondam magni Jovis ardor Afopis  
Virgo locans sævæ propter confinia terræ  
Aulam habuit, plebemque suo de nomine dixit.  
Nec procul hinc purus latice provolvitur Iris,  
Et citus Armeniæ rursus convallibus artis,  
Qua vastum in pelagus vergit saxosa Carambis,  
Surgit Halys. tum Paphlagonum sata longa patefcunt,  
Et Maryandinum gens incolit, unde triformis  
Ora canis superas quondam produxit in oras  
Alcides erebo. propter Bithynia glebam  
Exerit. hic late Rhebas extenditur amnis,  
Rhebas cyanei qui difficit æquora ponti,  
Rhebas argento similem qui porrigit undam.  
Hi pontum cingunt populi. nunc illa canetur  
Ora Aliæ, glaucus pelagi quam subluit æstus  
Axe Noti in fauces rapidi procul Helleponti,  
Et freta qua spumant Ægyptia partibus Austri  
Usque Arabes & longa Syriæ confinia terræ.  
Dictus. n. quantus rigidas Scythia degat ad Arctos.  
Chalcedon tumulus fluctu circumdatus alto,  
Eminus Europen proceraque mœnia Byzæ  
Aspicit. ab tergo tendit Bebrycia glebam,  
Celsaque nubiferæ sustollit culmina rupis.  
Mysus ager. Mysos tacitum diffusus in æquor  
Tergaque flavescens sulcat Cius. hujus ad undam  
Pulcher Hylas Nymphis quondam fuit anxia cura.  
Hinc in cæruleum cedit sinus Hellepontum,  
Explicat & Phrygiam tellus incurvat in orhem.  
Major Sangario late præstringitur amni:  
Hæc procul Eoos procedit plurima in axes  
Fertilis herbarum. qua Cælum rursus in umbras  
Inclinat vertex, panduntur terga minori,  
Quæ jacet immensæ late sub rupibus Idæ,  
Infortunatam pertingens cespite Trojam.  
Æolis inde patet vastum super Hellepontum.  
Ægæi per terga sali prolixus Ionum  
Rursus ager glebam protenditur. hunc secat ingens  
Mæander, falsique ruens vada gurgitis intrat.  
Comminus hic gelidi qua spirant flabra Aquilonis,  
Urbs qua Ephesus tetræ sustollit fana Dianæ,  
Munus Amazonidum memorabile. nec minus inde  
Lydia procedens longum latus explicat Euro:  
In qua vitiferæ Tmolus juga proferit arcis,  
Et Pactolus aquas agit auriger, arva canoris  
Perfultans cygnis, curvas sed & undique ripas  
Creber ales. lætis adsurgunt gramina campis

Herbaque luxuria sola semper pingua vestit.  
Sed locuplete magis Mæandria gleba recumbit  
Ubere: nam blandi terram rigat unda Caystri.  
Mæonis hic etiam deducit turba choreas.  
Aurea subnectunt hæc vincula, ritus Iaccho  
Luditur, atque sacris feriunt ululatibus æthram:  
Virgineusque chorus late strepit, exilit omnis  
Cætus, & instabilis vaga pendent corpora damæ.  
Caurorum quoque flabra Deo famulantia ludunt  
Ritibus in vulgi; subeunt hæc serica sæpe  
Pallia, & impulsis zephyris agitantur amictus.  
Hæc linquenda tamen læto reor omnia Lydo.  
Qua se Xanthus agit, Lyciorum tenditur ora  
Inclinata mari. surgunt ibi culmina Tauri  
Pamphylæ in fines. hic idem Cragus habetur  
Nomine sub gentis. prope celsam surgit in arcem  
\* Priscas idæ fomes calidis adoletur in aris  
Sæpe Dionæ Veneri. stat Corycus alta,  
Stat Perge propter, stant ardua recta Phaselis  
Eminus, & Phœbi radiis tremat æmulus ardor.  
Inde Lycaoniæ tractus jacet. impiger agros  
Incola decurrit, sitit atrum dira cruorem  
Gens hominum, & sævo pascuntur pectora bello.  
Tum Pisida ferox exercet pingua culta.  
Termessusque dehinc urbs eminent, arcem  
Inclita per nubes attollens mœnia Lyrbe,  
Et Lacedæmonia surgunt fastigia Selges.  
Plurimus hinc terras intrat sinus, undique longe  
Vicina Euxino rupti sola cespitis urget.  
Hic diras Cæli catrames tenet, inque diei  
Tenditur exortum. sulcant duo flumina terram:  
Pyramus hic undas, hic volvit Pinarus æquor.  
Cydnus item mediæ discernit mœnia Tharsû.  
Pegasus hoc olim suspendit cespite sese,  
Impressæque solo liquit vestigia calcis:  
Esset ut insignis revoluta in sæcula semper  
Nomen humo. clari post ultima Bellerophontis  
Hic cespes late producit Aleius arva;  
Horrescitque comis nemorum, per inhospita cujus  
Æquora secreto vitam protraxerat agro.  
Lyrnessusque dehinc, hic Malus & Anchialia,  
Inlustrei que Soli post carmina vatis alumni.  
Commagenorum propter diffunditur ora:  
Et procul Hesperium curvatur limes in axem,  
Donec piniferas Cassi prorepat ad arces.  
Hiuc solers Asiam facili cape carmine totam.  
Forma sit hujus enim talis tibi. quatuor illa  
In latera effusa cordi dato. longior autem  
Sit modus his rutili que spectant sideris ottum.  
Tumque tene primo quod carmine Musa loquuta,  
Totam Asiam celsi præcingi vertice Tauri  
Disce tamen brevibus quæ sit fiducia monstris,  
Et faciat quidquid parvula turba cupit .

XXXII. *Rusticus & Hercules .*

**H** ærentem luteo sub gurgite rusticus axem  
Liquerat, & nexos ad juga tarda boves .  
Frustra depositis confideas Numina votis  
Ferre suis rebus, cum resideret, opem .  
Cui rector summis Tirynthius infit ab astris :  
[ Nam vocat hunc supplex in sua vota Deum ]  
Perge laborantes stimulis agitare juuencos,  
Et manibus pigras disce juvare rotas .  
Tunc quoque congressus, majoraque viribus ausus  
Fac Superos animis conciliare tuis .  
Disce tamen pigris non flecti Numina votis,  
Præsentisque adhibe, cum facis ipse, Deos .

XXXIII. *Anser & Rusticus .*

**A** nser erat cuidam pretioso germine sæta,  
Ovaque quæ nidis aurea sæpe daret .  
Fixerat hanc volucris legem natura superbæ,  
Ne liceat pariter munera ferre duo .  
Sed dominus cupidum sperans vanescere votum,  
Non tulit exofas in sua lucra moras .  
Grande ratus pretium volucris de morte referre,  
Qui tam continuo munere dives erat .  
Postquam nuda minax egit per viscera ferrum,  
Et vacuam solitis sætibus esse videt :  
Ingemuit tantæ deceptus crimine fraudis .  
Nam pœnam meritis rettulit inde suis .  
Sic qui cuncta Deos uno male tempore poscunt,  
Iustius his etiam vota divina negant .

XXXIV. *Formica & Cicada .*

**Q** uisquis torpentem passus transire juventam,  
Nec timuit vitæ providus ante suæ :  
Confectus senio, postquam gravis adfuit ætas,  
Heu, frustra alterius sæpe rogavit opem .  
Solibus obreptos hiemi formica labores  
Distulit, & brevibus condidit ante cavis .  
Verum ubi candentes suscepit terra pruinas,  
Arvaque sub gelido delituere gelu,  
Pigra nimis tantos non æquans corpore nimbos,  
In propriis laribus humida grana legit .  
Discolor hanc precibus supplex alimenta rogabat,  
Quæ quondam querulo ruperat arva sono .



Se quoque, maturas cum tunderet area messes,  
Cantibus æstivos explicuisse dies.  
Parvula tunc ridens sic est affata cicadam:  
(Nam vitam pariter continuare solent.)  
Mi quoniam summo substantia parta labore est,  
Frigoribus mediis oria longa traho.  
At tibi saltandi nunc ultima tempora restant,  
Cantibus est quoniam vira peracta prior.

XXXV. *Simia & Gnati.*

**F**ama est, quod geminum profundens simia partum  
Dividit in varias pignora nata vices.  
Namque unum caro genitrix educit amore,  
Alterius odiis exsaturata tumet.  
Cæperit ut sætam gravior terrere tumultus,  
Dissimili gnatos conditione rapit.  
Dilectum manibus, vel pectore gestat amico,  
Contemnum dorso suscipiente levat.  
Sed cum lassatis nequeat consistere plantis,  
Oppositum fugiens sponte relinquit onus.  
Alter at hirsuto circumdans brachia collo  
Hæret, & invita cum genitrice fugit.  
Mox quoque dilecti succedit in oscula fratris  
Servatus, vetulis unicus hæres avis.  
Sic multos neglecta juvant, atque ordine verso  
Spes humiles rursus in meliora refert.

XXXVI. *Vitulus & Bos.*

**P**ulcher & intacta vitulus cervice resultans  
Scindentem assidue viderat arva bovem.  
Nec pudet, heus, inquit, longævo vincula collo  
Ferre, nec expositis oria nosse jugis.  
Cum mihi subjectas pateat discursus in herbas,  
Et nemorum liceat rursus opaca sequi.  
At senior, nullam verbis compulsus in iram,  
Vertebat soliram vomere fessus humum,  
Donec deposito per prata liceret aratro  
Molliter herbofo procubuisse toro.  
Mox vitulum factis innexum respicit aris  
Admotum cultro cominus ire prope.  
Hanc tibi tristis, ait, dedit indulgentia mortem,  
Expertem nostri quæ facit esse jugi.  
Proderit ergo graves quamvis perferre labores,  
Oria quam tenerum mox peritura pari.  
Est hominum sors ista, magis felicibus ut mors  
Sit cita, cum miseros vita diurna regat.

XXXVII. *Canis & Leo.*

**P**inguior exhausto canis occurrisse leoni  
Fertur, & infertis, verba dedisse jocis.  
Nonne vides duplici tendantur ut ilia tergo,  
Luxurietque toris nobile pectus? ait.  
Proximus humanis ducot post oria mensis,  
Communem capiens largius ore cibum.  
Sed quod crassa, malum, circumdat guttura ferrum,  
Nec custodita fas sit abire domo.  
At tu magna diu moribundus lustra pererras,  
Donec se silvis obvia præda ferat.  
Perge igitur nostris, tua subdere colla catenis,  
Dum liceat faciles promeruisse dapes.  
Protinus ille gravem gemitu collectus in iram,  
At ferox animi nobile murmur agit.  
Vade, ait, & meritis nodum cervicibus inser,  
Compensentque tuam vincula dura famem.

At mea cum vacuis libertas redditur anttis,  
Quamvis, jejunos quælibet arva peto.  
Has illis epulas potius laudare memento,  
Qui libertatem postposuere gulæ.

XXXVIII. *Piscis fluvialis & marinus.*

**D**ulcibus e stagnis fluvio torrente coactus  
Æquoreas præceps piscis obibat aquas.  
Illie squamigerum despectans improbus agmen  
Eximium sese nobilitate refert.  
Non tulit exemplum patrio de gurgite phoca,  
Verbaque cum salibus asperiora dedit.  
Vana laboratis aufer mendacia dictis,  
Quæque refutati te quoque teste valent.  
Nam quis erit potior populo spectante probabo,  
Si pariter captos humida lina trahant.  
Tunc me nobilior magno mercabitur auro:  
Te simui ære brevi debile vulgus emet.  
Quisquis ab externis nuper devenerit oris,  
Non decet indigenis ut velit esse prior.

XXXIX. *Miles & Lituus.*

**V**overat attritus quondam per prælia miles  
Omnia suppositis ignibus arma dare:  
Vel quæ victori moriens sibi turba dedisset,  
Vel quidquid profugo posset ab hoste capi.  
Interea votis fors adsuit, & memor arma  
Cæperat accenso singula ferre rogo.  
Tunc lituus rauco despectens murmure culpam  
Immeritum flammis se docet esse prius.  
Nulla tuos, inquit, petierunt tela lacertos.  
Viribus affirmes quæ tamen acta meis.  
Sed tantum ventis & cantibus arma coegi,  
Hoc quoque submisso testor & altra sono.  
Ille resultantem flammis crepitantibus addens,  
Nunc te major, ait, pœna, dolorque rapit.  
Nam licet ipse nihil possis tentare nec ausus,  
Sævior hoc, alios quod facis ipse malos.

XL. *Pardus & Vulpes.*

**D**istinctus maculis & pulcro pectore pardus  
Inter consimiles ibat in arva feras.  
Et quod nulla graves variarent terga leones,  
Protinus his miserum credidit esse genus.  
Cætera sordenti damnans animalia vultu,  
Solus in exemplum nobilitatis erat.  
Hunc arguta novo gaudentem vulpes amictu  
Corripit, & vanas approbat esse notas.  
Vade, ait, & pictæ nimium confide juventæ,  
Dum mihi consilium pulcrius esse queat.  
Miremurque magis quos munera mentis adornant,  
Quam qui corporeis enituere bonis.

XLI. *Nimbus & Testa.*

**I**mpulsus ventis, & pressa nube coactus,  
Ruperat hibernis se gravis imber aquis.  
Cumque per effusas stagnaret turbine terras,  
Expositum campis fictile ptesit opus.  
Mobile namque lutum tepidus prius instruit aer,  
Discat ut admoto rectius igne coqui.  
Tunc nimbus fragilis perquirat nomina testæ.  
Immemor illa sui, amphora dicot, ait.

Nunc me docta  
Molliter obli  
Assepus hac, in  
Nam re subje  
Et simul accepto  
Priorior in reus  
Infelix, quæ magn  
Aula pharetratis  
Et poterat misere  
Sublata nobilibus



Elocem  
Tam  
Quid lo  
av  
Nil un

tantum & quoties  
vici felici qui men  
Romanorum proce  
tantum cumulant  
virtutum demissa  
potere aliis digni  
etiam qui proxima  
Lattas obtinuer  
patet peregrina  
quæ exteros qui  
imperio, collega  
etiam geniti, quer  
ætherios mund  
summi cre  
lectis fortuna rev  
que suam Ge  
longis nimir  
grata minus,  
stus etimen cont  
reperant publi  
lacrimas testis d  
admonitus sepe  
baterius longas nesc  
et mora suspende ma

Nunc



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Te non flammigeris Libye tardavit arenis,  
 Non armata suo reppulit Urfa gelu.  
 Quantum vitalis natura tetendit in axes,  
 Tantum virtuti pervia terra tuæ.  
 Fecisti patriam diversis gentibus imam,  
 Profuit injus te dominante capi.  
 Dumque offers victis proprii consortia juris,  
 Urbem fecisti quod prius orbis erat.  
 Auctorem generis Venerem, Martemque fatemur;  
 Æneadum matrem, Romulidumque patrem.  
 Mitigat armatas victrix clementia vires:  
 Convenit in motes nomen utrumque tuos.  
 Hinc tibi certandi bona, parcendique voluptas:  
 Quos timuit superat, quos superavit amat.  
 Inventrix oleæ colitur, vinique repertor,  
 Et qui primus humo prælit atatra puer:  
 Atas Pzoniam meruit medicina per artem,  
 Fretus & Alcides nobilitate Deus:  
 Tu quoque legis mundum complexa triumphis,  
 Fœdere communi vivere cuncta facis.  
 Te Dea, te celebrat Romanus ubique recessus;  
 Pacificoque gerit libera colla jugo.  
 Omnia perpetuos quæ servant sidera motus,  
 Nullum viderunt pulchrius imperium.  
 Quid simile Assyriis? connectere contigit arma,  
 Medi spiritimos cum domuere suos.  
 Magni Parthorum reges, Macetumque tyranni  
 Mutua per varias jura dedere vices.  
 Nec tibi nascenti plures animæque manusque,  
 Sed plus consilii judicii que fuit.  
 Justis bellorum causis, nec pace superba  
 Nobilis ad summas gloria venit opes.  
 Quod tegnas minus est, quam quod regnare meretis:  
 Excedis factis grandia fata tuis.  
 Percensere labor densis decora alta tropæis,  
 Ut si quis stellas pernumerare velit.  
 Confunduntque vagos delubra micantia visus,  
 Ipsos crediderim sic habitare Deos.  
 Quid loquat aërio pendentes fornice rivos?  
 Qua vix imbriferas tolleret Iris aquas.  
 Hos potius dicas crevisse in sidera montes:  
 Tale Giganteum Græcia laudat opus.  
 Intercepta tuis conduntur flumina muris,  
 Consumunt toros celsa lavacra lacus.  
 Nec minus & propriis celebrantur roscida venis,  
 Totaque nativo mœnia fonte sonant.  
 Frigidus æstivas hinc temperat halitus auras,  
 Innocuamque levat purior unda sitim.  
 Nempe tibi subitus calidarum gurgis aquarum  
 Rupit Tarpeias hoste premente vias.  
 Si foret æternus, casum fortasse putarem,  
 Auxilio fluxit qui rediturus erat.  
 Quid loquat inclusas inter laquearia silvas?  
 Vernula queis vario carmine ludit avis.  
 Vere tuo numquam mulceri desinit annus;  
 Deliciasque tuas victa tuetur hiems.  
 Erige crinales lauros, seniumque sacrati  
 Verticis in virides Roma recinge comas.  
 Aurea turtigero radiant diademata cono,  
 Perpetuosque ignes aureus umbo vomat.  
 Abscondat tristem deleta injuria casum,  
 Contemptus solidet vulnera clausa dolor,  
 Advertis solemne tuis sperare secunda,  
 Exemplo Cæli ditia damna subis.  
 Astrorum flammæ renovant occasibus ortus,  
 Lunam finiti cernis ut incipiat.

Victoris Brenni non distulit Allia pœnam:  
 Samnis servitio fœdera sæva iunt.  
 Post multas Pyrrhum clades superata fugasti,  
 Flevit successus Hannibal ipse suos.  
 Quæ mergi nequeunt, nixu majore resurgunt;  
 Exiliuntque imis altius acta vadis.  
 Utque novas vires sax inclinata resumit,  
 Clatior ex humili sorte superna petis.  
 Porrige victuras Romana in secula leges,  
 Solaque fatales non vereare colos.  
 Quamvis sedecies denis & mille peractis,  
 Annus præterea jam tibi nonus erat;  
 Quæ restant, nullis obnoxia tempora metis,  
 Dum stabunt terræ, dum polus astra feret.  
 Illud te reparat quod cetera regna resolvit:  
 Ordo renascendi est crescere posse malis.  
 Ergo age sacrilegæ tandem cadat hostia gentis,  
 Submittant trepidi perfida colla Getæ.  
 Ditia pacatæ dent vectigalia terræ,  
 Impleat Augustos barbara præda sinus.  
 Æternum tibi Rhenus aret, tibi Nilus inundet,  
 Altricemque suam fertilis orbis alar.  
 Quin & fœcundas tibi conferat Africa messes,  
 Sole suo dives, sed magis imbre tuo.  
 Interea Latiis consurgant horrea sulcis,  
 Pinguiæque Hesperio nectare præla fluant.  
 Ipse triumphali redimitus arundine Tigris  
 Romuleis famulas usibus aptet aquas,  
 Atque opulenta tibi placidis commercia ripis  
 Devehat hinc ruris, subvehat inde maris.  
 Rade precot gemino placatum Castore pontura,  
 Temperet æquoream dux Cytherea viam.  
 Si non displicui, regerem cum jura Quirini,  
 Si colui sanctos, consulique patres,  
 (Nam quod nulla meum strinxerunt crimina ferrum;  
 Non sit præfecti gloria, sed populi)  
 Sive datur patriis vitam componere terris;  
 Sive oculis umquam restituere meis;  
 Fortunatus agam, votoque beavior omni,  
 Semper digneris si meminisse mei.  
 His dictis iter arripimus, comitantur amici:  
 Non possum sicca dicere luce, Vale.  
 Jamque aliis Romam redeuntibus hæret eunti  
 Rufus Albini gloria viva patris:  
 Qui Volusi antiquo derivat stemmate nomen,  
 Et reges Rutulos teste Marone refert.  
 Hujus faciundæ commissa Palatia linguæ,  
 Primævus meruit principis ore loqui.  
 Rexerat ante puer populos pro consule Pœnos,  
 Æqualis Tyriis terror amorque fuit.  
 Sedula promisit summos imitatio fasces:  
 Si fas est meritis fidere, consul erit.  
 Invitum tristis tandem remeare coegi:  
 Corpore diviso mens tamen una fuit.  
 Tum demum ad naves gradior, qua fronte bicorni  
 Dividuis Tiberis dexteriora secar.  
 Lævus inaccessis fluvius vitatur arenis,  
 Hospitis Æneæ gloria sola manet.  
 Et jam nocturnis spatium laxaverat horis  
 Phœbus chelarum pallidior polo:  
 Cunctamur tentare solum, portuque sedemus,  
 Nec piget oppositis otia fete moris,  
 Occidua infido dum sævit gurgite Plias,  
 Dumque procellosi temporis ira cadit.  
 Respectare juvat vicinam sæpius urbem,  
 Et montes visu deficiente sequi,



Quaque duces oculi grata regione fruuntur,  
 Dum se, quod cupiunt, cernere posse putant.  
 Nec locus ille mihi cognoscitur indice fumo,  
 Qui dominas arces & caput orbis habet:  
 Quamquam signa levis fumi commendat Homerus,  
 Dilecto quotiens surgit in astra solo.  
 Sed Cæli plaga candidior, tractusque serenus  
 Signat septenis culmina clara jugis.  
 Illic perpetui soles, atque ipse videtur,  
 Quem sibi Roma facit, purior esse dies.  
 Szpius attonitæ resonant Circensibus aures,  
 Nuntiat accensus plena theatra favor.  
 Pulsato notæ redduntur ab æthere voces,  
 Vel quia perveniunt, vel quia fingit amor.  
 Explorata fides pelagi terquinque diebus,  
 Dum melior Lunæ fideret aura novæ.  
 Tum discessurus studiis urbiq; remitto  
 Palladium generis spemque decusque mei,  
 Facundus juvenis Gallorum nuper ab arvis  
 Missus Romani discere jura fori.  
 Ille meæ secum dulcissima vincula cunæ  
 Filius affectu, stirpe propinquus habet.  
 Cujus Aremoricæ pater Exuperantius oras  
 Nunc postliminium pacis amore docet,  
 Leges restituit, libertatemque reducit,  
 Et servos famulis non finit esse suis.  
 Solvimus auroræ dubio quo tempore primum  
 Agnoscitur patitur redditus arvæ color.  
 Progredimur parvis per littora proxima cymbis,  
 Quarum perfugio crebra pateret humus.  
 Æstivos penetrant oneraria carbasa fluctus,  
 Tutior autumnus mobilitate fugæ.  
 Alia prælegitur tellus, Pyrgique recedunt;  
 Nunc villæ grandes, oppida parva prius.  
 Jam Cerretanos demonstrat navita fines:  
 Ævo deposuit nomen Agylla vetus.  
 Stringimus exesum & fluctu & tempore Castrum,  
 Index semirutæ porta vetusta loci.  
 Præsidet exigui formatus imagine saxi  
 Qui pastorali nomina fronte gerit.  
 Multa licet priscum nomen deleverit ætas,  
 Hoc Inui castrum fama fuisse putat:  
 Seu Pan Tyrrenis mutavit Mænala silvis,  
 Sive sinus patrios incola Faunus init,  
 Dum renovat largo mortalia semina fœtu,  
 Fingitur in Venerem pronior esse Deus.  
 Ad Centumcellas forti defleximus austro.  
 Tranquilla puppes in statione sedent.  
 Mollibus æquoreum concluditur amphitheatrum,  
 Angustosque aditus insula facta tegit.  
 Atrollit geminas turres, bifidoque meatu  
 Faucibus arctatis pandit utrumque latus.  
 Nec posuisse satis laxo navalia portu:  
 Ne vaga vel tutas ventilet aura rates,  
 Interior medias sinus invitatus in ædes  
 Instabilem fixis aera nescit aquis.  
 Qualis in Euboicis captiva natatibus unda  
 Sustinet alterno brachia lenta sono.  
 Nosse juvat Tauri dictas de nomine thermas.  
 Nec mora difficilis millibus ire tribus.  
 Non illic gustu latices viriantur amaro,  
 Lymphaque fumifico sulphure tincta calet.  
 Purus odor, mollisque sapor dubitare lavantem  
 Cogit, qua melius parte petantur aquæ.  
 Crede e si dignum fame, flagrantia taurus  
 Investigato fonte lavacra dedit:

Ut solet excussis pugnam præcludere glebis,  
 Stipite cum rigido cornua prona terit.  
 Sive Deus faciem mentitus & ora juveni;  
 Noluit ardentis dona latere soli:  
 Qualis Agenorei rapturus gaudia furti  
 Per freta virgineum sollicitavit onus.  
 Ardua non solos deceant miracula Grajos:  
 Auctorem pecudem fons Heliconis habet.  
 Elicitas simili credamus origine nymphas:  
 Musarum latices ungula fodit equi.  
 Hæc quoque Pieriis spiracula comparat antris  
 Carmine Messallæ nobilitatus ager:  
 Intransitque capit, discedentemque moratur  
 Postibus affixum dulce poema sacris.  
 Hic est, qui primo seriem de consule ducit,  
 Usque ad Publicolas si redeamus avos.  
 Hic & præferti nutu prætoria rexit:  
 Sed menti & linguæ gloria major inest.  
 Hic docuit qualem poscat facundia sedem,  
 Ut bonus esse velit, quisque disertus erit.  
 Rosida puniceo fulsere crepuscula Cælo,  
 Pandimus obliquo linthea flexa sinu.  
 Paulisper littus fugimus Mynione vadisum,  
 Suspecto trepidant ostia parva solo.  
 Inde Gravisarum fastigia rara videmus,  
 Quas premit æstivæ sæpe paludis odor.  
 Sed nemorosa viret densis vicinia lucis,  
 Pineaque extremis fluctuat umbra fretis.  
 Cernimus antiquas nullo custode ruinas,  
 Et desolatæ mœnia sæda Cossæ.  
 Ridiculam cladis pudet inter seria caussam  
 Promere, sed risum dissimulare piget.  
 Dicuntur cives quondam migrare coacti  
 Muribus infestis deseruisse lares.  
 Credere maluerim Pygmeæ damnæ cohortis,  
 Et conjuratas in sua bella grues.  
 Haud procul hinc petitur signatus ab Hercule portus.  
 Vergentem sequitur mollior aura diem.  
 Inter castrorum vestigia sermo retexit  
 Sardoam Lepido præcipitante fugam.  
 Littore namque Cossæ cognatos depulit hostes,  
 Virtutem Catuli Roma secuta ducis.  
 Ille tamen Lepidus peior, civilibus armis  
 Quæ gessit fociis impia bella tribus:  
 Qui libertatem Mutinensi Marte receptam  
 Obruit auxiliis orbe pavente novis.  
 Insidias paci moliri tertius ausus  
 Tristibus excepit congrua fata reis.  
 Quartus Cæsareo dum vult irrepere regno,  
 Incesti pœnam solvit adulterii.  
 Nunc quoque, sed melius, de nostris fama queretur,  
 Judex posteritas semina dira notet.  
 Nominibus certos credam decurrere mores,  
 Moribus an potius nomina certa dari?  
 Quidquid id est, mirus Latiis annalibus ordo,  
 Quod Lepidum toties recidit ense malum.  
 Necdum decessis pelago permittimur umbris,  
 Natus vicino vortice ventus adest.  
 Tenditur in medias mons Argentarius undas,  
 Ancipitique jugo cærulea curva premit:  
 Transversos colles bis ternis millibus artat,  
 Circuitu ponti terduodena patet.  
 Qualis per geminos fluctus Ephyreus Isthmos  
 Ionias bimari littore findit aquas.  
 Vix circumvehimur sparsæ dispendia rupis;  
 Nec sinuosa gravi cura labore caret.



Mutantur totiens vario spiramina fluxu,  
 Quæ non profluerant vela, repente nocent.  
 Eminus Igilli silvosa cacumina mitor,  
 Quam fraudare nefas laudis honore suæ.  
 Hæc proprios nuper tutata est insula saltus,  
 Sive loci ingenio, seu domini genio:  
 Gurgite cum modico victricibus obstitit armis,  
 Tamquam longinquo dissociata mari.  
 Hæc multos lacera suscepit ab urbe fugatos;  
 Hic fessis posito certa timore salus.  
 Plurima terreno populaverat æquora bello,  
 Contra naturam classe timendus eques.  
 Unum, mira fides, vario discrimine portum  
 Tam prope Romanis, tam procul esse Getis.  
 Tangimus Umbronem, non est ignobile flumen,  
 Quod tuto trepidas excipit ore rates.  
 Tam facilis pronis semper patet alveus undis,  
 In pontum quotiens sæva procella ruit.  
 Hic ego tranquillæ volui succedere ripæ,  
 Sed nautas avidos longius ire sequor.  
 Sic festinantem ventusque diesque reliquit;  
 Nec proferre pedem, nec revocare licet.  
 Littorea noctis requiem metamur arena,  
 Dat vespertinos myrtea silva focos.  
 Parvula subjectis facimus tentoria remis,  
 Transversus subito culmine contus erat.  
 Lux aderat, tonsis progressi flare videmur;  
 Sed cursum proræ terra relicta probat.  
 Occurrit chalybum memorabilis Ilva metallis,  
 Qua nihil uberius Notica gleba tulit.  
 Non Biturix largo potior strictura camino,  
 Nec quæ Sardonio cespite massa fluit.  
 Plus confert populis ferri sæcunda creatrix,  
 Quam Tartessiæ glarea sulva Tagi:  
 Materies vitilis aurum letale parandis:  
 Auri cæcus amor ducit in omne nefas.  
 Aurea legitimas expugnant munera tædas,  
 Virgineosque sinus aureus imber emit.  
 Auro victa fides munitas decipit urbes,  
 Auri flagitiis ambitus ipse furit.  
 At contra ferro squalentia rura coluntur,  
 Ferro vivendi prima reperta via est.  
 Secula femideum ferrati nescia Martis,  
 Ferro crudeles sustinere feras.  
 Humanis manibus non sufficit usus inermis,  
 Si non sint aliæ ferrea tela manus.  
 His mecum pigri solabar tædia venti,  
 Dum resonat varii vile celestima modis.  
 Lassatum cohibet vicina Faleria cursum,  
 Quamquam vix medium Phæbus haberet iter.  
 Et tum sorte hilares per compita rustica sagi  
 Mulcebant sacris pectora fessa jocis.  
 Illo quippe die tandem renovatus Osyris  
 Excitat in fruges germina læta novas.  
 Egressi, villam petimus, lutoque vagamur:  
 Stagna placent septo deliciosa vado.  
 Ludere lascivos inter vivaria pisces  
 Gurgitis inclusi laxior unda finit.  
 Sed male pensavit requiem stationis amœnæ  
 Hospite conductor durior Antiphate,  
 Namque loci querulus curam Judæus agebat,  
 Humanis animal dissociabile cibus.  
 Vexatos frutices, pulsatas imputat algas,  
 Damnaque libatæ grandia clamat aquæ.  
 Reddimus obscænæ convicia debita genti,  
 Quæ genitile caput propudiosa metit.  
 Radix stultitiæ, cui frigida sabbata cordi,

Sed cor frigidius religione sua est.  
 Septima, quæque dies turpi damnata veterno,  
 Tamquam lassati mollis imago Dei.  
 Cetera mendacis deliramenta catastæ  
 Nec pueros omnes credere posse reor.  
 Atque utinam numquam Judæa subacta fuisset  
 Pompeii bellis, imperioque Titi.  
 Latius excisæ pestis contagia serpunt,  
 Victoresque suos natio victa premit.  
 Adversus surgit Boreas, sed nos quoque remis  
 Surgere certamus, cum tegit astra dies.  
 Proxima securum reserat Populonia littus,  
 Qua naturalem ducit in arva sinum.  
 Non illic positas extollit in æthera moles  
 Lumine nocturno conspicienda Pharos:  
 Sed speculum validæ tupis sortita vetustas,  
 Qua fluctus domitos arduus urget apex,  
 Castellum geminos hominum fundavit in usus,  
 Præsidium teris, indiciumque fretis.  
 Agnosci nequeunt ævi monumenta prioris,  
 Grandia consumpsit mœnia tempus edax.  
 Sola manent interceptis vestigia muris,  
 Ruderibus latis tecta sepulta jacent.  
 Non indignemur mortalia corpora solvi,  
 Cernimus exemplis oppida posse mori.  
 Lætior hic nostras crebescit fama per aures,  
 Consilium Romam pene redire suit.  
 Hic præfecturam sacræ cognoscimus urbis  
 Delatam meritis, dulcis amice, tuis.  
 Optarem verum complecti carmine nomen,  
 Sed quosdam refugit regula dura pedes.  
 Cognomen versu Veneri charissime Rufi;  
 Illo te dudum pagina nostra canit.  
 Festa dies, prideoique meos dignata penates,  
 Postea coronato vota secunda colat;  
 Exornent virides communia gaudia rami:  
 Provecta est animæ portio magna meæ.  
 Sic mihi, sic potius placeat geminata potestas,  
 Per quem malueram, rursus honore fruam.  
 Currere curamus velis Aquilone reverso,  
 Cum primum roseo fulsit Eous equo.  
 Incipit obscuros ostendere Corsica montes,  
 Nubiferumque caput concolor umbra levat.  
 Sic dubitanda solet gracili vanescere cornu,  
 Defessisque oculis Luna reperta later.  
 Hæc ponti brevis auxit mendacia famæ,  
 Armentale ferunt quippe nataste pecus,  
 Tempore Cyrneas quo primum venit in oras  
 Forte secuta vagum femina Corsa bovem.  
 Processu pelagi jam se Capraria tollit:  
 Squallet lucifugis insula plena viris.  
 Ipsi se monachos Grajo cognomine dicunt,  
 Quod soli nullo vivere teste volunt.  
 Munera fortunæ metuunt, dum damna verentur.  
 Quisquam sponte miser, ne miser esse queat?  
 Quænam perversi rabies tam stulta cerebri,  
 Dum mala formides, nec bona posse pati?  
 Sive suas repetunt ex fato, ergastula pœnas,  
 Tristia seu nigro viscera felle tument:  
 Sic nimis bilis morbum assignavit Homerus  
 Bellerophontæis sollicitudinibus.  
 Nam juveni offenso sævi post tela doloris  
 Dicitur humanum displicuisse genus.  
 In Volaterranum, vero Vada nomine, tractum  
 Ingressus dubii tramitis alta lego.  
 Despectat proræ custos, clavumque sequentem

Dirigit, & pi  
 tacertus gemina  
 Defixaque off  
 illis proceras mo  
 Conspicua tam  
 Ut præbent algam  
 Servet inoffensas  
 Illi: me rapidus com  
 Qualis silvarum fr  
 Va tam domibus sæ  
 Abici patuit pro  
 Tempus meus, quen  
 Quæquam jura me  
 Vergetatos pensa  
 itz flore puer, f  
 Quæ germanos jun  
 Ebor alteris co  
 melit ille meas, c  
 prædecessoris maj  
 præstas villæ vacat  
 Namque hoc cent  
 ga mare terrenis di  
 Multitudoque lac  
 tibi flagrantis adi  
 Cum pallent herbe  
 in cataractarum cle  
 lictos latices hor  
 impunt actem nat  
 travis ætliivo en  
 aliter quam cum  
 radiæque adstricho  
 er solitus naturæ e  
 ræ pari dispar for  
 tinenta gelu conf  
 ractus liquidæ Sole  
 can sepe malis geni  
 impettas dulcem fe  
 nus enim nostræ  
 gressu explevit m  
 tum Tuleis confide  
 it colere extemes ca  
 e tantum duris nitiv  
 pedore non alio pu  
 cius Oceanus virt  
 quicumque ferax  
 prædictorum vicibi  
 gnetum magni son  
 tum pars illa quid  
 tamquam medio r  
 tæz est, illos int  
 quos minor est d  
 tæper sacra com  
 temptit summos i  
 eo complexus ver  
 tator pat: iz jar  
 præulerat sudos at  
 nus tendi litiori  
 tæbebit tranquil  
 a securo vela nu  
 gæpiti medio circ  
 æsthanum Cyrcak  
 præcipulus, damm  
 tæ hic vivo fune  
 e cum tuper juven  
 tæstia inferior, co  
 tæstis suis homines



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Æternas grates mutua cura canit :  
 Constantemque sibi pariter mitemque fuisse  
 Insinuant natis qui meminere senes.  
 Ipsum me gradibus non degenerasse parentis  
 Gaudent, & duplici sedulitate fovent.  
 Hæc eadem, cum Flaminiz regionibus irem,  
 Splendoris patrii sæpe reperta fides.  
 Famam Lachanii veneratur numinis instar  
 Inter turrigenas Lydia tota suos.  
 Grata bonis præcos retinet provincia mores,  
 Dignaque rectores semper habere bonos.  
 Qualis nunc Decius Lucilli nobile pignus  
 Per Coryti populos arva beata regit.  
 Nec mirum, magni si redditus indole nati  
 Felix tam simili posteritate pater.  
 Hujus vulnificis saryra ludente camœnis  
 Nec Turnus potior, nec Juvenalis erit.  
 Instituit veterem censoria lima pudorem,  
 Dumque malos carpit, præcipit esse bonos.  
 Non olim sacri justissimus arbiter auri  
 Circumsistentes reppulit Harpyias,  
 Harpyas quarum decerpitur unguibus orbis,  
 Quæ pede glutineo quod tetigere trahunt,  
 Quæ luscum faciunt Argum, quæ Lyncea cæcum;  
 Inter custodes publica furta volant.  
 Sed non Lucillum Briareia præda sefellit,  
 Totque simul manibus restitit una manus.  
 Jamque Trituritam Pisæa ex urbe reversus,  
 Aptabam nitido pendula vela noto,  
 Cum subitis tectus nimbis inforduit æther,  
 Sparserunt radios nubila rupta vagos.  
 Substitimus. quis enim sub tempestate maligna  
 Insanituris audeat ire fretis?  
 Otia vicinis terimus navalia silvis,  
 Sectandisque juvat membra movere feris.  
 Instrumenta parat venandi villicus hospes,  
 Atque olidum doctas nosse cubile canes.  
 Funditur insidiis & rara fraude plagarum,  
 Terribilisque cadit fulmine dentis aper:  
 Quem Meleagræi vereantur adire lacerti,  
 Qui laxat nodos Amphitryoniadæ.  
 Tum responsuros persultat buccina colles,  
 Fitque reportando carmine præda levis.  
 Interea madidis non desinit Africus alis  
 Continuos picea nube negare dies.  
 Jam matutinis Hyades occasibus udæ,  
 Jam latet hyberno conditus imbre Lepus,  
 Exiguum radiis, sed magnis fluctibus astrum,  
 Quo madidam nullus navita linoquit humum.  
 Namque procelloso subjungitur Orioni,  
 Æstiferumque canem roscida præda fugit.  
 Vidimus excitis pontum flavescere arenis,  
 Atque eructato vortice rura tegi.  
 Qualiter oceanus mediis infunditur agris,  
 Destituenda vago cum premit arva salo,  
 Sive alio refluxus nostro colliditur orbe,  
 Sive corusca suis sidera pascit aquis.

## LIBER SECUNDUS.

## AD VENERIUM RUFIVM.

**N**ondum longus erat, nec multa volumina passus,  
 Jure suo poterat longior esse liber:  
 Tædia continuo timuit cessura labori,  
 Sumere ne lector jure paveret opus.

Sæpe cibus affert serus fastidia finis;  
 Gratiot est, modicis haustibus unda, siti.  
 Intervalla viæ fessis præstare videtur  
 Qui notat inscriptus millia crebra lapis.  
 Partimur trepidum per opuscula bina tumorem,  
 Quam satius fuerat sustinuisse semel.  
 Tandem nimbose maris obsidione solutis  
 Pisano portu contigit alta sequi.  
 Adridet placidum radiis crispantibus æquor  
 Et sulcata levi murmurat unda sono.  
 Incipiunt Apennini devexa videri,  
 Qua fremit aërio monte repulsa Thetis.  
 Italiam rerum dominam qui cingere visu,  
 Et totam pariter cernere mente velit,  
 Inveniet quernæ similem procedere frondi  
 Artatam laterum conveniente sinu.  
 Millia per longum decies centena teruntur  
 A Ligurum terris ad freta Sicaniæ.  
 In latum variis damnosa anfractibus intrat  
 Tyrreni rabies, Hadriacique sali:  
 Qua tamen est juncti maris angustissima tellus,  
 Triginta & centum millia sola patet.  
 Diversas medius mons obliquatur in undas,  
 Qua fert atque refert Phœbus uterque diem.  
 Urget Dalmaticos Eoo vertice fluctus,  
 Cæruleque occiduis frangit Etrusca jugis.  
 Si factum certa mundum ratione fatemur,  
 Consiliumque Dei machina tanta fuit:  
 Excubiis Latiis prætexuit Apenninum,  
 Claustraque montanis vix adeunda viis.  
 Invidiam timuit natura, parumque putavit  
 Arctoïis alpes opposuisse minis.  
 Sicut vallavit multis vitalia membris,  
 Nec semel inclusit quæ pretiosa tulit.  
 Jam tum multiplici meruit munimine cingi,  
 Sollicitosque habuit Roma futura Deos.  
 Quo magis est facinus diri Stiliconis acerbum,  
 Proditor arcani qui fuit imperii.  
 Romano generi dum nititur esse superstes,  
 Crudelis summis miscuit ima furor:  
 Dumque timet quidquid se fecerat ipse timeri,  
 Immisit Latiz barbara tela neci:  
 Visceribus nudis armatum condidit hostera  
 Illatæ cladis liberiore dolo.  
 Ipsa satellitibus pellitis Roma patebat,  
 Et captiva prius quam caperetur erat.  
 Nec tantum Geticis grassatus proditor armis,  
 Ante Sibyllinæ fata cremavit opis.  
 Odimus Althæam consumpti funere torris,  
 Nilzæum crinem flere putantur aves:  
 At Stilico æterni fatalia pignora regni  
 Et plenas voluit præcipitare colos.  
 Omnia tartarei cessent tormenta Neronis,  
 Consumat stygias tristior umbra faces.  
 Hic immortalem, mortalem perculit ille:  
 Hic mundi matrem perculit, ille suam.  
 Sed diverticulo fuimus fortasse loquaces,  
 Carmine proposito jam repetamus iter.  
 Advehimur celeri candentia mœnia lapsa:  
 Nominis est auctor Sole corusca soror.  
 Indigenis superat ridentia lilia saxis,  
 Et lævi radiat picta nitore silex.  
 Dives marmoribus tellus, quæ luce coloris  
 Provocat intactas luxuriosa nives.

*Reliqua desiderantur.*

MAXI.

MA

Qu

E



En  
C  
Sol  
N  
Noi

Hoc quoque, quæ  
 ar gravis in luc  
 Quodque omni  
 dum juvenile decu  
 Orator toto cla  
 re poetarum m  
 Et veros titulos  
 re perorata perce  
 Et data sunt lingu  
 cum defectis jar  
 Ha, senibus vitæ p  
 minor his aderat  
 quæ, vel si desint c  
 etiam virtus sulvo  
 in quam præclarum  
 dat celeres arcu ten  
 debuit telis præda p  
 dicit canibus densos  
 ubi multas non  
 ait madidam si f  
 illi validis lubri  
 agli cursu confro  
 Nec tragicos cantus  
 habet metrum dulce  
 Et semper vitium  
 am quæcumque solet  
 Alterno potius vino  
 inter virtutis opes  
 habebat cunctas in  
 que madato ventos p  
 mi sollicitum,  
 gan galidas Tiberin  
 et metui dubio cred  
 etis exiguo poterat  
 quamvis modico n  
 et subito vinosus  
 et latius sumer  
 et ipse pater Bacci  
 et concta solet vit  
 ille est animum t  
 et oppositas mens  
 etque virtutum qu  
 etrem palmam pro  
 etiam rigidum men  
 etus in vitium, sec  
 etis quæcumque fe  
 etant animo tristi  
 etem modico cont  
 et rerum dominus nil



# MAXIMIANI ELEGIARUM LIBER,

Qui falso sub nomine Cn. Cornelii Galli editus est.

## ELEGIA I.



Emula cur cessas finem properare Senectus?  
Cur & in hoc fesso corpore tarda sedes?  
Solve precor miseram tali de carcere vitam.  
Mors est jam requies, vivere pœna mihi.  
Non sum qui fueram: periit pars maxima  
nostri:

Hoc quoque, quod superest, languor & horror habet.  
Lux gravis in luctu, rebus mœstissima lætis,  
Quodque omni est pejus funere, velle mori.  
Dum juvenile decus, dum mens, sensusque manebat,  
Orator toto clarus in orbe fui.  
Sæpe poetarum mendacia dulcia finxi,  
Et veros titulos res mihi ficta dedit.  
Sæpe perorata percepi lite cotonam,  
Et data sunt linguæ præmia digna meæ.  
Quæ cum defectis jam sunt immortalia membris:  
Heu, senibus vitæ portio quanta manet!  
Nec minor his aderat sublimis gratia formæ:  
Quæ, vel si desint cætera multa, placet.  
Quinetiam virtus fulvo pretiosior auro,  
Per quam præclarum plus micat ingenium.  
Si libuit celeres arcu tentare sagittas,  
Occubuit telis præda petita meis.  
Si placuit canibus densos circumdate saltus,  
Prostravi multas non sine laude feras.  
Dulce fuit madidam si fors versare palæstram,  
Implicui validis lubrica membra totis.  
Nunc agili cursu cunctos anteite solebam:  
Nunc tragicos cantus exsuperare meo.  
Augebat meritum dulcis mixtura bonorum:  
Ut semper varium plus micat artis opus.  
Nam quæcumque solent per se perpensa placere,  
Alternò potius vincita decore placent.  
Has inter virtutis opes, tolerantia rerum  
Spernebat cunctas insuperata minas.  
Vertice nudato ventos pluviasque fetebam:  
Non mihi solstitium, nec grave frigus erat.  
Innabam gelidas Tiberini fluminis undas:  
Nec metui dubio credere membra freto.  
Quamvis exiguo poteram requiescere somno,  
Et quamvis modico membra fovere cibo:  
At si me subito vinosus reperit hospes,  
Aut fecit lætus sumere vina dies,  
Cessit & ipse pater Bacchus, stupuitque bibentem,  
Et qui cuncta solet vincere, victus abit.  
Haud facile est animum tantis inflectere rebus,  
Ut res oppositas mens ferat una duas.  
Hoc quoque virtutum quondam certamine magnum  
Socratem palmam promeruisse ferunt.  
Hinc etiam rigidum memorant valuisse Catonem:  
Non res in vitium, sed male facta cadunt.  
Intrepidus quæcumque forent, ad utrumque ferebar:  
Cedebant animo tristia cuncta meo.  
Pauperiem modico contentus semper amavi,  
Et rerum dominus nil cupiendo fui.

Tu me sola tibi subdis miseranda Senectus,  
Cui cedit quidquid vincere cuncta potest.  
In te corruimus: tua sunt quæcumque fatiscunt:  
Ultima quæque tuo conficis ipsa malo.  
Ergo his ornatum meritis Etruria nostris  
Oprabat natis me sociare suis:  
Sed mihi dulce magis resolutò vivere collo,  
Nullaque conjugii vincula grata pati.  
Ibam per mediam vernali corpore Romam,  
Spectandus cunctis undique virginibus.  
Quæque peti poterat, fuerat vel forte petita,  
Erubuit vultus visa puella meos.  
Et nunc subridens latebras fugitiva petebat,  
Non tamen effugiens, tota latere volens:  
Sed magis ex aliqua cupiebat parte videri:  
Lætior hoc multo, quod male tecta foret.  
Sic cunctis formosus ego, gratulque videbar  
Omnibus, & sponsus sic genialis eram.  
Sed tantum sponsus: nam me natura pudicum  
Fecerat, & casto pectore durus eram.  
Nam dum præcipuè cupio me jungere formæ,  
Permanſi viduo frigidus usque toro.  
Omnis scæda mihi, atque omnis mihi rustica visa est,  
Nullaque conjugio digna puella meo.  
Horrebam tenues, horrebam corpore pingues:  
Nec mihi grata brevis, nec mihi longa fuit.  
Cum media tantum dilexi ludere forma,  
Major enim mediis gratia rebus inest.  
Corporis has nostri mollis lascivia partes  
Incolit: has sedes mater amoris habet.  
Quærebam gracilem, sed non quæ macra fuisset:  
Carnis ad officium carnea membra placent.  
Sic quod in amplexu delectat stringere corpus,  
Ne lædant pressum quælibet ossa latus.  
Candida contempſi, nisi quæ suffusa rubore  
Vernarent propriis ora serena rosis.  
Hunc Venus ante alios sibi vindicat ipsa colorem,  
Diligir & florem Cypris ubique suum.  
Aurea cæsaries, demissaque, lactea cervix,  
Vultibus ingenuis visa federe magis.  
Nigra supercilia, & frons libera, lumina nigra,  
Urebant animum sæpe notata meum.  
Flammea dilexi, modicumque tumentia labra,  
Quæ mihi gustanti basia plena darent.  
In teteti collo visum pretiosius aurum,  
Gemmaque iudicio plus radiare meo.  
Singula turpe leni quondam quæſita refette:  
Et quod tunc decuit, jam modo crimen habet.  
Diversos diversa juvant: non omnibus annis  
Omnia conveniunt: res prius apta, nocet.  
Exultat levitate puer, gravitate senectus:  
Inter utrumque manens stat juvenile decus.  
Hunc tacitum, tristemque decet. fit clarior ille  
Lætitia, & linguæ garrulitate suæ.  
Cuncta trahit secum, vertitque volubile tempus,  
Nec patitur certam currere quemque via.



Nunc quia longa mihi gravis est, & inutilis ætas,  
 Vivere cum nequeam, sit mihi posse mori.  
 O quam dura premit miseros conditio vitæ:  
 Nec mors humano subjacet arbitrio!  
 Dulce mori miseris, sed mors optata recedit:  
 At cum tristis erit, præcipitata venit.  
 Me vero, heu, tantis defunctum partibus olim,  
 Tartareas vivum constat inire vias.  
 Jam minor auditus, gustus minor, ipsa minora  
 Lumina, vix tactu noscere certa queo.  
 Nullus dulcis odor, nulla est jam grata voluptas.  
 Sensibus expertem quis superesse putet?  
 Et Lethæa meam subeunt oblivia mentem,  
 Nec confusa sui jam meminisse potest.  
 Ad nullum confurgit opus, cum corpore languet:  
 Atque intenta suis obstupet ipsa malis.  
 Carmina nulla cano: cantandi summa voluptas,  
 Heu, fugit, & vocis gratia vera perit.  
 Non fora sollicito, nec blanda poemata fingo,  
 Litibus, heu, rapidis commoda dura sequor.  
 Ipsaque me species quondam dilecta reliquit:  
 Et videor formæ mortuus esse meæ.  
 Pro niveo rutiloque prius nunc inficit ora  
 Pallor, & esanguis funereusque color.  
 Aret sicca cutis, rigidi stant undique nervi,  
 Et lacerant unæ tabida membra manus.  
 Quondam videntes oculi: nunc fonte perenni  
 Deplangunt pœnas nocte dieque suas.  
 Et quos grata prius ciliorum setta tegebant,  
 Desuper incumbens hispida siiva premit.  
 Ac velut inclusi cæco conduntur in antro:  
 Nescio quid torvum, vel furiale vident.  
 Jam pavor est vidisse senem: nec credere possis  
 Hunc hominem, humana qui ratione caret.  
 Si libros repero, duplex se littera findit,  
 Largior occurrit pagina nota mihi.  
 Claram per nebulas videor mihi cernere lucem:  
 Nubila sunt oculis ipsa serena meis.  
 Eripitur sine nocte dies. caligine cæca  
 Septum Tartareo quis neget esse loco?  
 Talia quis demens homini persuaserit auctor,  
 Ut cupiat voto turpior esse suo?  
 Jam subeunt morbi, subeunt discrimina mille:  
 Jam dulces epulæ, deliciæque nocent.  
 Cogitur a gratis animum suspendere rebus,  
 Atque ut vivamus, vivere desinimus.  
 Et jam me dudum, cui nulla adversa nocebant,  
 Ipsa, quibus regimur, nunc alimenta gravant.  
 Esse libet saturum, saturum mox esse pigebit,  
 Præstat ut abstineam, ast abstinuisse nocet.  
 Quæ modo profuerat, contraria redditur esca:  
 Fastidita jacet, quæ modo dulcis erat.  
 Non Veneris sunt grata mihi, nec munera Bacchi,  
 Nec quidquid vitæ fallere damna solet.  
 Sola jacens natura manet, quæ sponte per horas  
 Solvitur, & vitio carpitur ipsa suo.  
 Nec toties experta mihi medicamina profunt,  
 Non agris quidquid ferre solebat opem.  
 Sed cum materia pereunt quæcumque parantur,  
 Fit magis & damnis tristior urna meis.  
 Non secus instantem cupiens fulcire ruinam,  
 Diversis contra nititur objicibus,  
 Donec longa dies, omni compage soluta,  
 Ipsum cum rebus subruat auxilium.  
 Quid quod nulla levant animum spectacula rerum,  
 Nec mala tot vitæ dissimulare licet?

Turpe seni vultus nitidi. vestesque decoræ,  
 Atque etiam est ipsum vivere turpe senem.  
 Crimen amare jocos, crimen convivium, cantus.  
 O miseri, quorum gaudia crimen habent!  
 Quid mihi divitiæ? quarum si demseris usum,  
 Quamvis largus opum, semper egenus ero.  
 Imo etiam pœna est partis succumbere rebus,  
 Quas cum possideas, est violare nefas.  
 Non aliter sitiens vicinas Tantalus undas  
 Captat, & appositis abstinet ora cibus.  
 Efficior custos rerum magis ipse mearum,  
 Conservans aliis, quæ periire mihi.  
 Sicut in auricomis pendentia plurimus hortis  
 Pervigil observat non sua poma draco.  
 Hinc me sollicitum torquent super omnia curæ:  
 Hinc requies animo non datur ulla meo.  
 Quærere quæ nequeo, semper retinere laboro,  
 Et retinens semper nil tenuisse puto.  
 Stat dubius, tremulusque senex, semperque malorum  
 Credulus, & stultus, quæ facit ipse, timet.  
 Laudat præteritos, præsentis despicit annos:  
 Hoc tantum rectum, quod sapit ipse, putat.  
 Se solum doctum, se judicat esse peritum,  
 Et quod sit sapiens, desipit inde magis.  
 Multa licet nobis referens, eademque revolvens  
 Horret, & alloquium conspuat ipse suum.  
 Deficit auditor, non deficit ipse loquendo.  
 O sola fortes garrulitate senes!  
 Omnia nequidquam clamoribus vocibus implet.  
 Nil satis est, horret, quæ placuere modo.  
 Arridet de se videntibus, ac sibi plaudens  
 Incipit opprobrio lætior esse suo.  
 Hæ sunt primitiæ mortis: his partibus ætas  
 Desluit, & pigris gressibus ima petit.  
 Non habitus, non ipse color, non gressus euntis,  
 Non species eadem, quæ fuit ante, manet.  
 Labitur ex humeris demisso corpore vestis:  
 Quæque brevis fuerat, jam modo longa mihi est.  
 Contrahimur, mitoque modo decrevimus ipsi:  
 Diminui nostri corporis ossa putes.  
 Nec Cælum spectare licet: sed prona senectus  
 Terram, a qua genita est, & reditura videt.  
 Fitque tripes, prorsus quadrupes, ut parvulus infans;  
 Et per sordentem flebile serpit humum.  
 Ortus cuncta suos repetunt, matremque requirunt:  
 Et redit ad nihilum, quod fuit ante nihil.  
 Hinc est quod baculo incumbens ruitura senectus,  
 Assiduo pigram verberare pulsat humum.  
 Et numerosa movens certo vestigia passu,  
 Talia rugato creditur ore loqui.  
 Suscipe me genitrix, nati miserere laborum,  
 Membra velis gremio fessa fovere tuo.  
 Horrent me pueri, nequeo velut ante videri.  
 Horrendos partus cur finis esse tuos?  
 Nil mihi cum superis, explevi munera vitæ,  
 Redde, precor, patrio mortua membra solo.  
 Quid miseros variis prodest suspendere pœnis?  
 Non est materni pectoris ista pati.  
 His dictis, trunco titubantes sustinet artus,  
 Neglecti reperens stramina dura tori.  
 Quo postquam jacuit, misero quid funera differt?  
 Heu tantum attriti corporis ossa vides.  
 Cumque magis jaceam semper, vivamque jacendo:  
 Quis sub vitali me putet esse loco?  
 Jam pœna est totum quod vivimus. urimur æstu,  
 Officiunt nebulæ, frigus & aura nocet.

has lædit, mo-  
 Veris & aut  
 Hinc miserum  
 Continuos &  
 Hos superesse r  
 Et lux, qua  
 Ipsa etiam cuncti  
 Abvolat, & ser  
 Veli lassos amq  
 Turbidus in qua  
 Mollia solera toti d  
 Para licet, mag  
 Cæper per mediam  
 Mulaque, ne pe  
 Temur infirmi c  
 Meluero, infelix  
 In natura solvu  
 Et ram præclarum  
 In veniens onerata  
 Cedere ponderib  
 In quo quis has cupi  
 Palliatimque an  
 In te mori melius  
 Et sensus membri  
 In queror, heu, le  
 In improba natura di  
 In vident validi longa  
 In quondam pulche  
 In a dia rabidi com  
 In antaque per seniu  
 In etiam veniem: coi  
 In nullum est, que  
 In sibi venturos meli  
 In tunc infelices antici  
 In caminor, certam sub  
 In sed timeas, graviu  
 In tus fert alios quis p  
 In quoque difficile e  
 In contemptus, vio  
 In Ne quisquam ex tant  
 In eia pueri, atque ips  
 In sepe putant Dominu  
 In tunc gressus, iriden  
 In Et tremulum, quom  
 In quoque nihil videam  
 In In gravior misero pe  
 In a qui meruit tranqu  
 In In letos stabili claud  
 In In talis miseris memo  
 In In gravius summo cul  
 E L E  
 In Electa mihi nim  
 In Com qua mens ea  
 In In talis quibus indit  
 In In amplexus, he  
 In In talis juvenes, a  
 In In carat imbellem,  
 In In amittisse voler tra  
 In In quod me potius  
 In In tunc causas ingra  
 In In talis vitio judic  
 In In quæ præteriens cum  
 In In talis, obductis vell  
 In In ego dilexi? meque



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Captus amore tuo demens, Aquilina, ferebar;  
 Pallidus, & tristis, captus amore tuo.  
 Nondum, quid sit amor, vel quid Venus ignea, noram:  
 Torquebar potius rusticitate mea.  
 Nec minus illa mea percussa a cuspide, flagrans  
 Errabat, tota non capienda domo.  
 Carmina pulsa procul, nimium dilecta, jacebant:  
 Solus amor cordi, curaque semper erat.  
 Nec reperire viam, qua cæcum pasceret ignem,  
 Docta, nec alternis reddere verba notis.  
 Tantum in conspectu studio perstabat inani,  
 Anxia vel solo lumine corda fovens.  
 Pædagogus adit me: illam tristissima mater  
 Servabat, tanti pœna secunda mali.  
 Prentabantque oculos, nutusque per omnia nostros,  
 Quique solet mentis ducere signa color.  
 Dum licuit, votum tacite compressimus ambo,  
 Et varia dulces teximus arte dolos.  
 At postquam teneram rupit verecundia frontem,  
 Nec valuit penitus flamma recepta regi,  
 Mox captare dolos & tempora cœpimus ambo,  
 Atque superciliis luminibusque loqui:  
 Fallere sollicitos, suspensos ponere gressus,  
 Et tota nullo currere nocte sono.  
 Nec longum, genitrix furtivum sensit amorem,  
 Et medicare parans vulnera vulneribus,  
 Increpitat, cæditque: ignes in pectore crescunt,  
 Ut solet adjecto crescere flamma rogo.  
 Concipiunt geminum flagrantia corda timorem,  
 Et sic permisto sævit amore dolor.  
 Tunc me visceribus perterrita quærit anhelis,  
 Eratum supplicii quem putat esse suis.  
 Nec memorate pudet, turpesque revolvere versus,  
 Imo etiam gaudens imputat illa mihi.  
 Pro te susceptos juvat, inquit, ferre labores:  
 Tu pretium tanti dulce cruoris eris.  
 Sit modo certa fides, atque inconcussa voluptas:  
 Quæ nihil imminuit passio, nulla fuit.  
 His egomet stimulis angebar semper, & ardens  
 Languēbam: nec spes ulla salutis erat.  
 Prodere non ausus carpebar vulnere cæco:  
 Sed stupor & macies vocis habebat opus.  
 Hic mihi, magnarum scruator maxime rerum,  
 Solus Bobeti fers miseratus opem.  
 Nam cum me curis intentum sæpe videres,  
 Nec posses causam noscere tristitiæ:  
 Tandem perspicuens tali me peste teneri,  
 Mitibus alloquiis pandere clausa jubes.  
 Dic, ait, unde novo correptus carperis igne?  
 Dic precor, & dicti sume doloris opem.  
 Non intellecti nulla est curatio morbi,  
 Ut magis inclusis ignibus ante fremunt.  
 Dum pudor est tam sæda loqui, vitiumque fateri,  
 Agnovit taciti conscia signa mali.  
 Mox ait, occultæ satis est res prodita causæ.  
 Pone metum, veniam vis tibi tanta dabit.  
 Prostratus pedibus verecunda silentia rupi,  
 Cum lacrimis referens ordine cuncta suo.  
 Fare, ait, ut placidæ potjaris munere formæ  
 Responde: pietas talia velle fugit.  
 Solvitur in risum, exclamans, pro mira voluptas!  
 Castus amor Veneris dicito quando fuit?  
 Parcere dilectæ juvenis desiste puellæ,  
 Impius huic fueris, si pius esse voles.  
 Unguibus & morsu teneri pascuntur amores:  
 Vulnera non refugit, res magis apta plagæ.

Interea donis permulcet corda parentum,  
 Et pretio faciles in mea vota trahit.  
 Auri cæcus amor nativum vincit amorem:  
 Cœperunt gnata crimen amare suæ.  
 Dant vitiis furtisque locum: dant jungere dexteras;  
 Et rotum ludo concelebrare diem.  
 Permissum sit vile nefas, sit languidus ardor.  
 Vicerunt morbum languida corda suum.  
 Illa nihil quæsitâ videns procedere, causam  
 Odit, & illæso corpore tristis abit.  
 Projeci vanas sanato pectore curas,  
 Et subito didici quam miser ante fui.  
 Salve sancta, inquam, semperque intacta marito  
 Virginitas, per me plena pudoris eris.  
 Quæ postquam perlata viro sunt omnia tuto,  
 Meque videt fluctus exsuperasse meos:  
 Macte, inquit, juvenis proprii dominator amoris,  
 En de contemptu sume tropæa tuo.  
 Arma tibi Veneris, cedantque Cupidinis arcus:  
 Cedat & armipotens ipsa Minerva tibi,  
 Si tibi peccandi studium permissa potestas  
 Abstulit, atque ipsum talia velle fugit.  
 grati, tristes pariter discessimus ambo:  
 Dissidii ratio vita pudica fuit.

## E L E G I A IV.

**R** Estat adhuc alios, turpesque revolvere casus,  
 Atque aliquo molli pascere corda joco.  
 Conveniunt etenim deliræ ignava senectæ,  
 Aptaque sunt operi carmina vana meo.  
 Sic vicibus variis, alternis volvitur annis,  
 Et mutata magis tempora grata mihi.  
 Virgo fuit, species dederat cui candida nomen,  
 Candida, diversis sat bene comita comis.  
 Huic ego per totum vidi splendentia corpus  
 Cymbala multiplices edere pulsa sonos.  
 Nunc niveis digitis, nunc pullans pestine chordas,  
 Arguto quidquid murmure dulce loqui.  
 Hanc ego saltantem subito correptus amavi,  
 Et cœpi tacitus vulnera grata pati.  
 Sic me diversis tractum de partibus, una  
 Carpebat variis pulcra puella modis.  
 Singula visa semel, semper memorare libebat,  
 Hærebatque animo nocte dieque meo.  
 Sæpe velut vise letabar imagine formæ,  
 Et procul absentis voce manuque frui.  
 Sæpe velut præsens fuerit, mecum ipse loquebar:  
 Cantabam dulces, quos solet illa, modos.  
 O quoties demens, quoties sine mente putabar,  
 Nec puto fallebar, non bene sanus eram.  
 Atque aliquis, cui cæca foret bene nota voluptas,  
 Cantat cantantem, Maximianus amat.  
 Certe difficile est abscondere pectoris ællus,  
 Panditur & clauso sapius ore furor.  
 Nam subito inficiens vultum pallorque, ruborque  
 Interdum certæ vocis habebat opus.  
 Nec minus ipsa meas prodebant somnia curas:  
 Somnia secreti non bene fida mei.  
 Nam cum sopitos premerent oblivia sensus,  
 Contestata est facinus conscia lingua suum.  
 Candida, clamabam, propera. cur Candida cessas?  
 Nox abit, & furtis lux inimica venit.  
 Proximus ut genitor mecum comitatus amatæ  
 Virginis, in gelida forte jacebat humo:  
 Illius ad nomen turbatos excitat artus:



Exsilit, & natam credit adesse suam.  
 Omnia collustrans, toto me corde solutum  
 Prospicit affantem, nec meminisse mei.  
 Vana putas? an vera sopor ludibria jactat?  
 Et te verus, ait, pectoris ardor habet?  
 Credo equidem assuetas animo remeare figuras,  
 Et fallax studium ludit imago suum.  
 Stat tamen attonitus, perplexaque murmura captat,  
 Et tacitis precibus dicere plura rogat.  
 Sic ego, qui cunctis sanctæ gravitatis habebam,  
 Proditus iudicio sum miser ipse meo.  
 Et nunc infelix tota est sine crimine vita,  
 Et peccare senem non potuisse pudet.  
 Deserimur vitiis, fugit indignata voluptas:  
 Et quod non possum, non potuisse juvat.  
 Hoc etiam meminisse licet, quod serior ætas  
 Intulit, & gemitus quos mihi læta dedit.  
 Has sed quis possit naturæ adstringere partes?  
 Gnarus & ut sapiens noxia sæpe velit?  
 Interdum rapimur vitiis, trahimurque volentes,  
 Et, quæ non capiunt, pectora bruta volunt.

ELEGIA V.

Missus ad Eoas legati munere sanctus,  
 Tranquillum cunctis nestere pacis opus,  
 Dum studeo geminæ componere fœdera pacis,  
 Inveni cordis bella nefanda mei.  
 Hic me suscipiens Etruscæ gentis alumnum,  
 Involvit patriis Graia puella dolis.  
 Nam cum se nostro captam simularet amore,  
 Me potius vero fecit amore capi.  
 Pervigil ad nostras adstabat mane fenestras  
 Nescio quid Græco murmure dulce canens.  
 Nunc aderant lacrimæ, gemitus, suspiria, pallorque,  
 Et quidquid nullum fingere posse putes.  
 Sed velut afflicto nimium miseratus amore,  
 Efficior potius tunc miserandus ego.  
 Hæc erat egregia forma, vultusque sereni,  
 Grata micans oculis, nec minus arte placens;  
 Docta loqui digitis, & carmina fingere docta,  
 Et responsuram sollicitare lyram.  
 Illam Seireniis stupefactus cantibus æquans,  
 Efficior demens alter Ulysses ego.  
 Et quia non poteram tantas evadere moles,  
 Nescius in scopulos, & vada cæca fetor.  
 Quid referam gressus certa se lege moventes?  
 Suspensosque novis passibus ire pedes?  
 Grande erat inflexos gradibus numerare capillos,  
 Grande erat in niveo pulcra colore coma.  
 Urebant oculos duræ stantesque papillæ,  
 Et quas adstringens clauderet una manus.  
 Ah quantum mentem stomachi fultura movebat,  
 Atque sub exhausto pectore pingue femur!  
 Urebar teneros adstringere fortiter artus,  
 Visa per amplexus ossa sonare meos.  
 Grandia clamabam nimium me brachia lædunt,  
 Non tolerant pondus subdita membra tuum.  
 Dirigui, quantumque fuit calor ossa reliquit,  
 Et nata est veniæ causa pudenda meæ.  
 Non sic lac tenerum permixta coagula reddunt,  
 Nec liquidi mellis spuma liquoris erit.  
 Succubui fateor, Graiæ tum nescius artis:  
 Succubui Tusca simplicitate senex.  
 Qua defensa suo superata est Hectore Troja,  
 Unum non poterat fraus superare senem?

Muneris invicti curam, studiumque reliqui,  
 Deditus imperiis, sæve Cupido, tuis.  
 Nec memorare pudet tali me vulnere victum,  
 Subditus his flammis Jupiter ipse fuit.  
 Sic mihi prima quidem nox affuit, & sua solvit  
 Munera grandævo vix subeunda viro.  
 Proxima destituit vires, vacuusque recessit  
 Ardor, & in Venerem segnis, ut ante, fui.  
 Illa, velut proprium repetens infesta tributum,  
 Instat, & increpitans, debita reddis? ait.  
 Sed nihil hic clamor, nil sermo miris agebat:  
 Quod natura negat, reddere nemo potest.  
 Eruhui, stupuique: omnes verecundia morus  
 Abstulit, & blandum terror ademit opus.  
 Contrectare manu cœpit frigentia membra,  
 Meque etiam digitis sollicitare suis.  
 Nil mihi torpentis, nil tactis profuit illis:  
 Restitit in medio frigus, ut ante, foco.  
 Quæ te crudelis rapuit mihi femina? dixit,  
 Cujus ab amplexu fessus ad arma redis?  
 Jurabam curis animum mordacibus uri,  
 Nec posse ad luxum tristia corda trahi.  
 Illa dolum credens, non falles, inquit, amorem,  
 Plurima cæcus amor lumina semper habet.  
 Quin potius placido noli unquam parcere ludo:  
 Projice tristitias, & renovare jocis.  
 Obtundunt siquidem curarum pondera sensus:  
 Intermissa minus sarcinæ pondus habet.  
 Tunc egomet toto nudatus corpore lecto,  
 Effusis lacrimis talia verba dedit.  
 Cogimur, heu, segnes crimen vitiumque fateri,  
 Ne meus extinctus forte puretur amor.  
 Me miserum, cuius non est culpanda voluptas,  
 Judicor infelix debilitatis ope.  
 En longo confecta situ tibi tradimus arma:  
 Arma ministeriis quippe dicata tuis.  
 Fac quodcumque potes, nos cedimus, hoc tamen ipse  
 Grandior est hostis, quo minus ardet amor.  
 Protinus Argivas admovit turpiter artes,  
 Meque cupit flammis vivificare suis.  
 Ast ubi dilecti perfensit funera membri,  
 Nec velut expositum surgere vidit opus,  
 Erigitur, viduæque toto laniata recumbens,  
 Vocibus his luctus & sua damna sovet.  
 Mentula festorum cultrix operosa dierum  
 Quondam divitiæ deliciæque meæ,  
 Quo te dejectam lacrimarum gurgite plangam?  
 Quæ de tot meritis carmina digna feram?  
 Tu mihi flagranti succurrere sæpe solebas,  
 Atque æstus animi ludificare mei.  
 Tu mihi per totam custos gratissima noxam,  
 Consors lætitiæ tristitiæque meæ.  
 Conscia secreti semper fidissima nostri,  
 Adstans in nostris pervigil obsequiis.  
 Quo tibi fervor abit, per quem feritura placebas?  
 Quo tibi cristatum vulniferumque caput?  
 Nempe jaces nullo, ut quondam, suffusa rubore:  
 Pallida demisso vertice nempe jaces.  
 Nil tibi blanditiæ, nil dulcia carmina profunt,  
 Non quidquid mentem sollicitare solet.  
 Sic velut exposito meritam te funere plango,  
 Occidit assiduo quod caret officio.  
 Hæc ego cum lacrimis deducta voce canentem  
 Irridens, dictis talibus increpui.  
 Dum desles nostri languorem femina membri,  
 Ostendis morbo te graviore premi.



Vade, inquam, felix, semper felicibus apta,  
 Utete, cognatis utere deliciis.  
 Illa furens, credo quod nescis perfide, dixit:  
 Non fleo privatum, sed generale chaos.  
 Hæc genus humanum, pecudam, volucrumque, ferarumque,  
 Et quidquid toto spirat in orbe, creat.  
 Hac sine diversi nulla est concordia sexus,  
 Hac sine conjugii gratia summa perit.  
 Hæc geminas tanto constringit fœdere mentes,  
 Unius ut faciat corporis esse duos.  
 Ultra licet, pretium si desit, femina perdit,  
 Hæc si desuerit, vir quoque turpis erit.  
 Hæc si gemma micans rutilum non conterat aurum,  
 Æternum fallax, mortiferumque genus.  
 Tecum pura fides, secretaque certa loquuntur,  
 O vere pretium, fructiferumque bonum.  
 Cedunt cuncta tibi, quodque est sublimius, ultro  
 Cedunt imperiis maxima quæque tuis.  
 Nec subtracta gemunt, sed se tibi subdere gaudent:  
 Vulnere sunt iræ prosperiora tuæ.  
 Ipsa etiam totum moderans sapientia mundum,  
 Porrigit invitas ad tua jura manus.  
 Sternitur icta tuo votivo vulnere virgo,  
 Et percussa novo lata cruore jacet.  
 Flet tantum, ridetque suum laniata dolorem,  
 Et percussori plaudit amica suo.  
 Non tibi semper iners, non mollis convenit actus,  
 Mistaque sunt ludis fortia facta tuis.  
 Nam nunc ingenio, magis nunc viribus usa,  
 Nunc his, quæ juveni sunt inimica, malis.  
 Nam tibi pervigiles impendunt sæpe dolores,

Imbres, insidiz, jurgia, damna, pudor:  
 Tu mihi sæpe feri commendas corda tyranni,  
 Sanguineus per te Mars quoque mitis erit.  
 Tu post extinctos, debellatosque Gigantes,  
 Excutis irato tela trifulca Jovi.  
 Tu cogis rapidas affectus discere tigres:  
 Per te blandus amans redditur ipse leo.  
 Mira tibi virtus, mira est patientia. victos  
 Diligis, & vinci, vincere sæpe volens.  
 Cum superata jacès, vires animosque resumis,  
 Atque iterum vinci, vincere rursus amans.  
 Ira brevis, longa est pietas, recidiva voluptas,  
 Et cum posse perit, mens tamen una manet.  
 Conticuit tandem longo satiata dolore,  
 Ac velut expletis desinit exsequiis.

## E L E G I A VI.

**C**laude præcot miseras ætas verbosa querelas,  
 Numquid adhuc vitium vis referare tuum?  
 Sit satis indignum leviter tetigisse pudorem,  
 Contrectata diu crimina crimen habent.  
 Omnibus est eadem leti via, non tamen unus  
 Est vitæ cunctis, exitiique modus.  
 Hac pueti, atque lenes pariter, juvenesque ferentur,  
 Hac par divitibus pauper egenus erit.  
 Ergo quod adstrictum, quodque est vitabile nulli,  
 Festino gressu vincere præstat iter.  
 Infelix ceu jam defleto funere surgo,  
 Hac me defunctum vivere parte puto,





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



putatis, ipsi vosmet fallitis. Ordinem autem sciriemque causæ breviter jam nunc eloquar.

Pater QUEROLI hujus Euclio fuit, avatus & cautus Senex. Hic enorme pondus auri olim in urnam condidit. Sic quasi paterna venerans, aurum celabat palam. Peregre vadens urnam domi sepeliit, ac reliquit ante Aras meas. Tumulum suis, mihi thesaurum commendavit. Abiit; neque rediit senex. Peregre moriens uni tantummodo rem indicavit, fraudulento & perfido. Cui tamen, sive oblitus, sive supervacuum putans, de busto & Titulo nihil exponit. QUEROLO juxta fatum hoc sufficit. Nunc ergo thesaurus habetur omnibus ignotus, & notus tamen. Erat sane facile nobis, aurum Domino ostendere, aut responso, aut somnio: sed ut agnoscant homines, Nemini auferri posse, quod dederit Deus: aurum, quod fidei male proditum est, furto conservabitur. Fur ergo jam nunc aderit, per quem nobis salva res erit. Iste urnam cum repererit, bustum putabit. Sic ille prospexit senex. Prædam qui abstulerit, reportabit; totum qui reddidit, parte incontentus fuit. Itaque bene perfidus alteri fraudem infert, damnum sibi. Tamen ne frustra memet videritis, exponere quædam volo. QUEROLUS iste noster, sicut nostis, omnibus est molestus, ipsi, si fas est, Deo. Homo ridicule iracundus: itaque ridendus magis. Dissidere cum istoc volupe est, & confutare vanam hominum sententiam. Fatum itaque jam nunc, & hominem e diverso audietis: vos judicium sumite. Genium autem ipsius esse me, quantum fieri potuerit, cautissime confitebor, ne quod mihi faciat malum. Nam maledicere mihi met nunquam cessat ille noctes, & dies. Sed eccum ipsum audio! Fatum & Fortunam clamat. Iste ad me venit: Patrem peregre mortuum audivit. Hui! quam graviter dolet! ut sunt humana! Credo, quia nihil relictum competit. Et quid ego nunc facio? Avolate hinc subito non possum: nimium memet credidi. Opportune Hamigerum hinc Tridentem video, præsidium hercle non malum. QUEROLUS si molestus esse hodie non destiterit, faciam, ut queratur justius. Unde esse hoc dicam? Piscatores mane hac præterisse vidi: ipsis forte hoc excidit.

## ACTUS I. SCENA II.

*Querolus. Lar Familiaris.*

*Quer.* O Fortuna! O Fors Fortuna! O Fatum sceleratum, atque impium! Si quis nunc mihi tete ostenderet, ego tibi nunc facerem, & constituerem Fatum inexsuperabile.

*Lar.* Sperandum est hodie de Tridente. Sed quid cesso interpellare, atque alloqui? Salve.

*Quer.* Istud cui Bono tot hominibus hæc, atque illac Hæc dicere, etiamsi prodesset, ingratum foret.

*Lar.* Misanthropus hercle hic verus est: unum conspiciat, turbas putat.

*Quer.* Quæso, Amice, quid tibi rei mecum est? debitum reposcis? an furem tenes?

*Lar.* Iracundus nimium es; Querole.

*Quer.* Hea! ego officium sum aspernatus: adicit & convicium.

*Lar.* Mine paulisper.

*Quer.* Non vacat.

*Lar.* Sic necesse est; mans.

*Quer.* Iam istud ad vim pertinet. Age quidvis.

*Lar.* Scin' tu, quam ob causam Tridentem istum gestia?

*Quer.* Nescio edepol, nisi quod primum propter importunos inventum esse hoc teor.

*Lar.* Idcirco hunc gestito, ut si me attigeris, talos transfodiam tibi.

*Quer.* Dixin' hoc fore? Nec salutatio impune hic datur. Non mala hercle est conditio: neque te contingo, neque me tu contigeris. Vale! Ite, & conferite amicitias. Ecce adfabilitas prima quid dedit.

*Lar.* Mane; ego sum, quem requiris, quemque accusas, Homuntio.

*Quer.* Ohe? Talos ego incolumes ferre hinc volo.

*Lar.* Non tu paulo ante Fatum accusabas tuum?

*Quer.* Accuso, & persequor.

*Lar.* Ades ergo huc, ego sum.

*Quer.* Tu Fatum es meum?

*Lar.* Ego sum Lar Familiaris, Fatum, quod vos dicitis.

*Quer.* Te ego jam dudum quæro: nusquam hodie pedem.

*Lar.* Præmonueram de Tridente. Cave; abstine.

*Quer.* Immo tu cave.

*Lar.* Ego jam prospexi.

*Quer.* Quodnam est hoc præstigium?

*Lar.* Apagelis! Homo ineptissime: hic nullum est præstigium. Desiste, nisi excipere mavis trina pariter vulnera.

*Quer.* At at! Vero simile est, esse hunc nescio quem de aliquibus vel Geniis, vel Ministeriis: iste seminudus dealbarusque incedit: toto splendet corpore. Euge! Lar familiaris; processisti hodie pulcre. Sed non totum intellego. Quod seminudus es, recognosco: unde dealbatus, nescio. Ego jamdudum apud Carbonarias agere te putabam: tu de Pistrinis venis.

*Lar.* Hei! etiam istud de meo, quod in malis tuis commode jocularis. Audi nunc jam. Permovet nosmet, Querole, tua quamvis inanis querimonia. Idcirco itaque veni, ut ratio tibi ex integro redderetur, quod nemini antehac contigit.

*Quer.* Tibine rationem rerum humanarum licitum est nosse, atque exponere?

*Lar.* Et novi, & doceo. Proinde quidvis exinde quereris, hodie totum expromito.

*Quer.* Dies deficiet ante.

*Lar.* Breviter percurre pauca, de quibus nunc tibi exponantur omnia.

*Quer.* Unum solum est, unde responderi mihi volo: Quare injustis bene est, & justis male?

*Lar.* Primum, ut apud vosmet fieri video, de persona est quæstio: Cuinam tu verba promis? Tibine an populo?

*Quer.* Et populo, & mihi.

*Lar.* Cum tu tibi ipse sis reus, quemadmodum satis aliis quoque multis defensorem te paras?

*Quer.* Ego novi reum me non esse.

*Lar.* Ergo posthac assertio conticescet, si persona exploditur. Inter bonos, an inter malos tete numeras?

*Quer.* Etiam queritas, quid mihi met ipsi videar, cum de scelestis conquerar?

*Lar.* Si proba, de illis tete esse, quos accusas, hoc est, de malis, pro quibus posthac loquere?

*Quer.* Si criminolum me esse conviceris, necesse est, meritis ut meis sensum accomodem.

*Lar.*

Celeriter nunc  
nam putas fecisse  
Equidem nullu  
Nullumne? Ergo  
Immo omnia per  
Eho! Querole; fu  
Nusquam, ex qu  
Ha ha he! Hoc e  
Quod verum est,  
feci, fateor; lar  
Cur igitur destit  
Fateamur istud.  
Hem! Quis aut  
est: abi.  
Idcirco crimen no  
At at! Etiam hu  
Quando autem fici  
Men rogas? Qu  
permitti, nec pr  
Quid ad hæc,  
tum vivere?  
Si tu me ad hæ  
Et tamen non d  
convinceris.  
Nihil est ampli  
Nulli igitur mort  
Nemini.  
Quid si convinco  
Nihil est, quod  
Dic mihi, si Soc  
Ecce iterum gen  
Ergo omnia de on  
Quando sic intern  
Quando hæc tibi le  
me crimen putes.  
quereris; expone c  
Bona hora exauc  
fuit.  
Quanto amplius,  
necio saltem, hoc  
Ohe! Illa nunc  
Non facile intelle  
tas. Tamen transe  
do jam scit leve.  
sacramentorum num  
numquam ju  
deras?  
Heu me miserum  
Ecce reperi? Juravi  
tis, non staret fide  
Abiane igitur peje  
fieri hoc solet.  
Quanto malleo,  
Tunc, Querole,  
sepe qui tace  
quantum & fat  
Quonia igitur per  
Immo nihil est ac  
deco: Primum co  
est, ut comprobi  
Ergo jam nunc ipse  
Ergo egomet a  
si fateor: sed viti  
mæ, expone bre  
ta.  
Primum tibi, G  
mæ.



*Lar.* Spes bona! Quid de inimicis iste faciet? In quo tamen amicitiarum te læsit fides?

*Quer.* Nemo mihi magis molestus, quam familiaris: neque magis morigerus, quam leviter cognitus.

*Lar.* Quidnam hoc mirum, si te qui novit, despicit? qui non novit, diligit?

*Quer.* Agimus tibi gratias, *Lar* familiaris: tu nos ornas in omnibus.

*Lar.* Jam intellego, quid querere: visne brevibus remedium hinc dari?

*Quer.* Valde cupio.

*Lar.* In amicitiam & fidem stultum ne receperis; nam insipientum, atque improborum facilius sustinetur odium, quam collegium.

*Quer.* Quod si sapiens non erit?

*Lar.* Stultos ingenio rege.

*Quer.* Quomodo?

*Lar.* Vis te non decipi?

*Quer.* Cupio.

*Lar.* Ne credideris nemini: in tua est potestate, ne decipiaris. Cur accusas perfidos? Visne tibi honorem deferri?

*Quer.* Maxime.

*Lar.* Inter miseros vivito.

*Quer.* Prope vera loqueris.

*Lar.* Visne te non decipi, maxime a tuis?

*Quer.* Vellem; si fieri potest.

*Lar.* Dicam, quod dictum est prius: nemini te, *Querole*, nimis sodalem feceris. Res nimium singularis est homo, fere non patiens parem. Minores despicitis, majoribus invidetis, ab æqualibus dissentitis; dic, quæso, quid placeat. Ergo secundum vitia, & mores, quid sit tenendum, discito. Cum parere comestationes, vinum, turbas respue: quem tu maxime tibimet obligare volueris, tanto levius ne scito. Conventus vero & dibacchationes, & joca frivola non quæro, ut amorem pariant; utinam nihil odiorum darent!

*Quer.* Quid! quod plures hujusmodi societate optime utuntur.

*Lar.* Novi omnia: illos mihi tu narras, qui totum occultant: nimium vel prudentes, vel felices sunt, quos requiris. Hoc ad *Querolum* non facit.

*Quer.* Est aliud, quod accusem. Pauper ego sum quidem, sicut tu vel nosti, vel facis. Sed hoc mecum tolerabile est. Illud prorsus non fero, quod tenuitati nemo ignoscit, neque cuiquam, ut aliquem dicat pauperem. Quid præterea? Hui! quanta adjiciunt! Sultitiam, negligentiam, somnum, & gulam. Patientia desidiæ, acrimonia crudelitati adsignatur. Sic vertuntur nomina: nemo ad facultates, nemo ad censum respicit. Semper dives diligens; contra pauper neglegens.

*Lar.* Censoribus hæc reserva, *Querole*, nunc autem illud dicito, quod specialiter te inquietat, & gravat. Nam ista, quæ protulisti, communia sunt, & antiqua paupertatis criimina. Tamen tu neque dives, neque pauper es. Hoc si agnosceres, felix eras.

*Quer.* Scisne me nupet Patrem amisisse?

*Lar.* Servasti præceptum: speciale hoc plane est: hoc est, quod nemini antehac contigit. Quid igitur? nonne hoc justum fuit? Bustum ut efferret filius.

*Quer.* Fateor: sed pater ipse nihil reliquit.

*Lar.* Dura deploratio: exequias inanes tibi contigisse luges: irasceris ergo, non doles. Patri certe nihil defuit; tibi que hodie nihil deficit. Non enim hæc



parva hereditas est. Succensesne? Senio saltem extremo sibi met vixit, qui semper tibi. Utinam tu hereditibus tantum relinquant, quantum reliquit Euclio! Dic ergo aliud. Nam istinc nihil audio.

*Quer.* Servus mihi est, quem tolerate nequeo, Pantomalus & mente, & nomine.

*Lar.* Felicem te, Querole; si unus tibi est Pantomalus! Multi multos Pantomalos habent.

*Quer.* Sed plures audio, qui suos etiam laudant.

*Lar.* isti peiores habent.

*Quer.* Cur igitur laudant?

*Lar.* Quia quid deperdant, nesciunt.

*Quer.* Tempestas maxima fructus meos abstulit.

*Lar.* Numquid commune hoc fuit? non uno genere omnes puniuntur: tibi tempestas obfuit: alter aliud pertulit.

*Quer.* Ohe! Confortes mei jamdudum nihil incommodi pertulerunt.

*Lar.* Fallis turpiter.

*Quer.* Da quaeso veniam. Ignorabam, peculiarem tibi curam esse hanc de confortibus meis; adhuc habeo, quod objiciam. Vicinus mihi malus est.

*Lar.* Ecce rem vere malam. Tamen, Querole, de uno isto, quantum etiam hic praestiterim, vide. Vicinum malum pateris unum tantum: quid faciant illi, qui plures habent?

*Quer.* Conserva istum quaeso, Lar familiaris: ex voto meo tuere, quem praestitisti, ne forte nascantur duo.

*Lar.* Quid si etiam hinc vincimus? dic quaeso nunc mihi, quem tu putas feliciorum? tete, an istum, de quo quereris?

*Quer.* Quidnam hic simile est? Aut numquid dubitati potest, feliciorum eum esse, qui alterum queri compellit, quam ille, qui ad querelam confugit?

*Lar.* Hem Querole, vis jam nunc facinus, ut infeliciorum esse hunc scias?

*Quer.* Valde cupio.

*Lar.* Sed egomet tibi tantum indicabo: paulum aurem accommoda.

*Quer.* Cur non aperte loqueris? numquidnam etiam tu times?

*Lar.* Quidni timeam, qui tecum vivo? aurem accommoda.

*Quer.* Age, dicito. Ha ha he! habeat, teneat, possideat, seque cum suis: laute edepol nos accipis Doctor.

*Lar.* Nonne?

*Quer.* Certe jam nihil conqueror.

*Lar.* Quid istuc, Querole? Paululum tibi ita videtur.

*Quer.* Rursum ad ingenium redis.

*Lar.* Sed quoniam miserum te non doces, superest, ut felicem comprobem. Dic quaeso, Querole, sanus es?

*Quer.* Ita arbitror.

*Lar.* Quanti hoc aestimas?

*Quer.* Hoc etiam imputas?

*Lar.* O Querole, sanus es, & felicem te negas? vide, ne postmodum felicem te fuisse scias.

*Quer.* Jam superius dixeram; bene mecum agitur, sed juxta alios, male.

*Lar.* Certe apud te bene.

*Quer.* Fateor.

*Lar.* Quid quaeris amplius?

*Quer.* Quare aliis melius?

*Lar.* Jam istuc ad invidiam pertinet.

*Quer.* Sed recte invideo. Nam sum inferior deterioribus.

*Lar.* Quid si feliciorum tete edoceo, quam sunt isti, de quibus dictus es?

*Quer.* Tum igitur facies, posthac Querolus nullum permittat quieti.

*Lar.* Ut negotium sit brevius, & succidius, argumenta removeo. Tu fortunam dicito, cujus tibi conditio placeat. Sortem autem, quam ipse volueris, jam nunc dabo. Tantum illud memento, ne putes posse te aliquid deflorare, atque excipere, unde aliquid legeris.

*Quer.* Placet optio. Da mihi divitias, atque honores militares, vel mediocriter.

*Lar.* Istud tibi praestare valeo: verum illud vide si tu valeas implete quod petis.

*Quer.* Quid?

*Lar.* Potes bellum gerere, ferrum excipere, aciem rumpere?

*Quer.* Istud nunquam potui.

*Lar.* Cede igitur praemio atque honoribus his, qui possunt omnia.

*Quer.* Saltem aliquid nobis tribue in parte civili & miserabili.

*Lar.* Vis ergo omnia & exigere, & exsolvere?

*Quer.* At at! hoc excidit: jam neutrum volo. Si quid igitur potes, Lar familiaris, facito, ut sum privatus, & potens.

*Lar.* Potentiam cujusmodi requiris?

*Quer.* Ut mihi liceat spoliare non debentes: cadere alienos; vicinos autem & spoliare, & cadere.

*Lar.* Ha, ha, he! latrocinium, non potentiam requiris. Hoc modo nescio edepol quemadmodum praestari hoc possit tibi: tamen inveni; habes quod exoptas: vade, ad Ligirim vivito.

*Quer.* Quid jam?

*Lar.* Illic jure gentium vivunt homines: ibi nullum est praestigium: ibi sententiae capitales de robore proferuntur, & scribuntur orsibus: illic etiam rustici perorant, & privati judicant: ibi totum licet. Si dives fueris, Patrus appellaveris: sic nostra loquitur Graecia. O silvae! O solitudines! Quid! Vos dixit liberat? Multa majora sunt, quae tacemus: tamen interea hoc sufficit.

*Quer.* Neque dives ego sum, neque robore uti cupio: nolo jura haec silvestria.

*Lar.* Pete igitur aliquid: mitius, honestiusque, si jurgare non potes.

*Quer.* Da mihi honorem, qualem obtinet Togatus ille, munerat quem maxime.

*Lar.* Rem prorsus facilem nunc petisti. Istud etiam si non possumus, vis ne praestari hoc tibi?

*Quer.* Nihil est, quod plus velim.

*Lar.* Ut maxima quaeque taceam; sume igitur tegmina, hyeme trunca, & aestate duplicia: sume laneos cothurnos, semper refluos calceos, & quos pluvia solvat, pulvis compleat, caenum & sudor glutinet: sume calceos humili fluxos tegmine, quos terra revocet, fraudet limus concolor: aestum vestitis genibus, brumam nudis cruribus, in siccis hyeme; cancro in tubulis age: patere inordinatos labores, occursus antelucanos, Judicis convivium, primum, postmeridianum, aut aestuosum, aut algidum, aut insanum, aut serium: vende vocem, vende linguam: iras, atque odium loca. In summa pauper esto, & reporta Penatibus pecuniarum aliquid, sed plus criminum. Plura etiam nunc dicerem, nisi efferre istos melius esset, quam laedere.

*Quer.*

*Quer.* Neque istu  
consequuntur illi  
*Lar.* Sume igitur v  
invides. Aurum  
re: Tiro agelli,  
tus, Possellus rudis  
vus, omnem astate  
pares. Heredes aut  
videtur; Querole. S  
ne vulpium.  
*Quer.* Hec! nec char  
bi peregrini illius  
tam.  
*Lar.* Agge igitur; con  
elis, & ventis crec  
  
*Quer.* Minime.  
*Lar.* Neque tu capta  
*Quer.* Neque istud v  
binulas, quales ha  
*Lar.* Habes plane nu  
cipe, quod exopta  
en, Cytheren, Bri  
*Lar.* Ha ha he! qua  
*Lar.* Habet hoc ille,  
Querole; nunquam  
lar huc cum illis  
mittenda sunt.  
*Lar.* Adhuc invenio,  
audentiam.  
*Lar.* Urbane edepol tu  
propitius. Si toto  
tantum iactura facie  
Quamobrem?  
*Lar.* Quia sapiens nem  
cum tua querimoni  
*Lar.* Numquamne mu  
*Lar.* Quamdiu tu vixer  
*Lar.* Felices ergo non  
*Lar.* Sunt aliqui, sed q  
*Lar.* Quomodo? Si q  
& sanum, & diviten  
*Lar.* Divitem potes ne  
*Lar.* Corpore bene va  
*Lar.* Quid si aegrotat ani  
*Lar.* Illud egomet nesc  
*Lar.* O Querole, imbec  
*Lar.* At quanto a  
*Lar.* cupiditas, avari  
tam finunt. Quid  
et alius est in vult  
tibi? ut majora  
quid si Uxore  
si nemo felix; n  
Etiam huic respon  
sed prima est h  
quod requiras?  
*Lar.* Immo edepol nih  
quod nihil melius req  
*Lar.* Igitur quamquam  
etiam non beatiorer  
*Lar.* Aurum hodie nul  
*Lar.* Ludis nos, fieri  
*Lar.* Quam ob causam



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



nescio. Ubinam est illa cohors fuliginosa, Vulcanosa, atra, quæ de die sub terras habitant; nocte in tectis ambulant? Ubi illi sunt, qui urbane fibulas subducunt, quique curtant balteos? Nisi fallor, unum ex ipsis video: atque ecce rem gerit. Hem, tibi clamo, impostor. Ohe! cessa, euge! Servata est fibula. Atat! Spes mihi nulla est; mandato excidi. Interdictum fuerat, ne obviarem furibus, verum ne excluderem: hercle hoc stultum est, nihil profus hinc placet. Atque edepol, nisi fallor, iste, qui apud me est locutus, urbanus est homo. Num quodnam meritum nunc meum, ut mihi potissimum res divina ostenderetur? Hic nescio quid est præstigi. Vereor hercle, ne furtum, quod denunciabat, jam perfecit. Ego me hac intus refero, atque hominem, si repperero, continuo producam foras.

## ACTUS SECUNDI.

## SCENA I.

Mandrogerus. Sycophanta. Sardanapalus.



Ultum sese aliqui laudant, qui vel pugnares feras, vel fugaces bestias, aut vestigiis insequuntur, aut cubilibus deprehendunt, aut casu opprimunt. Quanto mihi majus est ingenium, & lucrum, qui homines venor publice. Sed quos homines? Divites, & Potentes, & Litteratos maxime. Mandrogerus ego sum, parasitorum omnium longe præstantissimus. Aula quædam hic jacet, cujus odorem mihi trans maria ventus detulit. Cedant juris conditores, cedant omnia Coquorum ingenia, cedant Apicii fercula. Hujus ollæ conditum solus scivit Euclio. Quid miramini? Aurum est, quod sequor; hoc est, quod ultra maria, & terras olet. Quid ad hæc vos dicitis, novelli, atque incipientes nunc mei? Quando hæc discere potestis? Quando sic intellegetis? Quando sic docebitis?

Syc. Atqui si scias Mandrogerus noster, quale egomet somnium hac nocte vidi.

Mand. Dic obsecro, si quid est boni.

Syc. Nocte hac videbam thesaurum, quem sperabamus nobis venisse in manus.

Mand. Quid tum?

Syc. Videbam ex parte solidos.

Mand. Ha! Istud non placet.

Syc. Erant præterea uncinuli hamati, torques, & catenule.

Mand. Dic quæso, alia insuper non somniasti vincula, & verbera?

Sard. Infaustum hercle hominem! solum hic non vidit carcerem. Ohe, homo prodigiose; ego te jam nunc explodo cum verbis tuis. Nocte ista ego in somnis funus vidi.

Mand. Di te servent hic bene!

Sard. Et nos ipsi funus illud nescio quo ferebamus.

Mand. Optime.

Sard. Etiam insuper desiebamus defunctum illum, quasi alienum tamen.

Mand. Audin' tu isthæc, stulte homo? Talia egomet etiam manifesta malo, quam tua somnia. Funus ad lætitiâ spectat: lacrimæ ad risum pertinent. Et mortuum nos ferebamus: manifestum est gaudium. Ego

autem meum vobis narrabo somnium prorsus manifestissimum. Dicebat nescio quis somnianti nocte hac mihi servari manifesta fide, nec cuiquam alteri concessum esse aurum illud inveniri, nisi mihi. Sed insuper adjecit: ex illis opibus hoc tantummodo mihi profuturum, quod consumpsisset gula.

Syc. Optime edepol somniasti. Quid autem aliud querimus, nisi tantum, quod sufficiat ventri, & gulæ?

Sard. Pulcre edepol somniasti. Felicem te, Mandrogerus, nosque qui tecum sumus!

Mand. Sed heus tu, Sycophanta noster, nisi me fallit traditio, jam pervenimus.

Sard. Ipsa est platea, quam requiris.

Syc. Recurre ad Mediculam cito.

Mand. Sacellum in parte Argentaria ex diverso.

Syc. Utrumque sic est.

Mand. Ventum est.

Sard. Quid præterea?

Mand. Domus excelsa.

Syc. Apparet.

Mand. Ilignis foribus.

Sard. Ipsa est.

Mand. Atat! Quam humiles hic fenestras video! Euge!

Hic frustra clauduntur fores: tum præterea inermes quantum inter sese distant regulæ. Secura hercle regio hic mihi, & fures nil nocent. Sed interius mihi aurum olet. Aliam temptandum est viam. Eja nunc, Sycophanta noster; tuque Sardanapale: si quid vobis ingenii, comitatis, & virtutis, nunc totum ostendit: ego tamquam Cynicus Magister inventa & inclusa trado gaudia. Retia vosmet obsidere, dum percurro cubilia. Jam omnia teneris animo, quæ jam dudum diximus, quæque exinde meditamur nocte, & die.

Syc. De atrio porticus in recte rationem tenes.

Sard. In Sacrario tria sigilla.

Mand. Convenit.

Syc. Arula in medio.

Mand. Sic sunt omnia.

Sard. Aurum ante Aram.

Mand. Hoc etiam nostrum est. Quid! Ipsius Queroli indicia jam tenetis?

Syc. Melius hercle, quam tua. Tu vide an divinare possis; nos mentiri novimus.

Mand. Ego istuc in parte hac deambularum ibo: illinc observabo omnia: atque ubi res, vel ratio postularit, continuo hic adero.

Syc. Nos quoque paululum istac secedamus, ne suspicionem improbitas paret.

## ACTUS II. SCENA II.

Querolus. Sycophanta. Sardanapalus.

Noster ille, qui mecum est locutus, nusquam apparuit: neque aliquid subripuit intus. Iste plane homo non fuit.

Sard. Hem! ipse est: vellem hercle audire hominem, quem vidi modo. Ego Magos, Mathematicosque novi: talem prorsus nescio. Hoc est divinare hominem; non qualiter facere quidam riores solent.

Quer. Hem! quemnam Divinum isti esse dicunt?

Sard. Sed hoc novum est, quod vidi modo: ubi te aspexeris primum, tuo te vocat nomine; dehinc parentes, servos, atque omnem familiam exponit; quasi noverit, quid tota gesseris atate; quidve postea sis acturus, totum edisserit.

Quer.

stam.

Syc. Et ego hercle ve

Cur non omnia

Salvus esto; qui

Quid vos? Secu

Secrerum a popo

De Mago nesci

Ita est; de nesci

Verum qu

Etne talis aliqui

Maxime. Ergo,

Jamdudum dixi

anc esset mihi.

Mare paulisper

Quæso, amice

et quoque scire

Immo nunc erat.

Edepol nescio q

atque amici jamd

Magna hercle h

nunc te amici

Vereor hercle, ne

videt.

Optime edepol! E

mihi molestus

Quæso, amice,

una simul.

Atqui isto nobis

videt, & novit b

littum est, ut

nam sic ratio ex

Immo hercle iste

me familiariter.

Sed quæso nunc

est, vel cujus loc

Quantum comperi

At at! Pulchrum

Immo.

nam præterita

dis differit.

Magnam hercle h

con placet.

equidem; sed

da operam

quid voles.

gratiam; qu

quid loquor:

Hem! Godes; illu

habet, neque ex

ha habe! tales he

estissimus.

Verbis quantum

et.



*Quer.* Bellus hercle hic nescio qui est: non prætereunda est fabula.

*Syc.* Quæso sodes, aggrediamur hominem illum ratione qualibet.

*Sard.* O me stultum, atque ineptum! qui non consului statim.

*Syc.* Et ego hercle vellem: verum, ut nosti, non vocat.

*Quer.* Cur non omnia agnosco? Salvete amici.

*Syc.* Salvus esto; qui salvos esse nos jubes.

*Quer.* Quid vos? Secretumne aliquod?

*Sard.* Secretum a populo; non secretum a sapientibus.

*Quer.* De Mago nescio quid audivi.

*Sard.* Ita est; de nescio quo nunc sermo erat; qui omnia divinat. Verum quisnam ille homo sit, nescio.

*Quer.* Estne talis aliquis?

*Sard.* Maxime. Ergo, Sycophanta, ut dixeram, per te, tuosque Misides, te rogo, ut illac venias mecum una simul.

*Syc.* Jamdudum dixi; ultro & libenter irem, si vacuum nunc esset mihi.

*Sard.* Mane paulisper.

*Quer.* Quæso, amice; nè te subripias tam cito. Ego met quoque scire cupio, quisnam iste est, de quo sermo nunc erat.

*Syc.* Edepol nescio quid aliud mihi est negotii: cognati atque amici jamdudum me expectant domi.

*Sard.* Magna hercle hominis difficultas, & persuasio: neque nunc te amici expectant, neque cognati: paulisper mane.

*Quer.* Quæso, amice, si mea non est odiosa societas, consulere vobiscum volo.

*Sard.* Vereor hercle, ne difficilem se nobis faciat, si plures videt.

*Syc.* Optior edepol! Ecce, sodes, comitem quærebas: habes; mihi molestus ne sies.

*Quer.* Quæso, amice, si huic ita videtur, abeat; nos illac una simul.

*Sard.* Atqui isto nobis est opus; quoniam hominem illum vidit, & novit bene.

*Quer.* Justum est, ut nobis hodie operam impendas; quoniam sic ratio exoptulat.

*Syc.* Immo hercle iste illum novit melius, atque ille hunc familiariter.

*Quer.* Sed quæso nunc vestram fidem: quisnam hic homo est, vel cujus loci.

*Syc.* Quantum comperi, Mandrogerus vocatur: hoc nescio.

*Quer.* At at! Pulchrum hercle nomen: jam hoc te magis æstimo.

*Syc.* Primum præterita edicit, si omnia cognoscis: tum de futuris differit.

*Quer.* Magnum hercle hominem tu narras: & consuli hunc non placet.

*Syc.* Volo equidem; sed paulisper non vacat.

*Quer.* Age; da operam amicis: nobis quoque similiter impera, si quid voles.

*Syc.* Habeo gratiam; quoniam istud vultis, fiat. Sed audite; quid loquor: hujusmodi homines impostores esse?

*Quer.* Hem! sodes; istud volebam dicere. Certe ferulas non habet, neque cum turbis ambulat.

*Syc.* Ha ha he! tales hercle consulere hic deberet homo curiosissimus.

*Sard.* Verbis quantum vult, ille fallat; plus de nobis non licet.

*Syc.* Si vobis ita videtur, placeat, ut ego hominem scisciter, atque ut omnia perquiram non uno modo; si mihi ille de omnibus respondere potuerit, sciatis vere hunc esse Divinum, vel Magum.

*Sard.* Dixisti optime. Sed eccum ipse hac præterit: ita ut volui contigit. Quanta in ingressu gravitas? Quanta in vultu dignitas?

*Quer.* Aggrediamur hominem, atque a publico sevoceamus, ut secreto disserat.

## ACTUS TERTIUS.

## SCENA I.

*Querolus. Mandrogerus. Sycophanta. Sardanapalus.*



Alve Mandrogere. *Mand.* Salvos esse volo. *Quer.* Tu quoque incolumis esto, Sacerdotum maxime; quoniam laudaris, ac diligeris plurimum merito tuo.

*Syc.* Scin tu, Mandrogere, quid ex te volumus noscere?

*Mand.* Quædam fortasse novi.

*Syc.* Consulere de quibusdam volumus, & cognoscere tuam insignem sapientiam.

*Mand.* Non equidem constitueram: sed quoniam ita vultis, consulite, ut respondeam.

*Syc.* Quæsumus, ut libenter nobis tuam operam impendas: prolixâ nunc disceptatione opus est.

*Mand.* Dicite, quid velitis.

*Syc.* Primum, ut exponas, quæsumus, quæ sunt optima sacrorum genera, vel cultu facillima.

*Mand.* Duo sunt genera potestatum, unum, quod jubet: aliud, quod obsecundat. Sic reguntur omnia. Præclarior majorum potestas, sed minorum sæpe utilior gratia. Verum de majoribus dicere, neque mihi, neque vobis audire est utile. Itaque si & invdiam, & sumptum evitatis, sperate ab inferioribus.

*Syc.* Quænam ista sunt obsequia, quibus obsequi nunc oportet?

*Mand.* Dicam celeriter. Tria sunt in primis: Planetæ potentes: Anseres importuni: & Cynocephali truces. Has tu effigies omnibus in Fanis, & Sacellis si mirigare, vel placare potueris; nihil est, ob stare quod possit tibi.

*Syc.* Illosne, quæso, tu mihi Planetas loqueris, numeris qui totum rotant?

*Mand.* Ipsos: nec visu faciles, nec dictu affabiles: atomos in ore volvunt, stellas numerant, maria æstimant, sola mutare non possunt sua.

*Syc.* Egomet audieram, quod ipsi omnia gubernarent.

*Mand.* Ha ha he! hic si aliquid gubernare censes, nescio, ubi naufragium dixeris. Ubi rerum omnium penuriam esse norunt, illic homines non regnant. Summa est medela, vicissim alia ut avertat loca: messes hac atque illac transferunt diris tempestatibus, omnesque fructus paucorum improbitas capit.

*Sard.* Novum tibi est transferri messes?

*Mand.* Istis licet rerum omnium species atque formas, ut libuerit, vertere.

*Sard.* Sed quot gradibus, & transfusionibus?

*Mand.* Aliud ex alio jubet: triticum ex vino subito fieri videas, vinum ex tritico. Jam flava seges hordei facile efficitur ex quovis titulo & nomine: mortales vero animas sive Inferis, sive Superis addere, nullus labor.

*Sard.*

non profus manifo  
somnia nocte hac  
cuiquam alteri con-  
i, nisi mihi. Sed in-  
hoc tantummodo mihi  
gula.

quid autem aliud qua-  
rit ventri, & gula?  
aliam te, Mandroge-

nostræ, nisi me fallit

puris.

staria ex diverso.

hic fenestras video! Euge!

st: tum præterea inerma

regula. Secura hercle re-

nocent. Sed interius mi-

mpandam est viam. E-

ruque Sardanapale: si qui-

& virtutis, nunc totum o-

pticus Magister inventa &

voluerit obidire, dum per-

tenetis animo, quæ jam-

zande meditatur nocte,

de rationem tenes.

st.

st. Quid! Ipsi Quæ-

st. Tu vide an dicunt

mas.

hic deambulant ibo: illic

abire, vel ratio postulat;

hic faciamus, ne suspicio-

## SCENA II.

st. Sardanapalus.

st. est locus, nusquam app-

scripsit intras. Ille pla-

st. hercle audire homin-

st. Mathematicosque

st. Hoc est divinare homin-

st. miores solent.

st. nam isti esse dicunt?

st. quod vidi modo ubi te-

st. vocat nomine; debet par-

st. em familiam exponit: c-

st. na erate; quidre polle-

st. Quæ-



*Sard.* Vides ergo tam potentes placati oportere?

*Mand.* Ha ha he! paucis hoc licet. Sacratia istæ nimis superba sunt, & sumptuosa, maxime si obaudire vultis, exiguo votum soli sacello solvite.

*Syco.* Oracula istæ ubinam specialiter sunt expetenda?

*Mand.* Ubi libet; hac atque illac: sursum deorsum: in terra in mari.

*Syco.* Ecquisnam infelix deprehendere aut adire possit hæc tam vaga sidera?

*Mand.* Adire facile est: abire impossibile.

*Syco.* Quamobrem? Mystera sunt in aditu diversa & occulta, quæ nos soli novimus: Harpyjæ, Cynocephali, Furia, Ululæ, nocturnæ Striges: absentes Hydri congregant; præsentis Virgis submovent. ita neque abesse licitum est, nec adire tutum: turbas abigunt, & turbas amant. Quid plura? Querole, si te Numina diligunt, ne tu quidquam hinc noveris.

*Syco.* Atqui, Sacerdos noster, mysterium hoc jam displicet: de secundo illo genere anserino ediffere, atque exponere, si quid est boni.

*Mand.* Isti sunt, qui pro hominibus perorant ante Aras, atque Altaria, quibus Cygnea sunt capita, & colla: reliquias edere Mensarum solent. Isti sunt Hariolorum longe fallacissimi. Tantum est, quod vota hominum interpretantur: & male, precemque dicunt: sed responsa nunquam eligunt congrua.

*Sard.* Hosne tu olores esse narras? ego in sacellis proxime anseres inspexi multos: neminem vidi Cygnum: magnis gutturibus capita attollunt, alas pro manibus gerunt: primum inter sese linguam trifurco vibrant sibilo: inde ubi sonuerit unus, cunctas alas quatiant, diris cum clangoribus.

*Mand.* Non parvo explentur isti: panem neque noverunt, neque volunt: hordea insectantur fiacta & madida: spicas nonnulli vocant: quidam etiam polenta utuntur, & carne jam subrancida.

*Syco.* En! sumptum inane.

*Mand.* De istis quondam magnus dixit Tullius: Anseribus cibaria publice collocantur, & canes aluntur in Capitolio.

*Syco.* O genus hominum multiforme, & multiplex! His egomet fuisse arbitror Matrem Circen, Proteum Patrem.

*Sard.* Edepol neque isti placent. Cynocephalos nunc exponere, si meliores putas.

*Mand.* Isti sunt, qui in Fanis ac Sacellis observant vela ac limina, quibus a pectore capita sunt canina, albi dentes, pandæ manus; ædituos custodesque istos Hecuba quondam, postquam vere facta est Canis, Anubi nupta nostro latranti Deo omnibus Templis ac Delabris semper denos edidit: sic a pectore bifformes, infra homines, sursum feras. Itaque ubi ignotus prelator Templi petierit, hinc atque hinc multisono cuncti latratu fremunt; ut adeas, tantum dabis: ut perorare liceat, multo plus dabis. Mysteriorum de religione faciunt, & commercium: quæ communia sunt, & gratuita, vendunt foris: istis omnibus litandum: si parvo nequeas, at quanti queas. Respicite ad homines, Potestatesque vestras, & nobis veniam dare: mihi que credite: Deus facilius aditur, quam prole cognoscitur.

*Syco.* Actum est. neque istos volo, nihilque inter omnia, quæ narrasti, improbius puto.

*Sard.* Felices vos! qui non Cynocephalos pertulistis: ego autem ipsum vidi Cerberum, ubi nisi ramus aureus adfuisset, Æneas non evaserat.

*Syco.* Quid de Simiis?

*Mand.* istæ sunt, quæ futura scribunt gesta, quæ vos dicitis: hominumque fata levibus volvunt paginis: non quidem periculosa hæc animalia, sed molesta, atque improba. Quas illic sannas? quos ronchos vides, si numinos non asperferis (nam si insuper nubes & sorba dederis, omnem pupillum cæperis.)

*Syco.* Harpyjas, quæso, præteristi, quæ semper rapiunt, & volant.

*Mand.* istæ sunt, quæ vota hominum observant, atque honores Numinum: non solum solennia, verum etiam extraordinaria requirunt, & parentum debita: si aliquid ad diem præsentatum non est, cum tormentis exigunt: hac atque illac totum per orbem juxta terras pervolant: digitos ad prædam exacuunt curvis timendos unguibus: semperque mensis advolant; quod contingunt auferunt: quod relinquunt polluant. Istæc prodigia valere, quam nosse malo: sed neutrum placet.

*Sard.* Noctivagas etiam præteristi celeres, Capripedes, Hirqui comantes.

*Mand.* Innumerabilia sunt hæc prodigia; sed ignava, & vilia: solum hoc est, quod sequuntur, atque observant unice; panem Domini.

*Syco.* Omnia facta tute ipse improbasti. Quænam igitur prædicas?

*Mand.* Quoniam simpliciter interrogastis, scitote inter hæc omnia nihil esse melius, quam ut aliqui Fatum nascantur bono.

*Quer.* Et ita suspicamur, sed Fatum ipsum qualitate tandem coli, vel propitiati potest?

*Mand.* Dicam. Genii sunt colendi; quoniam ipsi decreta Fatorum regunt: isti sunt placandi, atque exorandi: simulque si qua intra ades latet mala Fortuna, vincienda atque exportanda est.

*Quer.* Pulcre edepol doces. sed ut facilius nunc sequamur omnia, da nobis experimentum tuæ potestatis & sapientiæ: quoniam ea, quæ noveras, narrasti: num si potes, ea, quæ nescis, dicito.

*Mand.* Non equidem ex integro fieri istud potest: tamen accipite pauca, de quibus intelligatis cerere. Certe egomet neque mores, neque facultates vestras didici.

*Sard.* Certum est.

*Mand.* Tu Sardanapale, pauper es.

*Sard.* Agnosco: veruntamen vereor ne plures hoc sciant.

*Mand.* Humili loco natus.

*Sard.* Ita est.

*Mand.* Ideo tibi contra Regium nomen datum est.

*Sard.* Ita ajunt.

*Mand.* Homo es vorax, petulans & calamitosissimus.

*Sard.* Eho, Mandrogere; num quidnam hoc sum percipit, ut vitia enarres mea?

*Mand.* Mentiri mihi licet. Estne adhuc, quod narra me velis?

*Sard.* Utinam! ne istæc quidem de me loquutus es siquidem, ulterius hæc amicis dicito.

*Syco.* Ego te, Mandrogere, hoc exoro; futura nomen mihi ut enarres, & ea tantummodo, quæ sunt bona.

*Mand.* Ego non possum, nisi a capite exponere: tu scilicet cophanta, nobili & claro natus es loco.

*Syco.* Ita est.

*Mand.* Ab initio nequam.

*Syco.* Etiam hoc confiteor; manet.

*Mand.* Damna te premunt.

*Syco.* Verum est.

*Mand.*

*Mand.* Pericul  
mine.  
*Syco.* Pulcre et  
vixerit.

*Mand.* Ita fiat. H  
cari?

*Mand.* Inter sextam,  
Nihil sefellit.

Venerem respicit  
aratus, Sul rotund

*Quer.* Agnosco.

*Mand.* Parer nihil

*Quer.* Verum est.

*Mand.* Vis totum au

rum pessimum.

*Quer.* Agnosco omni

*Mand.* Vis & nomina

tu?

*Quer.* Audire cupio.

*Mand.* Servus tibi est

*Quer.* Verum est.

*Mand.* Est alter Zeta.

*Quer.* Manifestum est.

*Mand.* O Sacerdotem dis

crine a me Domum

*Quer.* Maxime.

*Mand.* Porcius tibi est

*Quer.* canis diverso.

*Mand.* Ita sunt omnia.

*Quer.* In sacratio tria

*Mand.* Verum est.

*Quer.* Tutelæ unum.

*Mand.* Jamjam compro

*Quer.* runc remedium pro

*Mand.* Tibi celeriter e

*Quer.* factarium cer

*Mand.* e. Ita.

*Quer.* Certe nihil est il

*Mand.* Nihil, præter figi

*Quer.* Solemnitas quæd

*Mand.* ego tecum omnes

*Quer.* Ut libet.

*Mand.* Religio per extr

*Quer.* Ita fiat.

*Mand.* Si quosnam poss

*Quer.* iam erat, atque

*Mand.* nunc tibi dare.

*Quer.* Quæso, amici, o

*Mand.* ego quoque, i

*Quer.* so meam.

*Mand.* Nihil quidem istin

*Quer.* fiat.

*Mand.* Inhumanum est,

*Quer.* Bene dicis: an

*Mand.* Proh nefas! me

*Quer.* Nam, Pantom



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



ne aut servire aut obsequi? caldant fumosant non volt, neque calices unguentatos. Quænam sunt hæc delicia? Urceolum contusum, & infractum, ænophorum exariculatum & sordidum, ampullam truncam limosamque, densis fultam cerulis non simpliciter inruetur: bilem tenere vix potest. Jam excogitate nequeo, quid sit, quod tam gravis placere possit moribus. Vinum autem corruptum tenuatumque lymphis continuo intelligit. Solemus etiam vinum vino admiscere: numquid adulterium dici potest, cum lagena vetere castrata sacco, rursus completur novo? Etiam hoc Querolus crimen indignum putat, & ut est nequitia, suspicatur hoc statim. Ipsum etiam paxillum argenti levibus tensum tympanis limati commutatique semper credit; quia factum est semel. Quantula est autem discretio? In argento certe unus est color. Nam de solidis mutandis mille sunt præstigiæ: muta, remuta facimus, & hoc mutari non potest. Has saltim distingui non oportet tam gemellas formulas. Quid tam simile, quam solidus solido est? Etiam hic distantia quæritur in auro: volutus, ætas, & color, nobilitas, litteratura, paria, gravitas, usque ad scrupulos quæritur: in auro plusquam in homine. Itaque ubi aurum est, totum est. Hoc ante Querolus ignorabat. Sed & mali perdunt bonos. Ille autem Arbitrator, ad quem nunc eo, quam sceleratus est homo! Servis alimenta minuit, opus autem plus justo imperat, inverso hercle modio si liceret, turpe eliceret lucrunt. Itaque si quando isti casu vel consulto se vident, tunc invicem sese docent: & tamen hercle, ut omnia distantur, sic necesse est, tamen avarus non est in suos: solum illud est, quod nimium crebro verberat, semper clamat. Itaque illis ambobus Deus iratus sit: & non sumus tamen tam miseri, atque stulti, quam quidam putant. Aliqui somnolentos nos esse credunt; quoniam somniculamur de die: nos autem id facimus vigiliatum causa, quia vigilamus noctibus. Famulus, qui diurnis quiescit horis, omni vigilat tempore. Nihil unquam melius in rebus humanis fecisse naturam, quam noctem puto. Illa est dies nostra: tunc aguntur omnia. Nocte balneas adimus, quamvis sollicitet dies: lavamus autem cum pedisequis, & puellis. Nonne hæc est vita libera? Luminis autem vel splendoris illud subornatur, quod sufficiat, quod publicet. Ego nudam teneo; quam Domino vestitam vix videre licet. Ego latera lustrum: ego effusa capillorum metior volumina: adsideo, amplector, foveo, foveor. Cuinam Dominorum hoc licet? Illud autem nostræ felicitatis caput, quod inter nos Zelotypi non sumus; furta omnes facimus, fraudem tamen nemo patitur, quoniam totum hoc mutuum est. Dominos autem oberamus, atque excludimus. Nam inter servos & ancillas una conjugatio est. Vix illis, apud quos Domini vigilias multam in noctem protrahunt. Tantum enim servis de vita abstuleris, quantum de nocte abscideris. Quanti sunt ingenui? qui transfigurare se vellent hoc modo, mane ut Domini fierent: servi ut vespere? Numquam tibi, Querole, opus est, tecum isthæc omnia nos exercere: tu ad tributum cogitas: nobis autem cottidie nuptiæ, natales, joca, dibacchationes, ancillarum feriæ: propter hoc quidam nec manumitti volunt. Quis enim tantam expensam, tantamque impunitatem præstare possit libero? sed nimium hic tesedi. Meus ille, credo, jam nunc clamabit, ut solet; fas erat me face-

re, quod præcepit: idest, ut ad sodales pergerem. Sed quidnam hic fiet? Accipienda, & mulstanda injuria est. Domini sunt: dicant, quod volunt, quamdiu libuerit: tolerandum est. Dii boni! Numquamne indulgentiam est mihi, quod dudum peto, ut omnis ille durus & dirus nimis aut ex municipe, aut ex togato, aut ex officii principe? Quamobrem istud dico? Quia post indulgentiam sordidior est abjectio. Quid igitur optem, nisi ut faciat ipse, quod facit? Vivat ambitor togatus, convivator judicum, observator januarum, servulorum servulus, rimator circumforaneus, circumspesator callidus; speculator, captatorque horarum, & temporum matutinus, meridianus, vespertinus: impudens salutet fastidientes: occurrat non venientibus: utaturque in æstu tabulis angustis, & novis.

## ACTUS III. SCENA III.

Mandrogerus. Querolus.

**D** Epone ab humeris, Querole, pondus tam grave; satisfactum est religioni, quod tute ipse malam Fortunam portasti foras.

*Quer.* O Mandrogere; fateor, numquam fieri posse hoc credidi: potentiam tuam & religionem ipsa res probat: arcula istæc jamdudum a me introlata est: quam levis mihi soli fuit, & nunc quam gravis est duobus?

*Mand.* Nescis nihil esse gravius Fortuna mala?

*Quer.* Edepol novi & scio.

*Mand.* Dii te servent! Homo. Mihi ipsi hoc præter spem venit, quod me laudas modo: nullam umquam domum sic purificatam retineo: quidquid erat calamitatis egestatisque, inclusimus.

*Quer.* Miror hercle, unde pondus.

*Mand.* Enarrari subito hoc non potest. Ceterum solet evenire, ut istæc calamitas moveri multis non possit jugis. Jam istinc ergo Ministri nunc mei. Lustrum istud in fluvios dabunt. Tu autem monita, quæ jam nunc dabo, sensibus imis cape: Mala hæc Fortuna, quam abstulimus, redire tentabit domum.

*Quer.* Nec Dii sinant. Una sit illi isthæc & perpetua via.

*Mand.* Triduo ergo istoc periculum tibi est, ne hæc ad te redire tentet res mala. Tu igitur universo hoc triduo domi clausus esto nocte ac die: nihil de domo tua foras nunc dederis, nihilque intra ædes recipias: vicinos, cognatos, amicos omnes tamquam profanos respue ipsam bonam Fortunam clamantem pulsantemque nemo hodie audiat. Exacto autem hoc triduo, illud domi num habebis, quod ipse ex ipsa excluderis? Abi ergo intus.

*Quer.* Ego vero, ac libens, dum tantummodo inter me ac Fortunam meam solum paries interfit.

*Mand.* Celeriter hunc abige. Hem! Querole; fortiter nunc claude fores.

*Quer.* Factum est.

*Mand.* Seras, & catenas adhibe.

*Quer.* Tamquam pro memet fecero.

## ACTUS III. SCENA IV.

Mandrogerus. Sycophanta. Sardanapalus.

**P** Ulcte edepol res processit. Inventus, spoliatus, clausus est homo. Sed ubinam urnam respicimus? Vbi

ubi arcular  
ne furtum  
Syc. Nescio e  
Sard. Credis,

Hem! Pantom  
quid facit?  
Pant. Quod nosti;  
Sard. Ergo queritur  
Pant. Non plane: i  
tus.

Sard. Atqui hercle so  
Pant. Quid vis fieri?  
Sard. Eer administratur?  
Pant. Bene, Pantomale  
Sard. hæc dicitur.

Pant. Eadem dico, vob  
Sard. Credo. Nam sem  
Pant. Tu nos bonos, a  
Sard. tam bene mones.  
Pant. Feci, & facio fer  
Sard. Vah! Utinam il  
Pant. pas nos tam patien  
tus.

Sard. Non agnoscio hæ  
Pant. nolmet predicat.  
Sard. Edepol nos om  
Pant. niamque illa tibi  
Sard. servuli!

Sard. Immo tibi hercle  
Pant. car, quidquid optast  
Sard. Ha! Cur ita su  
Pant. x graves?

Sard. Non, sed quia  
Pant. eper sine discrim  
Sard. Male imprecant  
Pant. sed illis Sy  
Sard. red nosti.

Sard. Age jam credo.  
Pant. egebas?

Sard. Rem divinam o  
Pant. Minus. Intus om  
Sard. Quidnam est hoc  
Pant. rem gerunt: et  
Sard. Hem! Theocles  
Pant. Quidnam esse  
Sard. cano adest.

Sard. Solebant non i  
Pant. tamo.



ubi arculam istam confringemus, atque abscondemus? ne furtum indicia prodant?

*Syc.* Nescio edepol, nisi ubicumque in flumine.

*Sard.* Credis, Mandrogere? Præ gaudio urnam illam inspicere non ausus fui.

*Syc.* Neque ego.

*Mand.* Atqui hercle ita factio opus fuit, ne mora suspicionem afferret.

*Syc.* Verum est.

*Mand.* Primum fuit ut inveniretur. Istud, quod jam sequitur, tutum est.

*Syc.* Quidquid libet, narres, Mandrogere; recedamus qualibet. Ego autem non credam mihi, nisi aurum inspexero.

*Mand.* Neque ego dissimulo, pergamus.

*Syc.* Hac atque illac tantum ad sectetum locum.

*Mand.* Proh nefas! Vix omnes asservantur, ripæ frequentantur. Pergamus quocumque celeri.

ACTUS III. SCENA V.

*Arbiter. Pantomalus.*

**H**em! Pantomale; domi quid agitur? Vester ille quid facit?

*Pant.* Quod nosti; male.

*Arb.* Ergo queritur?

*Pant.* Non plane: ita sit nobis incolumis, atque propitius.

*Arb.* Atqui hercle solet esse ingratus.

*Pant.* Quid vis fieri? Sic res habet. Cælum numquid æqualiter administratur? Sol ipse non semper nitet.

*Arb.* Bene, Pantomale noster; tandem pro Dominis solus qui hæc dicitas.

*Pant.* Eadem dico, vobis absentibus præsentibusque.

*Arb.* Credo. Nam semper novi te bonum.

*Pant.* Tu nos bonos, ac semper felices facis, qui nostrum illum bene mones.

*Arb.* Feci, & facio semper.

*Pant.* Vah! Utinam ille mores servaret tuos, essetque apud nos tam patiens, atque indulgens, quam tu cum tuis.

*Arb.* Non agnosco hæc, Pantomale, suffragia: nimium nosmet prædicas.

*Pant.* Edepol nos omnes scimus; & laudamus plurimum: utinamque illa tibi omnia eveniant, quæ nos optamus servuli!

*Arb.* Immo tibi hercle; pellibus ossibusque vestris eveniat, quidquid optasti mihi!

*Pant.* Ha! Cur ita suspicaris? Numquidnam in aliquo nos gravas?

*Arb.* Non, sed quia vobis naturale est odisse Dominos semper sine discrimine.

*Pant.* Male imprecamur multis: verum est: & sæpe libere: sed illis Sycophantis, & maliloquis bene, quod nosti.

*Arb.* Age jam credo. Sed quidnam tu Dominum facere ajebas?

*Pant.* Rem divinam occæperat. Magus præsto erat cum Ministris. Intus omnes tunc ibant simul.

*Arb.* Quidnam est hoc? Fores clausas video: credo divinam rem gerunt: evoca illinc aliquem.

*Pant.* Hem! Theocles; hem! Zeta; aliquis huc adsit cito. Quidnam esse hoc dicam? Silentium est ingens: nemo adest.

*Arb.* Solebant non ita somniculari Janitores ista in domo.

*Pant.* Credo hercle, religionis causa ab importunis cautio est. Eamus huc ad pseudo-thyrum, quod nosti bene.

*Arb.* Quid sit? illic clausum est.

*Pant.* Ne vereare; me duce: noster ille est aditus: claudi, non intercludi potest.

ACTUS QUARTI  
SCENA I.

*Mandrogereus. Sycophanta. Sardanapalus, & Querolus.*



Me miserum! *Syc.* O me infelicem!

*Sard.* O me nudum & naufragum! *Syc.* O

Magister Mandrogere! *Sard.* O Sycophanta noster!

*Mand.* O Pater Sardanapale!

*Sard.* Sumite tristitiam miseri

sodales cucullorum tegmina: plus est

hoc, quam hominem perdidisse: damnum vere plangetur. Quid agitis nunc potentes? Quid de thesauris cogitatis? Aurum in cinerem versum est; utinamque torum sic fieret aurum! magis essemus divites.

*Mand.* Depone paulisper inane pondus; lacrimas demus funeri. O fallax thesaure! Næ te ego per maria, & ventos sequor: propter te feliciter navigavi: propter te feci omnia: Mathesin, & magicam sum consecutus, ut me sepulti fallerent: aliorum Fortunam exposui, Fatum ignoravi meum. Jamjam omnia recognosco; varia hæc phantasmata. Erat hic plane bona Fortuna: sed alteri debebatur, non mihi: nostra hæc muta vere Facta: thesaurum nos, sed alienum invenimus. Quænam hæc est perversitas? Numquam ego flevi meum; nunc plango alienum: & te, Querole, justus non tangit dolor?

*Sard.* O crudele aurum! Quisnam te morbus tulit? Quis te sic rogas adussit? Quis te subripuit Magus? Exheredasti nos, thesaure; quo jam redituri sumus tor abdicati? Quæ nos aula recipiet? Quæ nos olla tuebitur?

*Mand.* Accede, amice, aulam iterum atque iterum visita.

*Syc.* Aliam spem querere, amice, poteris: hæc jam non calet.

*Mand.* Perlege quæso iterum titulum funeris, atque omnem scripture fidem.

*Sard.* Quæso, inquam, sodes, funus egomet quodlibet contingere nequeo: nihil est, quod metuum magis.

*Syc.* Meticulosus homo es tu, Sardanapale: ego perlego: TRIERINUS. TRICIPITINI. FILIUS CONDITUS. ET SEPULTUS. HIC JACET. Heu me miserum!

*Mand.* Quidnam tibi est?

*Sard.* Anima in faucibus. Audieram egomet oiere aurum: istud etiam redolet?

*Mand.* Quomodo?

*Syc.* Claustrum illud plumbeum densa per foramina diris fragrat odoribus. Numquam antehac comperi, aurum sic ranciscere: usurario cuilibet foetere hoc potest.

*Mand.* Quisnam cinerum est odor?

*Syc.* Ille pretiosus, atque tristis cultus, quem poscit miser.

*Mand.* Honorifice hoc bustam tractatum apparet, cujus adhuc sic redolet dignitas.

*Syc.* Ego isthæc non pertuliffem, si recinenti ac momenti credidiffem Graculo.

*Sard.* Ego in laqueos non incidiffem, si monita curti servassem canis.



*Mand.* Et qualiter te admonuit?

*Sard.* Egredienti mihi ad angiportum furas omnes con-  
scidit.

*Mand.* Utinam tibi crura ipsa enervasset, ne umquam  
inde movisses pedem! O Euclio funeste! Parumne  
vividus illulisti? defunctusne desines? Et quid ego non  
merui, qui Agelasto illi, & perfido fidem accommodavi,  
& fortunas meas in ipso tisi exitu?

*Syc.* Heja? Quid nunc facimus?

*Mand.* Quid autem, nisi quod dudum diximus, ut nos sal-  
tim de filio ejus Querolo ulciscamur probe? Atque il-  
lum, quoniam est credulus, mirificis laudamus modis,  
auiam illi per fenestram propellamus clanculum, ut  
& ipse lugere incipiat, quam nos jamdudum plangi-  
mus. Pederentim accede, atque ausculta, Querolus  
quid rerum gerat.

*Sard.* Consilium placet.

*Mand.* Accede edepol; sed urbane respice.

*Sard.* At at! Quid ego video? Omnes nunc intus homi-  
nes iustes ac virgas tenent.

*Mand.* Credo edepol, isti illam malam fortunam expectant  
creduli: accede, atque homines miris terrifica modis:  
malam illam dicit esse te, & comminare, tamquam  
in ades ruas.

*Sard.* Io! Querole.

*Quer.* Quis tu homo es?

*Sard.* Fores celeriter vires.

*Quer.* Quamobrem?

*Sard.* Ur domum rursus ingrediar meam.

*Quer.* Hem Zeta! Hem Pantomale! hac atque illac ob-  
sistite; abi hinc potius mala Fortuna, quo te sacerdos  
detulit.

*Sard.* Hem? Querole.

*Quer.* Quid, rogo, nomen tu vocitas meum?

*Sard.* Ego sum tua Fortuna, quam redituram praedixit  
Magus.

*Quer.* Abscede hinc: ego hodie Fortunam non recipio;  
nec bonam.

*Mand.* Heus tu! Sycophanta: ad hanc januam sta: ho-  
mines sevoca, dum ego bustum hoc per fenestras ingero.

*Syc.* Aperite hanc januam.

*Quer.* Omnes celeriter huc accurrite.

*Mand.* Ecce tibi thesaurum, Querole, quem reliquit Eu-  
clio: talem semper habeas, talem relinquant filii.  
Omnia sunt perfecta: nos hinc ad navem celeriter, ne  
quod etiam nunc subito hic nobis nascatur malum.

*Sard.* Ha! Quidquid hodie acciderit, subeundum est.  
Tantum recutram huc paululum: perdidit mysterium,  
nisi ipse Queroli verba audio. Homo est autem & cre-  
dulus, & formidolosus plurimum: qualiter nunc ille  
exhorrescet mortuum? Admovebo aurem hac leviter,  
heja! Quidnam ego audio? Omnes intus gaudent, tri-  
pudiant: nulla spes mihi est: auscultabo iterum. Asum  
est: felicitas ad istos venit: nobis ergo, nobis male.  
Omnes intus saccos, capfas, scrinia requirunt, aurum  
isti tractant: solidi intus tinnunt. Heu me miserum!  
vita erat, ubi nos mortem putabamus esse conditam.  
Erravimus miseri: sed non simpliciter: **ERRAVI-  
MUS, SED NON SEMEL.** Metamorphosis hic agi-  
tur: bustum abstulimus, aurum abjecimus. Sed quid  
ego? Nunc solum hoc restat mihi, ut pro fure jam  
nunc teneam. Ibo ad conjuratos meos, ne tantum fa-  
cinus, verumque funus solus egomet defleam.

*Lar Familiaris.*

**T**Andem urna peperit auri grvida pondere, vilif-  
que mater grande puerperium dedit, indigna quae  
frangeretur. Tanta hoc non meruit fides. Magna plane  
Aula & memorabilis uno atque eodem tempore Do-  
mino fidem persolvit, furtum fecit furibus. O sa-  
piens Euclio! Nos iactantes non sumus: thesaurum  
servasti vivus, liberasti mortuus. Omnes itaque ho-  
mines nunc intelligant, neque adipisci, neque per-  
dere valere aliquid, nisi ubique faveat totum ille,  
qui potest. Quantum ad personam Queroli spe-  
ctat, perfecta iam sunt omnia. Sed Mandrogeron-  
tem illum furem ac perfidum nunc illaqueari volo,  
qui ubi primum hoc audierit, remque omnem agno-  
verit, continuo rediturus est, ut thesaurum dividat.  
Codicillos etiam proferre audebit, quibus ita cohae-  
res scriptus est: si Aulam Querolo sine fraude osten-  
deret. Quid huic merito eveniat nisi quod jam nunc  
fiet? Ferat, quod facere voluit. Nam quod feci no-  
strum est.

## ACTUS IV. SCENA II.

*Querolus. Arbitr. Pantomalus.*

*Quer.* **O** Arbitr! jamne credis, quod vidisti modo?  
*Arbitr.* Edepol credo, & scio.

*Quer.* Quid tu, Pantomale, dicis?

*Pant.* Quid ego dico? Nunc flere ut posthac desinas?

*Quer.* Mens mihi gaudio est confusa: quid primum  
stupeam, & gaudeam? Consilium senis nostri, an  
Divinitatis?

*Arb.* Inprimis bonum Divinitatis. Nam si ad hominem  
respiciendum est, facile intelligitur, & apparet, fu-  
rem tibi plus profuisse, quam patrem. Quid de me-  
met censes, qui tam tarde agnoverim fragmenta ur-  
nae illius, quam jamdudum noveram? Ego mihi non  
credideram, nisi quod illico inspexi locum, ter-  
ramque motam: ante hoc non credidi.

*Pant.* Atqui ego nihil dubitationis recepi; ubi in ce-  
stulis quasdam litteras vidi.

*Quer.* Ergo isthaec omnia Mandrogerus ille fecit?

*Arb.* At qui fieri aliud potest?

*Quer.* O sceleratum hominem! Magum, Mathemati-  
cumque qui se diceret. Egone manibus meis praed-  
sidium paternum ut efferrem de domo? Ego memet  
ut opponerem, domi ne conderetur? Ego ut redeun-  
ti obviam thesauro? Hoc est plane, quod Lar fa-  
miliaris praedixit meus, etiam renitenti, ac repu-  
gnanti eventura mihi omnia bona.

*Arb.* Quam pulchre factum est, ut cupiditas falleretur  
sic hominis fallacissimi!

*Quer.* Credis Arbitr? meos ut nosti mores munifi-  
cos nimis, munerate hercle possum hominem, si  
nanciscerem: ira ridicule sceleratus fuit, atque ipse  
sele luit in omnibus.

*Arb.* Ille quidem, ut scimus, male meruit perfidus:  
sed quoniam tibi per illum bene evenerunt omnia,  
omnes illi bene optamus, facto, non merito suo.

*Quer.* At at! quidnam est? Nisi fallor, Mandrogerus  
est eminus. Quidnam ille huc revenit? Novum  
credo aliquod praestigium iterum hac exhibit. Abice-  
liter intus, Pantomale; & fragmenta illius urnae  
hic ad nos exhibe.

Placet merce  
O bone Ar  
ciamus calumnia  
prom poscamus  
nobis alienum m  
Lib Consilium plac  
Quer.

ACTU



Ve! m  
furfifer  
Mand.  
rum &  
si viv  
Mand

Rogas? scelesti  
eam?

Missa isthaec  
com egomet istam  
er. iterum ad Ma  
rem.

Fortasse jure fe  
Pulchre edepol:  
nunc tu, frater  
Unde subito ra  
nam si fratrem  
illud nunc restat,  
anno pater meu  
me hercle reliqui

Superbia sunt il  
ze tibi.  
Non recte edepol  
avice, fratrem  
meas.

Quid multis opu  
um est, lege. Sam  
Heracle explorasti  
lacio. Querolo. Fil  
tibi fieri m  
manciam quemlibet  
& peregre mit  
tinet, quod reli  
ta medium thesa  
opera expostulat.  
non! fodes, paulu  
deberi res ipse  
suae, si placet,  
debitur muneris  
to igitur patris

res docet.  
mirum inde t  
esse tace. Age  
zies: da quod pos  
edepol investigari  
thesaurum.

Es! Tu mihi the  
Tu negas?  
Nisi omnia in mer  
accident mihi.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



*Quer.* Eho! scelestissime, dispicis? Si vivorum neglexisti gratiam, etiamne mortuis manus intulisti ad ludum, & ludibria? Neque contentus eruisse bustum, atque cineres, ultimo per fenestram etiam funestas mihi projecisti reliquias. Quid ad hæc dicis? Thesaurum abstulisti; violasti sepulcrum, perdidisti? Domum meam non solum compilasti, verum etiam polluisti, sacrilege. Tu negas?

*Mand.* Quæso, quandoquidem me fortuna sic destituit, nihil quæro ulterius. Vale.

*Quer.* At ego hercle quæro, cui mala omnia congestisti, scelus. Hem! Pantomale. Numquam abs hoc pedem. Ego jam nunc, ubinam Prætor sedeat, investigabo celeriter, atque omnia isthæc exsequar jure & legibus.

*Mand.* Quæso, Arbitrator, pro me ut verba facias. Nihil nisi veniam expostulo.

*Arb.* O mi Querole: numquam te celeriter usque ad sanguinem. Ignosce ac remitte: hæc est vera victoria.

*Quer.* Age; reliquæ illius defuncti recordantur: quid de thesauro fiet? Quid dicis, Mandrogere?

*Mand.* Juro per Deos: juro per ipsam, quam rupi, fidem, mihi nec aurum, nec thesaurum esse.

*Quer.* Remove paulisper inania: putemus nos paululum in judicio stare. Urnam certe illam tu abstulisti.

*Mand.* Factum est.

*Quer.* Elige nunc, Mandrogere, utrum voles, bustum illic, an aurum fuit? Quandoquidem causa hujusmodi est, ut multis constet modis.

*Mand.* Auribus teneo lupum: neque uti fallam, neque uri confitear, scio: utrum utrum dixero, id contra me futuram video. Dicam tamen: aurum illic fuit.

*Quer.* Redde igitur.

*Mand.* Hoc jam factum est.

*Quer.* Factum doce.

*Mand.* Urnam tu recognoscis?

*Quer.* Quid vis, ut respondeam: primum egomet aulam non recognosco: satisne hoc sufficit?

*Mand.* Quid! Titulum non recognoscis?

*Quer.* Magis quam te, quem hodie primum hic noscitur. Sed finge nunc a nobis urnam, & titulum recognosci: redde quod in aula fuit.

*Mand.* Tu autem, quid in aula fuisse dicis?

*Quer.* Ego interim proposui: tu fare, quid velis.

*Mand.* Et vos a me aurum quemadmodum postulatis, cum res ipsa bustum & cinerem comprobet?

*Arb.* Ergo acquiescis, ut bustum illic fuerit.

*Mand.* Acquiesco, quandoquidem ita se res habet: hac non processit, alia tentandum est via.

*Quer.* O stulte! Sacrilegium confiteris, dum furtum negas.

*Mand.* Quid si nihil illic fuit?

*Quer.* Quidnam igitur postulas? Aurum, si fuit, abstulisti: si non sustulisti, non fuit.

*Mand.* Vos quæso dicite vicissim, quidnam illic fuit?

*Quer.* Nobis interim sufficit purgare nosmet, objecta repellere. Nam si ingredimur: temptandum est via.

*Mand.* Quodnam hoc monstri genus est. Ego totum feci solus: totum nescio. Jamjam quæso, quoniam mihi neque res, neque causa superest, simpliciter dicite, utrumne furtum, an sacrilegium ego commisi? Nisi forte illud nunc restat mihi, ut qui furtum non potui, sacrilegium neque volui, utrumque fecisse convincar nefas.

*Quer.* Etiamne circuitionem quæris? Quid aliud autem in causa est? Nisi quod præsidium abstulisti, & ci-

netes abdidisti. Unum fraudulenter, aliud nequiter. Neque enim te bustum experisse, aurum abjecisse, credere quisquam potest.

*Mand.* Optime totum hoc asseritur, & mihi ipsi verisimile videtur. Sed si quid creditis, non est ita.

*Quer.* Age; jam bono animo esio: nihil præter sacrilegium perpetrasti. Aurum autem ibi non fuit.

*Mand.* Furtum igitur non commisi. Dii te servant! Vicimus. Nam istoc ego tempore pœnam malo, quam pecuniam debere. Sed illud, quæso, exponite: unde tantum illic erat?

*Quer.* Nescis, Mage, nihil esse gravius fortuna mala?

*Mand.* Recognosco.

*Quer.* Etiam quæritas? Unde pondus. Tegmen illius urnæ non vidisti plumbeum?

*Mand.* Jamjam sibi omnia conveniunt. His præstigiis etiam certis falli non potuisset Magus?

*Arb.* Nondum intellegis, inepte; impositum nobis esse ab illo, quem bene noveras? Unde autem illi thesaurus? Homini prope pauperi? Ac si habuisset ille, ergone iste secretum nescisset patris: tibi que ille indicaret, quod non crediderat filio? Porro autem paterfamilias ille thesaurum si sciebat, illi tandem crediderat loco, tibi que illuc patuisset aditus.

*Mand.* Edepol quid dicam nescio.

*Arb.* Ergo Euclionem tu non noveras. Habuit senex ille multa hæc lætissima, qui te etiam defunctus ridet.

*Mand.* Edepol tandem intellego: illius plane nequitiam hic recognosco: frequenter ille similibus melusit modis. Quæso igitur, date veniam, quod cineres illos abstuli: aurum credidi.

*Arb.* Bene excusas, Mandrogere: agnosco ingenium lepidissimum: plane Euclionis nostri sodalem: tale semper ille dilexit senex.

*Mand.* Sinite quæso me abire. Hem! Querole, humanam ac misericordem semper fuisse te scio: hominem tam elegantem abire ne permiseris: non unius officii homo est: Magum, Mathematicumque hic habes: (tantum quod primum est) furtum facere non potest. Recipe, quæso, amicum veterem & novum, quandoquidem pater Euclio solum hunc tibi reliquit in bonis.

*Quer.* Ha! Sed furem timeo.

*Arb.* Quid unum furem metuis? Jam totum hic abstuli.

*Mand.* Quæso, Querole noster: patri egomet tuo non jam devoveram; tibi nunc servire cupio: quandoquidem hodie sic misertus es mei: da victum, quod vitam indulisti.

*Quer.* Si ambo ita voltis, fiat. Potes ne discere leges novas?

*Mand.* Ha ha he! Illas egomet ex parte condidi.

*Quer.* Senatus consultum dico egomet Servilianum, Parasiticum.

*Mand.* Ohe! Visne interdistorum capita jam nunc equare? Ad legem Porciam, Caniniam, Furiam, Fusiam Coss. Torquato, & Taurca.

*Quer.* Potesne observare omnia?

*Mand.* Illud apud me parum est: tu nunc, ut ediscas, jubes: ego docete jam volo.

*Arb.* Hui! Multarum palmarum hic est. Recipe, quæso jura: instructissimum talem quærere hominem pro magno solent.

*Quer.* Quoniam ita voltis, fiat: sed ubinam sunt cii atque adjutores tui?

QU  
ACTU  
Syr  
Nos quoque præ  
Quer. O Syc  
vestra est religio?  
abire, quo libet.  
Syr. Et nosmet scilicet  
At deca domus  
fuit, viatici nobis  
omnem amicum  
Viaticum ego v  
Nos cum Mand  
Digna causa, i  
Parasiticus. In  
a Rege conviv  
accipiat. De l  
tus, de ramoribu  
Quod si ramor fuer  
are optimo conseq  
tiz (hoc est excoc  
tus. Placuit aut  
bos infinis summo  
sui inspectio, ita



QUEROLUS  
ACTUS V. SCENA II.

*Sycophanta .. Querolus .*

**N**Os quoque praesto sumus, o parens, ac patrone!  
*Quer.* O Sycophanta! O Sardanapale! Hæc vestra est religio? Sed causas jam hic praestitit: vos abite, quo liber.

*Syc.* Et nosmet scimus, Querole: quoniam **TRIS KAI DECA DOMUS UNA NON CAPIT.** Verum quaesumus, viatici nobis aliquid ut aspergas; quoniam spem omnem amisimus.

*Quer.* Viaticum ego vobis? Quonam merito?

*Syc.* Nos cum Mandrogeronte huc venimus.

*Quer.* Digna causa, mercedem vulnerum victus accipiat Parasitus. In convivio si fuerit veste discissus, a Rege convivii duplam mercedem reparationis accipiat. De livoribus in quadrantem solidi unjus, de tumoribus in Trientem poena transibit. Quod si tumor fuerit, & livor, solidi unius bessem jure optimo consequetur. Unam vero unciam apoziz ( hoc est excoctionis ) contemplatione concedimus. Placuit autem, ut etiam de plagis & vulneribus infixis summo strepitu criminali amicorum praestetur inspectio, ita ut dodrantem solidi nec inspi-

cientum, gratia, nec largientis excedat humanitas. In luxu autem, & ossibus loco motis, usque ad deuncem solidi injuriarum commodum placuit extendi. Jam porro de ossibus fractis placuit convenitque, ut in minutalibus, solidus: in principalibus vero ossibus argenti libra protinus traderetur. Quæ autem vel principalia videri ossa debeant, vel minuta, Medicorum tractatus inveniet. Si autem Parasitus amplius quam praefinitum est. postulari, plus petiti periculo stranguletur. Rex convivii injuriarum merita etiam voluntariis decertationibus cogatur exsolvere: ita ut præmium criminosi mercedem transeat vulnerati. In tantum autem Parasitis consuli jura voluerunt, ut si vulneribus affictus contestata lite defecerit, hæredibus ejus paterni laboris ac meriti, præmia non negentur. Quod si Parasitus quamvis tractatus incommode, tamen de malis suis intestatus occiderit, hæres agere non poterit. Quicquid causas mortis non reddiderit, infepultus abiciatur. Et hæc omnia sic constituimus, quasi inter se hominum liberorum & æqualium lasciviens turba defæviat. Nam si a Patrono vel servo Patroni Parasitus contra leges pertulerit injuriam, habebit fugiendi liberam potestatem.

ducenter, aliud resurget, autem, aurum abiciat, nitor, & mihi ipsi ver creditis, non est in. isto: nihil præter facti utemzibi non fuit. amisi. Dite severer amozte panam mal: ea illud, quæzto, expo: te gravia fortuna mala! de pondas. Tegmen: xum? areniunt. His præstis: fiet Magus? pax, impolatum nobis e: as? Unde autem illi: opem? Ac si habuisset: libet parnis: tibi que illi: erar illo? Porro autem: si solabar, illi tandem: illor paruisset aditus, nectio. non noceras. Habuit se: a, qui te etiam delat:



us  
i, hat. Potes ne discer  
is  
s  
rendidit capita jam in  
Pamam. Caniniam, f:  
no. & I  
am est: rruous, est  
at sed abian:



# PINDARI THEBANI EPI TOM E.

## AC SUMMA UNIVERSÆ ILIADOS HOMERI.



Ram pande mihi Pelidæ diva superbi  
Tristia, qui miseris iniecit funera  
Graïis,  
Atque animas fortes hetoum tradidit  
orco,  
Latrantumque dedit rostris volucrum-  
que trahendos

Illorum exangues inhumatis ossibus artus.  
Conficiebat enim summi sententia regis,  
Ex quo contrulerant discordi pectore pugnas  
Sceptiger Atrides, & bello clarus Achilles.  
Quis Deus hos fato tristi contendere iussit?  
Laronæ, & magni proles Jovis; iste Pelasgum  
Infestam regis pestem in præcordia misit,  
Implicuitque gravi Danaorum corpora morbo.  
Nam quondam Chryses solenni tempora vitta  
Implicitus, raptæ flevit solatia natæ,  
Invisosque dies, invisæque tempora noctis  
Egit, & assiduis implevit questibus auras.  
Postquam nulla dies animum mærore levavit,  
Nullaque lenibant patrios solatia fletus,  
Castra petit Danaum, genibus affusus Atridæ,  
Per superos, regniqûe decus miserabilis orat,  
Ut sibi causa suæ reddatur nata salutis:  
Dona simul profert; vincuntur fletibus ejus  
Myrmidones, reddique patri Chryseida censent.  
Sed negat Atrides, Chrysenque excedere castris  
Despecta pietate jubet; ferus ossibus imis  
Hæsit amor, sprevitque preces damnosa libido.  
Contemptus repetit Phœbeia templa sacerdos,  
Squalidaque infestis mærens secat unguibus ora,  
Dilaceratque comas, annolaque tempora plangit.  
Mox ubi depoliti gemitus, lacrimæque quierunt,  
Varidicis sacras compellat vocibus aras:  
Quid coluisse mihi tua numina, Delphice, prodest,  
Aut castam viram multos duxisse per annos?  
Quidve juvat sacros posuisse altaribus ignes,  
Si tuus externo jam spernor ab hoste sacerdos?  
En hæc deserta redduntur dona senectæ.  
Si gratus tibi sum, sim te sub iudice tutus.  
Aut si quam ut luereim sub acerbo crimine pœnam  
Inscius admisi, cur o tua dextera cessat?  
Polce sacros artus, in me tua dirige tela:  
Auctor mortis eris certe Deus: ecce merentem  
Fige Patrem: cur nata luit peccata parentis,  
Atque hostis duri patitur miseranda cubile?  
Dixerat: ille sui vatis prece motus, acerbis  
Lustibus infestat Danaos, pestemque per omnes  
Immittit populos: vulgus ruit undique Grajum,  
Vixque rogis superest tellus, vix ignibus æther,  
Deerat ager tumulis, jam noctis sidera nonæ

Transferant, decimusque dies patefecerat orbem:  
Tunc Danaum proceres in cætum clarus Achilles  
Convocat, & causas hortatur pestis iniquæ  
Edere Testoridem: tunc Calchas numina diuum  
Contulit, & causas pariter, finemque maiorum  
invenit, estarique verens, ope tutus Achilles  
Hæc ait: infesti placemus numina Phœbi,  
Reddamusque pio castam Chryseida patri,  
Si volumus Danai portus intrare salutis.  
Dixerat: exarsit subito violentia Regis,  
Testoridem pietis primum compellat amaris,  
Mendacemque vocat, magnumque incusat Achillem,  
Inque vicem ducis invicti convitia sustert.  
Confremuere omnes; tandem clamore represso  
Cogitur iavitos æger dimittere amores,  
Intactamque pio reddit Chryseida Patri,  
Multaque dona simul super: quam cunctis notus Ulysses  
Impositam puppi patrias devexit ad arces,  
Atque iterum ad classes Danaum sua vela retorfit.  
Protinus infesti placantur numina Phœbi,  
Et prope consumptæ vires redduntur Achivis.  
Non tamen Atridæ Chryseidis excidit ardor:  
Mæret, & amissos deceptus luget amores.  
Mox rapta magnum Briseide privat Achillem,  
Solaturque suos alienis ignibus ignes.  
At ferus Aeacides nudato protinus ense  
Tendit in Atriden, & ni sibi reddat honestæ  
Munera militiæ, letum crudele minatur.  
Nec minus ille parat contra defendere se se,  
Et nisi casta manu Pallas tenuisset Achillem,  
Turpem cæcus amor famam liquisset in ævum  
Gentibus Argolicis; contempta voce, minisque  
Invocat æquoræ Pelides numina matris,  
Ne se plus Thetis contra patiat inultum.  
At Thetis audita nati prece, deserit undas,  
Castraque Myrmidonum prætervolat, inde per auras  
Emicat æthereas, & in aurea sidera fertur.  
Tunc genibus Regis sparsis affusa capillis:  
Pro nato veni genitrix en ad tua supplex  
Numina, summe parens, ulciscere neque meumque  
Corpus ab Atride, quod si permittitur illi,  
Ut flammis impune mei violaret Achillis;  
Turpiter occiderit superata libidine virtus.  
Juppiter huic contra dixit: tristes depone querelas  
Magni diva maris, mecum labor iste manebit.  
Tu solate tui mærentia pestota nati.  
Dixit, & illa levis Cæli delapsa per auras  
Littus adit patrium, gratasque sororibus undas.  
Offensa est Juno, tantumque, ait, optime coniux  
Doride nata valet, tantum debetur Achilli,  
Ut mihi, quæ coniux dicot tua, quæque sororis

Dul.

Polce sero nome  
Et Troum renova  
Hæc ita dona refer  
Talibus inculat a  
Inque vicem sum  
Tandem interposu  
Conciliumque simul  
Intrerea sol immenso  
Et dapibus largis cu  
letis perant thalamo  
Vix erat, & toto fu  
Et manumque genus  
Tunc Pater omnipoten  
Vix age per tenues a  
Implicite ducis cele  
Inque tuo premitur  
Achilli mandata refer  
Incident Titana dies,  
Cogit in arma Viros,  
Hæc mora, somnus a  
Devolat in thalamos  
Corpus incendatum le  
Ad quem sic loquitur  
Hæc Danaum Atrida  
Quæ tibi missa simul d  
Inque: cum primum  
Fletibus arma jube fo  
Inpetere Iliacos instru  
Vix, & has repetit,  
Intra lucem tertis de  
Vocac attonitus iusti  
Ducum proceres, remq  
Achilli promittunt socios  
Instructurque ducem: qu  
Intra collaudat; grates  
Intra Therites (quo  
Intra ad Trojam, ling  
Intra gerenda negat, pa  
Intra iter: quem con  
Intra septum dicitis sceptro  
Intra vero ardeat con  
Intra telis cavere manus  
Intra tur, & cunctos p  
Intra tandem solentis prude  
Intra preffam mihi sedat  
Intra inquit ducem dicit  
Intra prois illius, quo v  
Intra inquit volucrum bis  
Intra inquam valido pug  
Intra in extremo natoru  
Intra in hinc tenex, mane  
Intra in labor est, quer  
Intra in daret Danaum v  
Intra in omnes, laudat  
Intra in que simul dir  
Intra in et, atque animos  
Intra in tacitas ut pri  
Intra in Titan radiis  
Intra in amari socios  
Intra in Iliacos instru  
Intra in hinc Musæ (quid  
Intra in clara ducum, cl  
Intra in patrias, nam  
Intra in, quot quisque ra  
Intra in apum peragamus op  
Intra in que libens operi



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Hunc sequitur forma melior, non fortis in armis,  
 Belli caula Paris, patriæ funesta ruina,  
 Deiphobusque, Helenusque simul, fortisque Poletes,  
 Et sacer Aeneas Veneris certissima proles.  
 Archilocusque, Athamasque ferox Antenore nati.  
 Nec non & proles generosa Lycaonis ihat  
 Pandarus, & magnæ virtutis Glaucus in armis,  
 Amphionque, Adrastus, & Auslius, atque Phialtes.  
 Ihat & Amphimachus, Mariusque insignis uterque,  
 Magnanisque duces Rhodius, & Epistrophus ingens,  
 Euphoriusque ferox, clarusque ætate Pyragmes,  
 Cum quibus Enesteus, ac Amphius, & bonus armis  
 Ipothus, atque Othamas venere, Pigerius una  
 Ixioneque sati, Crontusque, & Emonius, ambo  
 Florentes ætate Viri, quos fortis, & ingens  
 Ascanius sequitur, simul & Jovis inclyta proles  
 Sarpedon, claraque satus tellure Choræbus.  
 His se defendit ducibus Neptunia Troja,  
 Vicissentque, dolo Danaum nisi fata vetassent.  
 Jamque duæ stabant acies fulgentibus armis,  
 Cum Pris exitium Trojæ, & funesta ruina,  
 Armatum adverso Menelaum ex agmine vidit,  
 Seque velut viso perterritus angue recepit  
 Ad socios amens; quem postquam turpiter Hector  
 Confusum terrore videt, Proh dedecus, inquit,  
 Æternum patriæ, generisque infamia nostri,  
 Terga refers? at non dubitabas hospitis olim  
 Expugnare toros, cujus nunc defugis arma,  
 Vimque times; ubi nunc vires, ubi cognita nobis  
 Ludorum quondam vario certamine vis est?  
 Hic animos ostende tuos, nil adjuvat arma  
 Nobilitas formæ, duro Mars milire gaudet.  
 Dum jaceas in amore tuo, nos bella geremus  
 Scilicet, ut nostrum fundamus in hoste cruorem.  
 Æquius adversis tecum concurrat in armis  
 Impiger Atrides; spectet Danaumque, Phrygumque  
 Depositis telis populus, vos sœdere juncto  
 Adversas conferte manus, decernite ferro,  
 Vestrum nunc Helenam sumat quis rectius ipsam.  
 Dixit; quæ contra paucis Priameius Heros,  
 Quid nimis indignis (inquit) me vocibus urges,  
 O patriæ germane decus? nam nec mihi conjunx,  
 Pronaque luxuria est, fungor virtutis amore,  
 Nec vires, dextramque viri tentare recuso,  
 Dummodo victorem conjux cum pace sequatur.  
 Dicta refert Hector, placuit sententia Graiis.  
 Protinus accitur Priamus, sacrisque peractis  
 Fœdera junguntur: post hæc discedit uterque  
 Depositis telis populus, campusque patescit.  
 Interea toto discedit ab agmine Troum  
 Pulcher Alexander clypeoque insignis, & hasta,  
 Quem contra paribus fulgens Menelaus in armis  
 Constitit, & tecum mihi sunt certamina, dixit,  
 Nec longum nostra lætabere conjuge, quæ te  
 Mox rapuit regem, tantummodo Juppiter assit.  
 Dixit, & adversum se concitat acer in hostem.  
 Ille virum forti venientem reppulit ista,  
 Seque gradu celeri recipit, longeque frementem  
 Hastam deinde jactat, quam devitavit Atrides.  
 Inque vicem misso fixisset pectora telo  
 Prædonis Phrygii, nisi vastum ferrea corpus  
 Texisset lorica viri septemplex tergo.  
 Insequitur juxta clamor, tum adversus uterque  
 Constitit, & galea galeam terit, & pede plantam  
 Conjungit, stridet mucro mucrone corusco,  
 Corpus collectum tegitur fulgentibus armis.

Non aliter fortes nitida pro conjuge tauri  
 Bella getunt, vastisque replent mugitibus auras.  
 Atque diu rigido captabant corpora telo,  
 Tunc memor Atrides raptæ sibi conjugis, instat,  
 Dardaniumque premit juvenem mox ense rigenti,  
 Cedentemque retro dum desuper appetit hostem,  
 Splendidus extremas galeæ percussit ad oras.  
 Dissiluit mucro: gemuerunt agmina Grajum.  
 Tunc vero ardescit, quamvis manus ense carebat,  
 Et juvenem arrepta prosternit casside victor,  
 Ad socios traheretque, nisi caligine cæca  
 Texisset Cytherea virum, subjectaque mento  
 Fortia rupisset laxatis vincula nodis,  
 Ultimus ille dies Paridi foret: abstrahit auro  
 Fulgentem galeam secum Menelaus, & ardens  
 In medios mittit proceres, rursusque recurrit,  
 Et magnam validis contorsit viribus hastam  
 In cladem Phrygii; sua quem Venus eripit hosti,  
 Et secum in thalamos desert testudine structos.  
 Ipsa dehinc Helenam inuris accersit ab altis,  
 Dardanioque suos Paridi deducit amores.  
 Quem tali postquam conspexit voce locuta est:  
 Venisti mea flamma Paris, superatus ab armis  
 Conjugis antiqui; vidi, puduitque videre,  
 Arreptum cum te traheret violentus Atrides,  
 Iliacoque tuos sœdaret pulvere crines:  
 Nostraque (me miserum) timui ne Doricus ensis  
 Oscula discuteret, totus mihi mente relicta  
 Fugerat ore color, sanguisque reliquerat artus.  
 Quis te cum sævo contendere jussit Atrida?  
 An vaga fama tuas nondum pervenit ad aures  
 De virtute viri? moneo, ne rursus iniquæ  
 Illius tua fata velis committere dextræ.  
 Dixerat, & largis persudit fletibus ora.  
 Tristis Alexander, non me superavit Atrides,  
 O meus ardor, ait, sed castæ Palladis ira.  
 Mox illum nostris succumbere turpiter armis  
 Aspicias, aderitque meo Cytherea labori.  
 Post hæc amplexu per mutua corpora juncto  
 Incumbit membris Cygneidos, illa soluto  
 Accepit flammis gremio Trojæque, suasque.  
 Interea toto Menelaus in agmine Troum  
 Quærit Alexandrum, victorque huc fertur, & illuc.  
 Quem irater socias acuens in bella catervas  
 Adjuvat, & forti populos Phryges increpat ore,  
 Et servare jubet reges, Helenamque reposcit.  
 Cumque inter sese proceres certamen haberent,  
 Concilium omnipotens habuit regnator olympi.  
 Fœderaque intento turbavit Pandarus arcu  
 Te, Menelae, petens, laterique volatile telum  
 Incidit, & tunicam ferro, squammisque rigentem  
 Defecat, excedit bello gemebundus Atrides,  
 Castraque tuta petit, quem doctus ab arte paterna  
 Pæoniis curat juvenis Podalirius herbis,  
 Atque iterum in cædes, horrendaque prælia mittit.  
 Armavit fortes Agamemnonis ira Pelasgos,  
 Et dolor in pugnam cunctos communis agebat.  
 Bellum ingens oritur, multumque utrimque cruoris  
 Funditur, & totis sternuntur corpora campis,  
 Inque vicem Troumque cadunt, Danaumque catervæ,  
 Nec requies datur ulla viris, sonat undique Mavors,  
 Telorumque volant ex cunctis partibus imbres.  
 Occidit Antilochus rigido demersus in umbras  
 Ense Calestiadis, optataque lumina linquit.  
 Inde manu forti Grajorum terga prementem  
 Occupat Amphione satum Telamonius Ajax,



Et prædurato transfixit corpora telo.  
 Purpuream vomit ille animam cum sanguine mixtam,  
 Ora rigat moriens, tuuc maximus Antiphus hastam  
 Viribus adversis conatus corpore toto  
 Torquet in Ajacem, telumque erravit ab hoste,  
 Inque hostem cadit; ictus in inguine Leucon  
 Concidit infelix prostratus vulnere forti,  
 Et carpit virides moribundus dentibus herbas.  
 Impiger Atrides casu commotus amici,  
 Demophoonta petit, teloque adversa trabali  
 Tempora transfixit, vaginaque horridus ensem  
 Eripit; ille suis moriens relupinus in armis  
 Occidit, & terram moribundus vertice pulsat.  
 Post hæc Ægæum saxi dejecerat ictu  
 Impiger Umbrasides, dederatque silentibus umbris:  
 Tuncque avidus prædæ juvenem spoliare parabat,  
 Desuper hasta venit dextra vibrata Thoantis,  
 Perque viri scapulas, animosaque pectora transit.  
 In vultus ruit ille suos, calidumque cruorem  
 Ore vomit, stratusque super sua palpitat arena.  
 Sanguine Dardanii manabant undique campi,  
 Manabant amnes passim, pugnabat ubique  
 Iminixtis ardens amborum exercitus armis,  
 Et modo Trojanis virtus, modo crescit Achivis,  
 Lætaque per varios petitur victoria casus.  
 Hic postquam Danaum longe cedentia vidit  
 Agmina Tydides, tumidumque increfcere Martem,  
 In medias acies, qua plurimus eminent hostis,  
 Irruit, adversas prostrernit cæde phalanges,  
 Huc illuc volat ense ferox, hastamque coruscant.  
 Bellica Pallas adest, flagrantiaque ignibus arma  
 Adjuvat, atque animos juveni, viresque ministrat.  
 Ille (boum veluti viso grege sæva læna,  
 Quam stimulat jejuna fames, ruit agmina contra,  
 Et prostrata necat vesano corpora dente)  
 Sic ruit in medios hostes Calydonius heros,  
 Virginis armigeræ monitis, & numine tutus.  
 Conversi dant terga Phryges, fugientibus ille  
 Instat, & extinctos morientum calcant acervos.  
 Dumque furit, sternitque viros, videt ecce Thoantis  
 Adverso stantes furibundus in agmine natos,  
 Ægæum, Idæumque simul, quem cuspide præceps  
 Occupat ante gravi, sed vulnera depulit umbo,  
 Vibratumque solo ferrum stetit; haud mora, totis  
 Ingentem torquet Tydides viribus hastam,  
 Transfoditque viri pectus: pars cuspidis ante  
 Eminent, & prodit scapulis pars altera fossis.  
 Hunc ibi fundentem calidum de pectore flumen,  
 Versantemque oculos, animamque per ora vomentem  
 Conspexit frater: stricto celer advolat ense,  
 Germanique cupit fatorum exiliter vindex.  
 Sed neque vim sævi, nec fortia sustinet arma  
 Tydidæ, contraque tamen defendere tentat.  
 Et volucris, decerpta sui cum corpora nati  
 Accipitrem laniare videt, nec tendere contra,  
 Auxilium nec ferre suo valet anxia natu,  
 Quodque potest levibus plangit sua pectora pennis:  
 Sic hostem Idæus germani cæde superbum  
 Spectat atrox, miseroque nequit succurrere fratri:  
 Et nisi cessisset, dextra cecidisset eadem.  
 Nec minus in Teucros armis furit acer Atrides,  
 Insequiturque acies, & ferro vulnera miscet.  
 Obvius huic fati ductus occurrit iniquis  
 Infelix Rhodius, quem vasto cuspidis ictu  
 Sternit, & ingenti scapulas transverberat hasta.  
 Hinc petit Idomeum de adversa parte ruentem

Merione satum, cujus post funera lætus  
 Astropio genitum Stygias dimittit ad umbras.  
 Merionis puerum vibrata per u t hasta,  
 Pergellumque necat; vallisque horrendus in armis  
 Eurypylus gladio venientem Herpedona fundit,  
 Et pariter juvenem vita spoliavit, & armis.  
 Parte alia volitat sinuoso Pandarus arcu,  
 Tydidemque oculis adversa per agmina quærit:  
 Quem postquam vidit sternentem corpora Troum,  
 Horrida direxit contento spicula cornu,  
 Et summas humeri distrinxit acumine partes.  
 Tunc vero adest juvenis Calydonius ira,  
 In medias acies animosi more leonis  
 Fertur, & Ascroneum, magnumque Alpenora fundit,  
 Cominus hunc gladio, jaculo ferit eminus illum.  
 Inde premit Polydona, Abanthaque cuspide forti,  
 Et notum bello Xanthum, vastumque Thoantum.  
 Post hos infestus Croniumque, & Scemona telo  
 Perturbat celeri, pariterque ad Tartara mittit.  
 Tu quoque Tydidæ prostratus Pandare dextra  
 Occidis infelix accepto vulnere tristi:  
 Dexterâ qua naris fronti conjungitur imæ,  
 Dissipat & cerebrum galeæ cum parte revulsum,  
 Ossaque confossa spargit Tydideus ensis.  
 Jamque manus Æneas, & Calydonius Heros  
 Contulerant jactis inter se cominus hastis,  
 Undique rimabant inimico pectora ferro,  
 Et modo cedebant retro, modo deinde coibant.  
 Postquam utriusque diu steterant, nec vulnera magnus  
 Qua daret infesto Tydides ense videbat,  
 Saxum ingens, medio quod forte jacebat in agro,  
 Biffeni quod vix juvenes tellure levabant,  
 Sustulit, & magno conamine misit in hostem.  
 Ille ruit prostratus humo cum fortibus armis,  
 Quem Venus æthereas genetrix delapsa per auras  
 Accipit, & nigra corpus caligine condit.  
 Non tulit Oenides animo, nebulaque per ipsas  
 Fertur, & in Veneram flagrantibus irrumpit armis:  
 Et neque quem demens ferro petat inspicit ante,  
 Cælestemque manum mortali vulnerat ense.  
 Ista petit cælum terris Cytherea relictis,  
 Atque ibi sidereo queritur sua vulnera Marti.  
 Dardanium Æneam servat Trojanus Apollo,  
 Accenditque animos, iterumque ad bella reduxit.  
 Undique consurgunt acies, & pulvere cælum  
 Conditur, horrendisque sonat clamoribus æther.  
 Hic alius rapido dejectus in æquora curru  
 Conteritur, pedibusque simul calcatur equorum.  
 Atque alius volucris trajectus corpora telo,  
 Quadrupedis tergo pronus ruit; illius ense  
 Dejectum longe caput a cervice cucurrit.  
 Hic jacet exanimis fulo super arma cerebro.  
 Sanguine manat humus, campi sudore madescunt.  
 Emicat interea Veneris pulcherrima proles,  
 Densaque Grajorum premit agmina, nudaque late  
 Terga metit gladio, funestaque prælia miscet.  
 Nec cessat spes una Phrygum fortissimus Hector  
 Sternere cæde viros, atque agmina vertere Grajum.  
 Ut lupus in campis pecudes cum cernit apertis,  
 Non ductor gregis ipse comes, non horrida terret  
 Turba canum, premit esuriens, & negligit omnes,  
 In mediosque greges avidus ruit: haud secus Hector  
 Invadit Danaos, & territat ense corusco.  
 Deficiunt Grajorum acies, Phryges actius instant,  
 Attolluntque animos: geminat victoria vires.  
 Ut vidit socios infesto cedere Marti



Rex Danaum, sublimis equo volat agmina circum,  
 Hortaturque Duces, animosque in prælia firmat.  
 Mox ipse in medios audax se proripit hostes,  
 Oppositasque acies stricto diverberat ense.  
 Ut Libycus cum sorte Leo procul agmina vidit  
 Læta boum passim virides errare per herbas,  
 Attollit cervice jubas, sitiensque cruoris  
 In mediam erecto contendit pectore turbam:  
 Sic ferus Atrides adversos fertur in hostes,  
 Infestasque Phrygum proturbat cuspide turmas.  
 Virtus clara ducis vires accendit Achivum,  
 Et spes exacuit languentia militis arma.  
 Funduntur Teucri, Danaï lætantur ovantes.  
 Tandem hic Æneam immisso contendere curre  
 Conspicit Atrides, strictoque occurrere ferro  
 Apparatus, & jaculum quantum furor ipse movebat,  
 Viribus intorquet, quod depulit error ab illo  
 Pectus in aurigæ, stomachoque infigitur alto.  
 Ille ræens ictu media inter lora, rotasque  
 Volvitur, & vitam calido cum sanguine fundit.  
 Ingemit Æneas, curruque animosus ab alto  
 Desilit, & valido Cretheona cominus ictu,  
 Tersilochumque ferit, quorum post funera victor  
 Paphlagonum ductor Menelai concidit armis,  
 Antilochumque Mison; post hos Jovis inclyta proles  
 Sarpedon bello funesto prælia miscet.  
 Quem contra infelix non æquis dimicat armis  
 Triptolemus magno satus Hercule, sed neque vires  
 Hunc servare patris, nec tot potuere labores,  
 Quin caderet, tenuemque daret de corpore vitam.  
 Saucius egreditur medio certamine belli  
 Sarpedon, fraudisque subit commentor Ulysses,  
 Et septem juvenum pulcherrima corpora fundit.  
 Hinc pugnat patriæ culmen Mavortius Hector,  
 Illinc Tydides, sternuntur utrimque virorum  
 Corpora per campos, & sanguine prata rigantur.  
 Pugnat bellipotens casta cum Pallade Mavors,  
 Ingentemque movet clypeum, quem sancta Virago  
 Egit, & extrema percussum cuspide cædit,  
 Attonitumque simul Cælum petere ipsa coegit.  
 Hic ille æthereo queritur sua vulnera regi  
 Saucius, & magni genitoris jurgia suffert.  
 Interea magnis Atamantem viribus Ajax  
 Interimit, magnumque petit Menealus Adrastum,  
 Et trahit ad classes manibus post terga revinctis,  
 Ex hinc deducit lætos ex hoste triumphos.  
 Incumbunt Danaï, cedit Trojana juvenus,  
 Tergaque nuda regit: sensit Mavortius Hector  
 Pro Danaï pugnare Deos, validasque suorum  
 Virginis armigeræ subduci numine vires.  
 Continuoque petit muros, Hecubamque vocati  
 Imperat, & Divæ placati numina suadet.  
 Protinus armatas innuptæ Palladis arces  
 Iliades subeunt, festisque altaria fertis  
 Exornant, cæduntque sacras ex more bidentes.  
 Dumque preces Hecube supplex ad templa Minervæ  
 Pro charis natis genitrix, & coniuge fundit,  
 Interea Glaucus stricto contendere ferro  
 Cum Diomede parat, nomenque, genusque roganti,  
 Quis sit, & unde foret, magnis cum viribus hastam  
 Mittere tentabat; tentanti Ætholius heros,  
 Quo ruis? exclamat, quæ te, scelerate, furentem  
 Mens agit imparibus mecum concurrere telis?  
 Hospitis arma vides, Veneris qui vulnere dextram  
 Perculit, & summo repulit certamine Martem.  
 Pone truces animos, infestaque tela coerce.

Post hæc inter se posito certamine pugne  
 Commutant clypeos, inimicaque prælia linquunt.  
 Colloquium petit interea fidissima conjunx  
 Hectoris Andromache, parvumque ad pectora natum  
 Astyanacta tenet, cujus dum maximus heros  
 Oscula parva petit, subito perterritus infans  
 Convertit timidos materna ad pectora vultus,  
 Terribilemque fugit galeam, cristamque micantem.  
 Utque caput juvenis polito detexerat ære,  
 Protinus infantem geminis amplectitur ulnis,  
 Attollensque manus, precor, o Pater optime, dixit,  
 Ut meus hic, pro quo tua numina natus adoro,  
 Virtutes patrias primis imitetur ab annis.  
 Hæc ait, & portis acies petit acer apertis,  
 Una deinde Paris; postquam in certamina ventum est,  
 Protinus in medium procedit maximus Hector,  
 Grajorumque duces invictis provocat armis.  
 Nec mora continuo fraudis commentor Ulysses,  
 Et ferus Idomeneus, & notus gente paterna  
 Meriones, Grajumque simul dux acer Atrides,  
 Ajacesque duo clari, speciosus in armis  
 Eurypylus, magnoque Thoas Andromene natus,  
 Quique manum Veneris violavit vulnere tristi,  
 Procedunt: aberat nam Troium terror Achilles,  
 Et dulci cithara divum lenibat amores.  
 Sortes miserunt, quis eorum in bella valeret.  
 Ergo ubi dejectis auratam Regis Atridæ  
 Sortibus in galeam, magnus processerat Ajax,  
 Concurrunt armis Ajax crudelis, & Hector.  
 Principio jactis committunt prælia telis,  
 Mox rigidos stringunt enses, & fortibus armis  
 Decertant, partesque oculis rimantur apertis.  
 Et modo terga perunt, duos modo fortibus ictus  
 Depellunt clypeis; ingens ad sydera clamor  
 Tollitur, & vastis impleretur vocibus æther.  
 Non sic fetigeri exacuunt fervoribus iras,  
 Pectoribusque petunt vastis, modo dentibus uncis  
 Alternos vibrant gladios, & vulnera miscent,  
 Fortia terga premunt, spumantque per ora vicissim  
 Fumigeræ nubes, concretaque fulgura, & ignes  
 Jactantur, magnoque implentur murmure silvæ:  
 Tales Priamides simul Ajax fortis in armis.  
 Tandem animis, armisque furens Telamonius Ajax  
 Insignem bello petit Hectora, quaque patebat  
 Nuda viri cervix, fulgentem dirigit ense.  
 Ille ictum celeri prævidit callidus astu,  
 Tergaque submittit, ferrumque umbone repellit.  
 Sed levis extremas clypei dilabitur oras  
 Ensis, & exiguo cervicem vulnere libat.  
 Acrius adversum rursus confurgit in hostem  
 Priamides, nec jam ferro Telamone creatum,  
 Sed magno saxi jactu petit; at ferus Ajax  
 Ingentem clypeo septemplice reppulit ictum.  
 Et juvenem saxo percussum sternit eodem.  
 Quem levat exceptum Graiis inimicus Apollo,  
 Integratque animum; jam rursus ad arma coibant,  
 Stringebant iterum gladios, cum fessus in undas  
 Cæperat igniferos Titan immergere currus,  
 Noxque subire polum: iuxta mittuntur utrosque  
 Qui dirimant a cæde viros, nec segnius illi  
 Depellunt animos; tunc bello maximus Hector,  
 Quæ te terra virum? qui te genere parentes?  
 Viribus es proles generosa, atque inclyta, dixit,  
 At contra referre parat Telamonius Ajax,  
 Hestiona de matre vides Telamone creatum,  
 Nobilis illa domus fama, & generosa propago.

Hector at Helio  
 Abstitam, ait,  
 Atacemque prior  
 Inque vicem, qu  
 Accipit baltheum  
 Post hoc extemplo  
 Dilicent, Cælum  
 Implentur dapibus  
 Atque aride placido  
 Potera cum prim  
 La carum venere Phi  
 Cælocis memorat  
 Sicut, ut invictis  
 Inque, quæ dure  
 Inque placet cunctis  
 Hæc Idæus Troum  
 Animum precibus  
 Tuo etiam castris  
 Hæc hic monitis, v  
 Inque, contemptum  
 Atrea Danaï confi  
 Ingentes struxere p  
 Fortia tradiderant le  
 Tunc remouent fossa  
 Ut nitidum Titan  
 Inque in cœtum su  
 Inque contra sua fata v  
 Inque per æthereas Ca  
 Inque simul ce  
 Inque acies videt Iliac  
 Inque autatas æquat  
 Inque dura Phrygum,  
 Inque Grajum clades gravi  
 Inque Danaos ingenti  
 Inque amides agit, & totis  
 Inque quippe decus Ph  
 Inque ingenti com  
 Inque arator socios muris  
 Inque aquatque animos ju  
 Inque excepit Tydides arden  
 Inque mediolque hostes in  
 Inque illi occurrit fatis  
 Inque immmane manu  
 Inque occupat, & duro me  
 Inque Phrygiæ acies va  
 Inque mer agit, spargitque  
 Inque monia serum letali  
 Inque la alias acies petit,  
 Inque inque obruncat; qu  
 Inque inque, excussoque in  
 Inque inque fidi rapiunt d  
 Inque inque levant:  
 Inque inque acies infest  
 Inque inque Danaï turba  
 Inque inque, interumque  
 Inque inque, portasque  
 Inque inque Phryges obsidunt in  
 Inque inque premunt mu  
 Inque inque per campos sterr  
 Inque inque mero, cur  
 Inque inque Danaum proce  
 Inque inque dapibus relevant an  
 Inque inque meti sua fata gem  
 Inque inque mittunt, dextra  
 Inque inque auxilium mife  
 Inque inque Danaum capit au



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Euripylque semur contento vulnerat arcu.  
 Incumbunt Troes, fugiunt in castra Pelasgi  
 Viribus exhaustis, & vastis undique firmant  
 Obicibus muros, saxo Mavortius Hector  
 Perfringit portas, ferrataque robora laxat.  
 Irrumpunt aditus Phryges, atque in limine primo  
 Restantes sternunt Grajos, valloque catervas  
 Disturbant, alii scalas in mœnia ponunt,  
 Et jaciunt ignes, geminat victoria vires.  
 De muris pugnant Danaï, turrelque per altas  
 Saxa volant, subeunt facta restudine Troes,  
 Ascenduntque aditus, & totis viribus instant.  
 Turbati fugiunt omnes in castra Pelasgi,  
 Et scandunt puppes, instat Trojana juvenus,  
 Telaque crebra jacit, resonat clamoribus æther.  
 Neptunus vires Danaï, animumque ministrat,  
 Pugna ingens oritur, furit istinc hostis, & illinc,  
 Dextraque Idomenei cadit Aïus: Hector atrocem  
 Amphimachum obruncat, nec non incumbit in armis  
 Anchise gener Acharius, quem fuderat ense  
 Magnanimus ductor Rhodius, tunc fervidus ira  
 Deiphobus ferit Ascalaphum, mergitque sub undas.  
 Hector ubique ferus violento pectore sævit,  
 Quem saxo ingenti percussum maximus Ajax  
 Depulit, & toto prostratum corpore fudit.  
 Concurrunt Trojana manus, juvenemque vomentem  
 Sanguineos fluctus, Xanthi lavere fluentis.  
 Inde interum ad pugnam redeunt, fit maxima cædes  
 Amborum, & manat tellus infecta cruore.  
 Polydamas valido Protenora percutit ictu,  
 Amphilocumque Antenoriden Telamonius Ajax,  
 Bethæumque Athamas, Promachum quoque sternit atrocem  
 Penelei dextra, inde cadit Priameia pubes.  
 Acrius insurgunt Troes ad Achaica bella,  
 Instaurantque manus, cedit Pelopeia virtus  
 Pulsa metu, vallumque, & muros aggere septos  
 Transiliunt, alii fossas volvuntur in ipsas.  
 Advolat interea Danaum metus impiger Hector,  
 Confugiunt iterum ad classes Agamemnonis alæ,  
 Atque inde adversis propellunt viribus hostem.  
 Fit pugna ante rates; sævit Mavortius Hector,  
 Et poscit flammam, totamque incendere classem  
 Apparat: huic validis obstitit viribus Ajax  
 Stans cæsa in puppi, clypeoque incendia sæva  
 Sustinet, & solus defendit mille carinas.  
 Hinc jaciunt Danaï robustæ cuspidis hastas,  
 Illinc ardentes tædas Phryges undique jactant.  
 Per vastos sudor pugnantum defluit artus.

Non valet ulterius cladem spectare suorum  
 Patroclus, subitoque armis munitus Achilles  
 Advolat, & falsa convertit imagine Troas.  
 Qui modo turbabant Danaos, animoque fremebant,  
 Nunc trepidi fugiunt, fugientibus imminet ille,  
 Perturbat velox acies, vastumque per agmen  
 Fertur, & ingenti Sarpedona vulnere fundit.  
 Et nunc hos gladio, nunc illos proterit arcu,  
 Præliaque horrendi sub imagine versat Achilles.  
 Quem postquam socias miscentem cæde catervas,  
 Turbantemque acies respexit fervidus Hector,  
 Tollit atrox animos, vastisque immanis in armis  
 Occurrit contra, magnoque hunc increpat ore:  
 Huc age nunc converte gradus, fortissime Achilles,  
 Jam nosces ultrix quid Trojæ dextera possit,  
 Et quantum in bello possit fortissimus Hector.  
 Nam licet ipse suis Mavors te protegat armis,  
 Invito tamen hæc perimet te dextera Marte.

Ille silet, spernitque minas, animosaque dicta,  
 Ut quem mentitur verus credatur Achilles.  
 Tunc prior intorquet collectis viribus hastam  
 Priamides, quam prolapsam celeri excipit ictu  
 Patroclus, redditque vices, & mutua dona.  
 Objicit & saxum multo cum pondere missum,  
 Quod clypeo excussum viridi tellure resedit.  
 Tunc rigidos stringunt enses, & cominus arma  
 Inter se miscent, donec Trojanus Apollo  
 Mentitos vultus simulati pandit Achilles,  
 Denudatque Virum, quem bello maximus Hector  
 Pugnantem fallis postquam deprendit in armis,  
 Irruit, & juvenem nudato pectore ferro  
 Trajicit, & victor Vulcania detrahit arma.  
 Vindicat extincti corpus Telamonius Ajax,  
 Oppositoque tegit clypeo: Priameia pubes  
 Lætitiâ exultat, Danaï dum funera mœrent.  
 Interea juvenis trilli cum pube suorum  
 Testorides in castra gerit miserabile corpus.  
 Tunc ut Pelidæ rumor diverberat aures,  
 Palluit infelix juvenis, calor ossa reliquit,  
 Tristia membra simul materno nescit amictu  
 Deflens Æacides tristi de cæde sodalis,  
 Unguibus ora secat, comptos in pulvere crines  
 Deformat, scindit firmas de pectore vestes,  
 Et super extincti prostratus membra sodalis  
 Crudeles fundit questus, atque oscula figit.  
 Mox ubi depulsi gemitus, lacrimæque quierunt,  
 Tristis, ait, jam, jamque meo cruciaberet ferro,  
 Non impune mei lætabere cæde sodalis,  
 Hector, ait, magnoque meo violente labore  
 Persolves pœnas, atque istis victor in armis,  
 In quibus exultas, fuso moriere cruore.  
 Post hoc accensus furis decurrit ad æquor,  
 Fortiaque arma Thetim supplex rogat; illa relictis  
 Fluctibus auxilium Vulcani protinus orat.  
 Excitat Ætnæos calidis fornacibus ignes  
 Mulciber, & validis fulvum domat ignibus aurum.  
 Mox effecta ferens divinis artibus arma  
 Evolat ad Thetidem, quæ postquam magnus Achilles  
 Induit, in clypeum vultus convertit atroces.  
 Illic ignipotens mundi cælaverat axem,  
 Sideraque, & liquidas redimitas undique Nymphas.  
 Fecerat & mira liquidas Nereidas arte,  
 Oceanum, terras, & cinctum Nerea circum,  
 Annorumque vices, diversaque tempora noctis,  
 Quatuor & mundi partes, quantum Arcton ab Austro,  
 Et quantum Occasus roseo distaret ab ortu,  
 Lucifer unde suis, unde Hesperus, unus uterque  
 Exoriatur equis, quantum vel in orbe mearet.  
 Luna cava, & nitida lustraret lampade terras.  
 Addideratque freto suo numina, Nerea magnum,  
 Oceanumque senem, vertentem Prothea semper,  
 Tritonesque feros, & amantem Dorida fluctus.  
 Terra gerit silvas, horrendaque monstra ferarum,  
 Fluminaque, & montes, cumque altis oppida muris  
 In quibus exercent leges, animosaque jura  
 Certantes populi: sedet illic æquus utriusque  
 Judex, & litem discernit fronte serena.  
 Parte alia castæ resonant Pæana puellæ,  
 Dantque choros molles, hæc dextra tympana pulsat,  
 Illa lyræ graciles extenso pollice chordas  
 Percurrit, septemque modis modulatur avenis.  
 Carmina componunt mundi resonantia motum,  
 Rura colunt alii, sulcant gravia arva juveni,  
 Maturas metit robustus messor arillas,




Et gaudet pressis immundus vinitor uvis.  
 Tondent prata greges, pendent in rupe capellæ,  
 Hic intermedius stabat Mars aureus armis,  
 Atropos hunc circumstabat, reliquæque sorores  
 Sanguineis mæstæ Clotho, Lachesisque capillis.  
 Talibus ornatus donis Thetydeius heros,  
 In medias acies immani turbine fertur.  
 Cui vires præbet casta cum Pallade Juno,  
 Dantque animos juveni: videt hunc Cythereius heros.  
 Occurritque viro, sed non cum viribus æquis,  
 Æacidæ nec compar erat, tamen ira coegit  
 Conferre invictis juvenem cum viribus arma.  
 Quem nisi servasset magnarum rector aquarum,  
 Ut profugus lætis Trojam repararet in armis,  
 Augustumque genus claris submitteret astris,  
 Non claræ gentis nobis mansisset origo.  
 Inde agit Æacides infesta cuspide Teucros,  
 Ingentemque manum prosternit cæde virorum  
 Sanguinis Hæstorei sitiens: at Dardana pubes  
 Confugit ad Xanthi rapidos perterrita fluctus,  
 Auxiliumque petit divini fluminis; ille  
 Instat, & in mediis pugnatur gurgitis undis.  
 Ira dabat vires, tinguntur sanguine ripæ,  
 Sparsaque per totos volvuntur corpora fluctus.  
 At Venus, & Phrygiæ gentis tutator Apollo,  
 Cogunt in Danaos Xanthi consurgere fluctus,  
 Ut fera terribili miscentem prælia dextra  
 Obruat Æacidem, qui protinus undique totis  
 Impediatur aquis: sed vasto gurgite præceps  
 Volvitur, atque virum torrentibus impedit undis,  
 Prætenditque gradus; ille omni corpore lævas  
 Contra pugnat aquas, adversaque flumina rumpit,  
 Et modo disiectis humeris, modo pectore vasto  
 Propellit fluctus, quem longe provida Juno  
 Admonuit rapidæ quo cederet ictibus undæ,  
 Iamque pugnarunt inter se Numina Divum.  
 Rursus agit Phrygias ingenti cæde catervas  
 Horridus Æacides, bellique ardore resumpto  
 Funereas acies, horrendaque prælia miscet.  
 Non illum vis ulla tenet, non læva fatigant  
 Pectora pugnando, vires successus adauget.  
 Perculsi dubitant trepida formidine Troes,  
 Atque inter muros exhausta pene salute  
 Confugiunt, portasque objecto robore firmant.  
 Juno, tota salus in quo Trojana manebat,  
 Hæstor adest, quem non duri timor undique Martis,  
 Nec patriæ tenere preces, quin obvius iret,  
 Et contra magnum contendere vellet Achillem.  
 Ante oculos subito visa est Tritonia Pallas.  
 Quem procul ut vidit tectum cælestibus armis,  
 Pertimuit, clausisque fugit sua mœnia circum  
 Infelix portis; sequitur Thetydeius heros  
 In somnis veluti cum pectora terruit ira.  
 Sic rursus super insequitur, fugere ille videtur,  
 Destinantque ambo: gressum labor ille moratur,  
 Iternis poterant insistere cæpta periculis,  
 Nec requies aderat, furor undique concitat iras.  
 Pectant de muris miseri sua fata parentes,  
 Pallentemque vident supremo tempore natum,  
 Quem jam summa dies suprema luce premebat.  
 Quic subito ante oculos similis Tritonia fratri  
 Occurrens juvenem simulato decipit ore:  
 Nam tunc Deiphobi tutum se credidit armis.  
 Instulit ad Danaos iterum sua Numina Pallas.  
 Concurrunt jactis inter se cominus hastis  
 Victi juvenes, hic vastis intonat armis,

Ille hostem validum nequidquam umbone repellit,  
 Alternisque ferrox mutat congressibus ictus.  
 Sudor agit rivos, enses tetit horridus ensis,  
 Collatusque hæret pede pes, & dextera dextræ.  
 Interea validam Thetydeius extulit hastam,  
 Inque virum magnis emissam viribus egit.  
 Quam post elapsam vitavit callidus Hæstor.  
 Exclamant Danai: contra Priameius Heros  
 Vibratum jaculum Vulcania torquet in arma.  
 Nec successus adest, nam duro inflectitur auro:  
 Dissiluit mucro, gemuerunt agmina Troum.  
 Concurrunt iterum collatis fortiter armis,  
 Inque vicem strictos commutant cominus enses.  
 Nec sufferre valet ultra, sortemque supremam  
 Horruit instantem desertis viribus Hæstor.  
 Dumque retrocedit, fraterna que fessus in armis  
 Respicit auxilia, & nullam videt esse salutem,  
 Sensit adesse dolos: quid agat? quæ numina supplex  
 Invocet? in toto languescunt corpore vires,  
 Auxiliumque negant, retinet vix dextera ferrum,  
 Nox oculos inimica tegit, nec subvenit ullum  
 Defenso auxilium, pugnat moriturus, & altos  
 Corde premit gemitus: instat Nereius Heros,  
 Turbamque procul premit undique, tunc jactat hastam,  
 Et medias rigida transfixit cuspide fauces.  
 Exultant Danai, Troes sua funera desent.  
 Tunc sic amissis infelix viribus Hæstor,  
 En concede meos miseris genitoribus artus,  
 Quos pater infelix multo mercabitur auro:  
 Dona feres victor. Priami nunc filius oro,  
 Te Priamus dux ille ducum, quem Græcia solum  
 Pertimuit: si nec precibus, nec munere victus,  
 Nec lacrimis miseri, nec clara gente moveris,  
 Adflicti miserere Patris, moveat tua Peleus  
 Pectora, pro Priamo, pro nostro pignore, Pyrrhus.  
 Talia Priamides; contra quem durus Achilles,  
 Quid mea supplicibus tentas inflectere dictis  
 Pectora? quem possem discerptum more ferarum,  
 Si sineret natura, meis absumere malis.  
 Te vero tristesque feræ, cunctæque volucres  
 Diripient, avidique canes tua viscera pascent.  
 Hæc ex te capient Patrocli gaudia manes,  
 Si capiunt umbræ: dum talia magnus Achilles  
 Ore truci jactat, vitam miserabilis Hæstor  
 Reddidit: hunc animo nondum satiatus Achilles  
 Alligat ad currum, pedibusque exanguia membra  
 Ter circum muros victor trahit, altius ipsos  
 Fert Domini successus equos; tunc maximus Heros  
 Detulit ad Danaos sædatum pulvere corpus.  
 Lætantur Danai; plangunt sua funera Troes,  
 Et pariter captos desent cum funere muros.  
 Interea victor desentum corpus amici  
 Funerat Æacides, pompasque ad funera ducit.  
 Ter circa tumulum miseros rapit Hæstoris artus,  
 Et varios cineri ludorum indicit honores.  
 Tydides Tirifum cursu, pedibusque ferocem  
 Merionem superat, luctando vincitur Ajax,  
 Cujus decepit vires Laertius altu.  
 Cæstibus adversis cunctos superavit Ephæbus,  
 Et disco fortis Polibætes deppulit omnes,  
 Merionesque arcu; tandem, certamine misso,  
 In sua castra redit turbis comitatus Achilles.  
 Flent miseri amissum Phryges Hæstora, totaque mæsto  
 Troja sonat planctu, fundit miseranda querelas  
 Infelix Hecube, lævisque arat unguibus ora,  
 Andromacheque suas scindit de pectore vestes,



Heu tanto spoliata viro, ruit omnis in uno  
 Hecore causa Phrygum, cecidit defecta senectus  
 Adflicti miseranda patris, quem nec sua conjunx,  
 Turbaque natorum, nec magni gloria regni  
 Oblitum tenuit vitæ, quin iret inermis,  
 Et solum invicti castris se redderet hostis.  
 Mirantur Danaum proceres, miratur & ipse  
 Æacides animum miseri senis: ille trementes  
 Affusus genibus tendens ad sidera palmas,  
 Hæc ait: O Grajæ gentis fortissime Achilles,  
 O regnis inimice meis, te Dardana solum  
 Victa tremit pubes, te sensit nostra senectus  
 Crudelem nimium: nunc sis mitissimus, oro,  
 Et patris adflicti genibus miserere precantis,  
 Donaque, quæ porto miseri pro corpore nati,  
 Accipias: si nec precibus, nec flecteris auro,  
 In senis extremos tua dextera sæviat annos,  
 Saltem sæva pater comitabor funera nati.  
 Nec jam vita mihi magnos concedit honores,  
 Sed funus crudele meum: miserere parentis,  
 Et pater esse meo mitis de funere disce.  
 Hecoris interitu vicisti Dardana regna,  
 Vicisti Priamum: fortis reminiscere victor  
 Humanæ, variosque ducum tu respice casus.  
 His tandem precibus motus grandævus Achilles  
 Allevat a terra; corpusque exanguie parenti

Reddidit Hecorem; post hæc sua dona reportat  
 In partiam Priamus, tristesque ex more suorum  
 Comparat exequias, supremaque funera ducit.  
 Tunc pyra construitur, qua bis sex corpora Troum,  
 Quadrupedes adduntur eis, currusque, tubæque,  
 Et clypei, galeæque graves, argutaque tela.  
 Hæc super ingenti gemitu componitur Hector.  
 Stant circum Iliades matres, manibusque decoros  
 Abrumpunt crines, laniataque pectora tundunt:  
 Illo namque rogo natorum funera cernunt.  
 Tollitur & juvenum magno cum murmure clamor  
 Flebilis, ardebat flamma namque Ilion illa.  
 Inter quos gemitus laniato corpore conjux  
 Advolat Andromache, mediosque immittere in ignes  
 Se cupit Astyanacta tenens, quam iussa suorum  
 Tristis turba rapit: contra tamen usque resistit,  
 Donec collapsæ ceciderunt robora flammæ,  
 Inque leves abiit tantus dux ille favillas.  
 Tu jam sille gradum, finemque impone labori,  
 Calliope, vatisque tui moderare carinam,  
 Quem cernis paucis stringentem littora remis.  
 Jamque tenens portum, metamque patentis Homeri  
 Pieridum comitata cohors, submitte rudentes.  
 Sanctaque virgineos lauro redimita capillos,  
 Ipsa tuas depone lyras, ades inclyta Pallas.  
 Tuque fave cursu vatis jam, Phœbe, peracto.



# J U D I C I U M COCI ET PISTORIS C A R M E N.



Erræne varias cunctæ quæ traditis artes  
 Linquite Pierios colles, & scribe me-  
 cum.

Ille ego Vespa precot, cui Divæ sæpe  
 dedistis

Per multas urbes populo spectante fa-  
 vorem.

Scribere majus opus, & dulcia carmina quæto:  
 Nec mel erit solum\*, aliquid quoque juris habebit.

Contendit pistor, cocus est contrarius illi.

His est Vulcanus iudex, qui novit utrosque.

Ad causam pistor procedit primus agendam,  
 Canitiem capiti toti præbente farina.

Numina per Cereris juro, per Apollinis arcum,

\* Moror enim, fateor, & jam vix credere paratus,

\* De cujus manibus semper fit panis, an ullus,

Quive sit utilior, audet contendere mecum?

Sunt testes anni, faustæ Janique Kalendæ,

Quique meum studium per Saturnalia norunt,

Quorum epulas semper rerum commendo paratu.

Sis memot, o Saturne, tuis quod præsto diebus,

Et me præ studio trepidum tu numine firma.

Aurea cœperunt sub te quoque secula ferre.

Denique si Ceteris non tu pica dona dedisses,  
 Roderet adsidue cocus iste sub ilice glandes.

Nempe opus est cunctis panis, quem nemo recusat,  
 Quo sine quas possunt mortales ponere cœnas?

Qui vires tribuit, qui primus poscitur, hic est:

Quem serit agricola, quem maximus educat æther.  
 Hunc Pater Æneas Trojanis vexit ab oris.

Te sine quo tua jura valent ingrata culmina\*

Provocor, ut dicam militonem tuto so temptas\*

Quem docuit\* notus Cerealis fingere panes.

Urbe Placentinus cunctas qui tradidit artes

Pythagoras, populo nescis quæ suaserat olim,

Mandere ne vellent mixto cum sanguine carnes?

Si jugularis oves, quid erit, quod vestiat? inquit?

Maestentur vituli, nec erit jam vomeris usus:

Nec segetum sæcunda dabit sua munera tellus.

Et temere facio, si te, coce, comparo nobis,

Cum possim numen quodcumque potest superiorum.

Jupiter ipse tonat: tono, cum molo, sic ego pistor:

Mars subigit bello multas cum sanguine gentes:

Pistor ego maesto flavas sine sanguine messes:

Tympana habet Cybele: sunt & mihi tympana cribri

\* Urfit ten Satiros facias, & saturo ego plures.

Illum

Nos adipa  
 Crualia nos Jan

iniger, studio fa  
 verbis pistor da  
 semper multis di  
 ce credas, aliqui  
 qui sub saxo qu  
 nuce qui tantum  
 quas jactat, o  
 va seras tribuit,  
 at vinum Bromius  
 que fues Calydon  
 etiam perdis jac  
 emantem pinnis se  
 quem extollit q

PERV

C Ras amet  
 an  
 Ver no  
 Vere co  
 li  
 Et nem  
 bri

amorum copulatrix i  
 au calas virentes de  
 su amet, qui numq  
 cras amet.

more de superno,  
 inter catervas, im  
 tantem Dionem  
 amet, qui numqua  
 amet.

mas purpurantem  
 gales papillas de  
 azoros penates, ip  
 ara quem relinque  
 lantiz, tremente.

zaceps orbe parvo f  
 sorem florulentæ p  
 ille, quem ferentis  
 virgines papillas f  
 illa mane, ut vda



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Cras amet, qui numquam amavit, quique amavit, cras amet.

Jussit Hyblæis tribunal stare Diva floribus,  
Præses ipsa jura dicet, assidebunt Gratiz.  
Hybla totos funde flores, quot quot annus attulit,  
Hybila florum subde messem, quantus Ennæ campus est.  
Ruris hic erunt puellæ, vel puellæ montium,  
Quæque silvas, quæque lucos, quæque fontes incolunt.  
Jussit omnes adsidere pueti mater alitis,  
Jussit, & nudo puellas nil amori cedere.

Cras amet, qui numquam amavit, quique amavit, cras amet.

Et recentibus virentes ducat umbras floribus.  
Cras erit, quo primus æther copulavit nuptias.  
Ut pater totis crearet vernus annum nubibus,  
In sinum maritus imber fluxit almæ conjugis.  
Unde fœtus mixtus omnes aleret magno corpore.  
Ipsa venas, atque mentem permeantem spiritu  
Intus occultis gubernat procreatrix viribus,  
Perque cælum, perque terras, perque pontum subditum,  
Pervium sui tenorem seminali tramite  
Imbuit, jussitque mundum nosse nascendi vias.

Cras amet, qui numquam amavit, quique amavit, cras amet.

Ipsa Trojanos Nepotes in Latinos transtulit:  
Ipsa Laurentem puellam conjugem nato dedit.

Moxque Matri de Sacello dat pudicam virginem.

Romuleas ipsa fecit cum Sabinis nuptias:

Unde Ramnes, & Quirites: perque prolem posteram  
Romuli Mater creavit & nepotem Cæsarem.

Cras amet, qui numquam amavit, quique amavit, cras amet.

Rura fœcundat voluptas: rura Venerem sentiunt:

Ipse amor puer Dionæ rure natus dicitur.

Hunc ager cum parturiret, ipsa suscepit sinu;

Ipsa florum delicatis educavit osculis.

Cras amet, qui numquam amavit, quique amavit, cras amet.

Ecce jam super genistas explicant agni latus,  
Quisque tutus quo tenetur conjugali fœdere.  
Subter umbras cum maritis ecce balantum greges:  
Et canoras non tacere Diva jussit alites.

Jam loquaces ore rauco stagna cygni perstrepunt:

Adsonant Terei puellæ subter umbram populi;

Ut putes motus amoris ore dici musico:

Et neges quæri Sororem de marito barbaro.

Illa cantat, nos tacemus. quando ver venit meum?

Quando faciam, ut Chelidon, ut tacere desinam?

Perdidi Musam tacendo, nec me Phœbus respicit.

Sic Amyclas cum tacerent perdidit, silentium:

Cras amet, qui numquam amavit, quique amavit, cras amet.



# M E D E A

## T R A G Œ D I A.



Sto nunc Sol testis, & hæc mihi terra pre-  
canti,

Et diræ ultrices, & tu Saturnia Juno,  
Ad te confugio, nam te dare jura lo-  
quuntur

Connubiis, si quid pietas antiqua labo-  
res

Respicit humanos, nostræ succurre labori,  
Alma Venus; quicumque oculis hæc adspicis æquis,  
Accipite hæc, meritumque malis advertite numen.  
Quid primum deserta querar? connubia nostra  
Reppulit, & sparsos fraterna cæde penates.  
Quid Syrtes, aut Scylla mihi, quid vasta Charybdis  
Profuerit, mediosque fugam tenuisse per hostes?  
Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis?  
Jussa aliena pati: iterumque revolvere casus,  
Ire iterum in lacrimas. sed nullis ille moveretur  
Fletibus, infixum stridet sub pectore vulnus.  
Extinctus pudor, atque immitis rupta Tyranni  
Fœdera, & oblitus famæ melioris amantis,  
Oblitusve sui est: lacrimæ volvuntur inanes.  
Nusquam tuta fides, vana spe lusit amantem  
Crudelis. quid si non arvâ aliena domosque.  
Ignotas peteret, pro virginitate reponit?  
Heu pietas, heu prisca fides! captiva videbo  
Reginam thalamo cu nstantem, ostroque superbo.  
Haud impune quidem, si quid mea carmina possunt.

Chorus Colchidarum.

Rerum cui summa potestas,  
Precibus si flecteris ullis,  
Et si pietate meremur,  
Nostræ succurre labori;  
Et tu Saturnia Juno,  
Cui vincula jugalia curæ,  
Oculis hæc adspicis æquis?  
Nemorum Latonia custos,  
Triviis ululata per urbes  
Sic nos in sceptrâ reponis?  
Quid o pulcherrime conjux,  
Potuisti linquere solam?  
Per tot discrimina rerum  
Nequidquam erepte periclis.  
Manet alta mente repostum,  
Quem forti pectore & armis  
Quæsitâ sanguine dotes.  
Felix, heu nimium felix,  
Dum fata Deusque sinebant:  
Nescis heu perdita necdum,  
Quæ te dementia cœpit  
Caput objectare periclis.  
Hæc nos suprema manebant,  
Hoc ignes, aræque parabant.  
Nostram nunc accipe mentem,  
Vaginaque eripe ferrum,  
Ferroque avertte dolorem.

Cr. F Emira  
Flecte  
Et genus invit  
Hostilis facies  
Med. Nulla hic i  
Cr. Non ea vis an  
Non, ut rere, m  
Unde genus ducis  
Tu potes unanime  
Fusereque infel  
Fæcem orare manu  
Arque oditis versat  
Mille nocendi arte  
Vicera, notumqu  
Celo locis, pelage  
Rex, genus egre  
Fæca tibi e multis  
Dicam equidem, (i  
Ne pete connubiis  
Difficè composita  
Ne tantos mihi  
Prosequere, causâ  
Sua sua cuique dies  
Colicor valeant, fi  
Me: mea jam mutat  
Non equidem i  
Non jam conjugium  
Tempus inane peto:  
Intremam hanc oro  
Dum pelago delavit h  
Quætor: & nos aliq  
Cæmus, & scis ipse,  
Hæc vixit tristes (quon  
famili petimus terrar  
accuum, neque te  
Quid causas petis,  
Quid id est, timeo  
Nunc age rumpe moras;  
Quem sequimur?  
te ad conspectum car  
Dum curæ ambigunt,  
Nunc scio, quid sit  
Nunc spes ulla lux, nu  
Nunc rates, gen  
Nunc hiems aq  
Nunc nulla mover tante  
Nunc hospicio nocte  
Nunc sine me spem sen  
Nunc jam tandem  
Nunc, & repetens in  
Nunc adigerit terris  
Nunc pro multis dab  
Vex de i  
O digno conjuncta  
Ferte faces pro  
Nunc omnes, & cin  
Nunc fronde per  
Nunc incendimus  
Nunc corda oblata tuoru  
Nunc prædicta priori  
Nunc sortisque futuræ  
Nunc multum captus



Creon, Medea.

**Cr.** **F**emina quæ nostris erras in sinibus hostis  
Flecte viam velis, neque enim nescimus & urbem,

Et genus invisum, & non innoxia verba.

Hostilis facies occurrat, & omina turbet.

**Med.** Nullæ hic insidiæ; nec tanta superbia victis.

**Cr.** Non ea vis animo: nec sic ad prælia veni.

Non, ut rere, meas effugit nuntius aures,

Unde genus ducis varium & mutabile semper.

Tu potes unanimes armare in prælia fratres,

Funereasque inferre faces, & cingere flamma,

Pacem orare manu, & vertere sidera retro,

Atque odiis versare domos. tibi nomina mille,

Mille nocendi artes, sæcundaque pœnis

Viscera, notumque furens quid semina possit.

Cedo locis, pelagoque volans da vela patenti.

**Med.** Rex, genus egregium, liceat te voce moneri,

Pauca tibi e multis, quoniam est oblata facultas,

Dicam equidem, (licet arma mihi mortemque mineris)

Ne pete connubiis natam: meminisse juvabit;

Difficile compositam pacem, miserere tuorum.

**Cr.** Ne tantos mihi finge metus, neve omine tanto

Prosequere, causas nequidquam nectis inanes.

Stat sua cuique dies. non ipsi excindere ferro

Cælicolæ valeant, fati quod lege tenetur.

Nec mea jam mutata loco sententia cedit.

**Med.** Non equidem invidio genero dignisque hymenæis,

Non jam conjugium antiquum, quod prodidit, oro;

Tempus inane peto: liceat subducere classem;

Extremam hanc oro veniam. succurre relictæ,

Dum pelago desævit hiems, miserere parentis,

O genitor: & nos aliquod nomenque decusque

Gessimus, & scis ipse, neque est te fallere quidquam.

Nunc victi tristes (quoniam fors omnia versat)

Submissi petimus terram, litusque rogamus

Innocuum, neque te illius violentia vincat.

**Cr.** Quid causas petis, ut in me exitiumque meorum?

Quidquid id est, timeo vatum prædicta priorum,

Eja age rumpe moras; quo me decet usque teneri?

**Med.** Quem sequimur? quoque ire jubes? ubi ponere sedes?

**Cr.** Ire ad conspectum cari genitoris, & ora,

Dum curæ ambigæ, dum spes incerta futuri.

**Med.** Nunc scio, quid sit amor. hospitio prohibemur arena

Nec spes ulla fugæ, nulla hinc exire potestas;

Quassatæque rates, geminique sub ubere nati,

Et glacialis hiems aquilonibus asperat undas.

Si te nulla mover tantæ pietatis imago,

Indulge hospitio noctem non amplius unam.

Hanc sine me spem ferre tui: audentior ibo.

**Cr.** Desine jam tandem, tota quod mente petisti,

Largior, & repetens iterumque iterumque monebo.

Si te his adtigerit terris aurora morantem,

Unum pro multis dabitur caput.

*Vox de intus. Chorus.*

**Ch.** **O** digno conjuncta viro dotabere Virgo.

Ferte faces prope: e, thalamo deducere adorti,

Ore favete omnes, & cingite tempora ramis.

**Chor.** Velamus fronde per urbem,

Votisque incendimus aras.

Heu corda oblita tuorum,

Vatum prædicta priorum,

Fati fortisque futuræ!

Spe multum captus inani

Maestat de more bidentes  
Phœboque patrique Lyzo;  
Cui vincla jugalia curæ:  
Cumulatque altaria donis.  
Tremere omnia visa repente;  
Fibræ apparere minaces,  
Vox reddita ferrur ad aures:  
Thalamis neu crede paratis,  
Fusus crudele videbis.  
Carpebant membra quietem;  
Animalia somnus habebat;

Ferali carmine bubo  
In fletum ducere voces,  
Tristes denuntiat iras.

Quæ tanta insania, cives,  
Velati tempora ramis,  
Thalamo deducete adorti:

Quæso miserescite regis:  
Recubans sub tegmine fagi  
Divino carmine pastor

Vocat in certamina divos,  
Ramo frondente pependit.

Quæ te dementia cepit  
Saxi de vertice, pastor,  
Divina Palladis arte

Phœbum superare canendo?  
Raptis secatur aera pinnis,  
Fugiens Minoia regna

Ausus se credere Cælo,  
Vitamque relinquit in auras.  
Demens videt agmina Pentheus

Caput a cervice revulsum,  
Incensas pectore matres,  
Vocat agmina sæva sororum,

Juvenem sparsere per agros.

*Medea. Nutrix.*

**Med.** **E**N quid ago? vulgi quæ vox pervenit ad aures?  
Obstupui, magnoque irarum fluctuat æstu

Durus amor, tædet Cæli convexa tueri,  
Quæ potui infelix? quæ memet in omnia verti,

Cui pecudum fibræ, Cæli cui sidera parent,  
Heu furiis incensa feror, stat gratia facti.

Illum ego per flammæ, & mille sequentia tela,  
Per varios casus, per tot discrimina rerum,

Eripui leto, fateor, me, arma impia sumpti;

Sed quid ego hæc autem nequidquam ingrata revolvo?

Quid loquor? aut ubi sum? istum jam sædus, & omnes  
Compositæ leges, credo, mea vulnera restant.

**Nutr.** Non hoc ipsa sibi tempus spectacula poscit,

Sed cape dicta memot, duri solatia casus,

Sensibus hic imis, nostram nunc accipe mentem;

Heu fuge crudeles terras, fuge litus avarum.

**Med.** Cara mihi nutrix, claudit nos obice pontus,

Deest jam terra fugæ; rerum pars altera adempta est.

Hæc gener, atque socer: patriaque excedere suasit.

**Nutr.** Tu ne cede malis, sed contra audentior ito:

Et quocumque modo fugiasque, ferasque laborem;

Tu modo posce Deos veniam: tu munera supplex

Tende petens pacem, causasque innecte morandi

Carminibus, forsitan miseris meliora sequuntur.

**Med.** Nunc oblita mihi tot carmina, vox faucibus hæsit;

Mens immota manet, & cæco carpitur igni.

Caetna vel Cælo possunt deducere lunam,

F f 2

Sistere

prolem posteram  
Cæsarem.  
t, quique amavit, crs

erem sentiant:  
cirur.

epit sinz,  
uis.

it, quique amavit, crs

agni larus,  
ngali fœdere.

stantum greges:  
it alites.

ni perstrapunt:  
rbam populi;

ici mulico:  
arito barbaro.

odo ver venit meum?  
ut tacere desuam?

me Phœbus respicit.  
idit silentium.

marit, quique amavit, crs

•••••

A

A.

Calcedoniam.

ma potestas,  
stetis ullis,

mor,  
bori;

no,  
curz,

quis l  
rutos,

urbes  
eporis?

conjugz,  
blam?

a terram  
re periclis.

repositum,  
re de armis

dotes.  
m dillz.

crebant?  
recedum,

cepit  
ericlis.

nanebant,  
parabant.

ipe mantem,  
ferrum,

dolorum.



Sistere aquam fluviis, deducete montibus ornos.  
Has herbas, atque hæc ponto mihi lecta venena  
Ipse dedit, nihil ille deos, nil carmina curat.

*Narr.* Quid struis? aut qua spe inimica in gente moraris?  
Aut pugnam, aut aliquid jamdudum invadere magnum,  
Seu versare dolos, seu certæ occumbere morti.

*Jason. Satelles. Medea.*

*Jas.* **Q**uod votis optastis, adest, timor omnis abesto,  
Hic domus, hic patria est, nullum maris æquor  
Solvite corde metum tandem tellure potiti (arandum.  
Per varios casus, bene gestis corpora rebus  
Procurate viri, juvat indulgere choreis.

*Jas.* Unde tremor terris? qua vi maria alta tumescunt?  
Quid tantum Oceano properent se tingere soles?  
Nescio quod certum est, in nubem cogitur aer.  
Aspice convexo nutantem pondere mundum,  
Et fratris radiis obnoxia surgere luna.

*Jas.* Media fert tristes succos, infecta venenis,  
Quo thalamum eripiat, atque ossibus implicet ignem,  
Fare age quid venias, jam istinc & comprime gressum.

*Med.* Ad te confugio, precibusque inflectere nostris,  
O dulcis conjux, non hæc sine numine divum  
Eveniunt: si te cæperunt tædia laudis,  
Hos cape fatorum comites, his mœnia quære.

*Jas.* Non fugis hinc præceps, dum præcipitare potestas  
Jam propiore die? nescis heu perdita nescis,  
Nec quæ te circumstant deinde pericula, cernis?

*Med.* Hanc quoque deserimus sedem, tibi ducitur uxor,  
Cui pater & conjux quondam tua dicta relinquitur?  
Et sedet hoc animo, dotalis regia cordi est,  
Externique iterum thalami.

Me ne fugis? hoc sum terraque, matique secuta?  
Hic labor extremus, longarum hæc meta viarum?  
Hic nostri reditus, expectatque triumphus?

Quid tua sancta fides? iterum crudelia retro  
Fata vocant, tantis nequidquam erepte periculis.  
Me ne fugis? per ego has lacrimas, per si quis amata  
Tangit honos animum, per inceptos hymenæos,  
Per connubia nostra, & mensas quas advena adisti,  
Te precor, o miserere animi non digna ferentis.

Namque aliud quid sit, quod jam implorare queamus,  
Ipse mihi nuper Libycis tu testis in undis,  
Dum raucis adsidue longo sale saxa sonabant,  
Incubere mari tantis surgentibus undis,  
Luctantes ventos tempestatesque sonoras

Compressi, & rabiem tantam Cælique marisque.  
Unius in miseri exitium, proque omnibus unum  
Objeci caput, id sperans fore munus amanti:

Sed quid ego ambages, & iussa exorsa revolve?  
Nil super imperio moveor, speravimus ista  
Tempore quo primum fortes ad atrata juvencos  
Semina & ætherios spirantes naribus ignes

Objeci, latis immanis dentibus hydri  
Explicuit regio & campo stetit agmen aperto.  
Telorum seges & jaculis increvit acutis,  
Ferreæ progenies duris caput extulit arvis.

Illi inter se magna vi vulnera miscent,  
Confixique suis telis & pectora duro  
Transfolli ligno, animasque in vulnera ponunt.

Auræ ingens coluber servabat in arbore ramos,  
Nec visu facilis, nec dictu affabilis ullis:  
Ille manu patiens immania terga resolvit,  
Ut me conspexit flammantia lumina torquens,  
Cervicem inflexam posuit, somnosque petivit.

Si te nulla movet tantarum gloria rerum,  
Sin absumpta salus, nec habet fortuna regressum.  
Si nulla est regio, miseris quam det tua conjux,  
I decus, i nostrum, faciat te prole parentem.  
Egregia interea conjux melioribus opto  
Auspiciis, possem hinc comitem asportare Creusam,  
Spero equidem mediis, si quid pia numina possunt,  
Supplicia hausurum scopulis: dabis, improbe pœnas,  
Quod minime teris, rebus jam rite paratis.

*Jas.* Desine meque tuis incendere teque querelis,  
Nam mihi parata quies, nullum maris æquor arandum,  
Nec veni, nisi fata locum sedemque dedissent.

Heu tot incassum fufos patiæ labores,  
Nec venit in mentem sudans sub vomere taurus,  
Jam gravior Pelias, & abena undantia flammis,  
Squamosusque draco, & quæsitæ sanguine dotes.  
In regnis hoc ausa tuis.

Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem,  
Nec galea, densisque virum seges horruit hastis,  
Nec vim tela ferunt: mitte hanc de pectore curam.

*Med.* Nam quis te, juvenum confidentissime, nostras  
Jussit adire domos? pelagine erroribus actus,  
An fratris miseri letum ut crudele videres?

*Jas.* Sive errore viæ, seu tempestatibus acti;  
Quis Deus in fraudem, quæ te dementia cepit,  
Commaculare manus, fraterna cæde penates?  
Aut ego tela dedi, aut vitam committere ventis  
Horrtati sumus? aut quæ dura potentia nostri?

*Med.* Nil nostri miserere, nihil mea carmina curas;  
Efficiam posthac ne quemquam voce laceffas:  
Nec dulces natos Veneris, nec præmia noris.

*Jas.* Quid petis causas & inrita jurgia jactas?  
Jamque vale, melior quoniam pars acta diei est.

*Med.* Utete sorte tua, susceptum perfice munus.

*Jas.* Nunc iter ad regem nobis, quod te adloquor, hoc est.

*Med.* Non fletu ingemuit nostro, aut miseratus amantem est;  
Et dubitamus adhuc? lacrimantem, & multa volentem  
Dicere deseruit, rapidusque in recta recessit.

Quid labor, aut benefacta juvant? mea tristia fata  
Fessa jacent, ubi nunc nobis Deus ille Magister?  
Et furis agitarus amor, & conscia virtus?

Nam quid diis simulo? aut quid me ad majora reservo?  
Stat casus renovare omnes, & dare linthea retro,  
Rursus & est casus abies visura marinos,  
Te sine frater erit. quod si mea numina non sunt,  
Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo.

### CHORUS.

**D**istis exarsit in iras,  
Infani Martis amore,  
Pœnorum qualis in arvis  
Venantum septa corona,  
Fulva cervice læana,  
Qualis mala gramina passus  
Tractus se colligit anguis,  
Tumidum quem bruma tegebat,  
Caput altum in prælia tollit,  
Linguis micat ore trifurcis:  
Furiis agitarus Orestes  
Armatam facibus matrem  
Ardens agit æquore toto,  
Patris obtruncat ad aras:  
Triviis ululata per urbem  
Qualis trieterica Baccho,  
Inter deserta ferarum  
Palla succincta cruenta,

Vocat

Vocat  
Qual  
Pænis  
Late  
Mœrens  
Cantu  
Graviter  
Deserti  
Te solo in  
Anima  
Sciunt si i

Uo feron  
Perfun  
Gena labant, oct  
Aereque horro  
Quo res lumina  
Tempestas sine  
Miscuit, ingem  
Fare mihi, atq  
Adibus in medi  
Horresco reieren  
In medioque foc  
latenditque locu  
Funerea, crinem  
Uam exuta pede  
Sargens humida m  
Sparferat & latic  
Sanguineam volvens  
In molli viola, ca  
Ua odoratam noctu  
Sillamque hellebori  
Ostentis vera involv  
Vocavocans Hecaten  
Fero accincta vocat  
Hæc effata silet, ocul  
Expectans, quæ signa  
Eripunt subito nubes  
Et tremefacta solo tel  
Continuo audire voc  
Vilus adesse pedum  
Verbera, visque ca  
Adventante Dea, re  
Et pavida matres pr  
Erbine Gorgoneis A  
Eurgitque facem art  
Sic ad hæc adsum  
Sua manu letumque  
Sua cementem tand  
Sed tandem, mecu  
Dea, tu præfens a  
Sua compositam p  
Suaque potes) colui  
Sua Aleto distis e  
Sua stridens, p  
Sua mibi, mibi  
Sua bella paras, &  
Suaque inferre i  
Sua in arte mea p  
Sua ignes, am  
Sua, attollens str  
Sua dare visa fa  
Sua dolos aperit, sta  
Sua, duplicem



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month


**Continue**

\*Fair usage policy applies



Incipit, ac totis Vulcanum spargere testis :  
 Regalesque accensa comas, accensa coronam  
 Membra sequebantur artus sacer ignis edebat.  
 Diffugiunt comites, & quæ sibi quisque timebat  
 Testa metu petiere, & sicubi concava furtim  
 Saxa petunt, furit inmissis Vulcanus habenis.  
 Nec vires herbarum, infusaque flumina profunt.  
 Quæ sitæque nocent artes, miserabile dictu!  
 Illa ut per populos aditumque per avia quærit,  
 Arte nova speculata locum: paribusque revinxit  
 Serpentum spiras, ventosæque addidit alas:  
 Ense levis nudo perfusus sanguine currus.  
 Quo sequar? aut quid jam miserò mihi denique restat?  
 Me me, adsum qui feci, in me omnia tela  
 Conjicite, hanc animam quocumque absumite leto.  
 Funeris heu tibi causa fui, dux femina facti.  
*Med.* Huc geminas nunc flecte acies, & conde sepulcro  
 Corpora natorum, cape dona extrema tuorum,  
 Et tumulum facite, & tumulo superaddite carmen:  
 Sævus amor docuit natorum sanguine matrem

Commaculare manum, & luctu miscere hymenæos:  
 Te super ætherias errare licentius auras.  
*Jas.* Crudelis mater, tanton' me crimine dignum  
 Duxisti? & patrios sedasti funere vultus?  
 Arma viri, ferte arma, date tela, ascendite muros.  
*Med.* Quo moriture ruis? thalamos ne desere pactos,  
 Horrator scelerum, nostram nunc accipe mentem.  
 Sive animo, sive arte vales. opta ardua pennis  
 Astra sequi, & si adeo dotalis regio cordi est,  
 Nostrasne evadere demens  
 Sperasti te posse manus? opta ardua pennis  
 Astra sequi, clausumque cava te condere terra,  
 Et famam extingui veterum sic posse malorum.  
 Hæc via sola fuit, hæc nos suprema manebat  
 Exitiis positura modum.  
 Sat fatis, Venerique datum est, feror exul in altura  
 Germanum fugiens, & non felicia tela  
 Ultra anni; solisque vias: quid denique restat?  
 Et longum formosæ vale, & quisquis amores  
 Aut metuet dulces, aut experietur amaros.



## E L E G I A.

### DE FORTUNÆ VICISSITUDINE.



**S**Empore qui laeto sortem redimimus  
 amaram,  
 Certa velut stabiles non Dea verset  
 equos.  
 Cur iidem adverso lætam venamur in  
 æstu?  
 An mea, tam bene quod cognita causa mali est?  
 O qui, carorum caput o carissime quondam,  
 An potes & miseri nunc meminisse tui?  
 Est equidem in lætis nemo non promptus amicus,  
 Ipsa homini adversus umbra inimica sua est.  
 Tantalus infelix, dicunt, conviva Deorum  
 Nunc quoque apud manes victima sacra Jovi est.  
 Usque adeo pœnas non delent ultima fata,  
 Qui cecidit divi, surgere nemo valet.  
 Scilicet & nobis, qui sancto corpore nuper  
 Dura per antiqui busta fugamur avi.  
 Perfida felices ostendit regula divos,  
 Et voluit sanctis partem aliquam esse locis.  
 Non alio exemplo, nisi ut eruta turbine diro,  
 Desereret media nos rota fracta via.  
 Ah mihi præteritos referant si numina vultus,  
 Non etenim veterem, te, nova plaga, queror.  
 Ut facili amissos abblandiar ore favores,  
 Thuta ferens dignis, carmina læta, Deis.  
 Ut gravis hiberno torrens de monte volutus  
 Obvia non magna arbute vertit ope.  
 Sæpe domos etiam, sæpe addita mœnia raptat,  
 Currens præcipiti per juga longa via:  
 Sic semel atque uno nos abstulit improbus ictu  
 Mentem etiam & musis pectora nota veni.  
 Improbus est, quisquis non, hæc spectacula cernens,  
 Fortuna instabili se quoque stare putat.  
 En ego nec caros habeo miserandus amicos,  
 A quibus auxilio verbaque remque petam,

Unicus est, qui me non plane spernit egentem.  
 Cetera contempto supplicè turba fugit.  
 Quid faciam infelix? quæ non nisi in omnibus uni est,  
 Sollicitem longo carmine sæpe fidem?  
 Fracta fides crebro est precibus lugentis amici,  
 Hac tamen amissa non mage tristis ero.  
 Vos superi, & quorum es merito mihi numinis instar,  
 Quem numquam posthac spero videre, parens.  
 Unius in gremio spes nostra abjecta sodalis  
 Tabet, & absentis perdita verba sonat.  
 Ille juvet forsitan, sed verba immensa locutis  
 tracta brevi constant non repetenda modo.  
 Scilicet in somnis quæ possunt plurima, divos  
 In fratrum auxiliis experietur inops.  
 Nos ubi præteritis componimus orsa securi  
 Temporis, his etiam credere Fata vetant.  
 Interea rapit hora, nec est reparabilis, horam,  
 Nec lenta placuit tæbe perire Deo.  
 Ut pereunt miseri, quos vitæ fructus ademptus  
 Deseruit, nulla post reparandus ope.  
 Tempore non illo Priamum periisse putabis,  
 Quo jacuit Teucro littore truncus iners.  
 Verum ut Thessalicis circum sua mœnia funus  
 Hæctoreum rapuit, fortior hostis, equis.  
 Non ea post ductos victo ex Oriente triumphos  
 Extinxit Magnum, quæ tulit hora, caput.  
 Illa illum extinxit campis congressa Philippis  
 Cæsarea populum quæ ruit hora manu.  
 Scilicet hic vitæ finis, qui finis honorum est,  
 Cumque sua pereunt prosperitate viri.  
 Sic quod heri vixi, quia jam nox altera præsto est,  
 Non illud tempus quod modo duco, vocem.  
 Quæque dies sibi vita sua est: cum transiit illa,  
 Hæsternæ non est lux hodierna memor.  
 Quare quem fructus vivendi vita relinquit,

Nempe quid, hoc  
 que lætis si  
 Quod miseris cent  
 ferant venti,  
 Mutarunt venti  
 dum caver hos scopul  
 Seant, & est damno  
 acta quidam magno  
 Hæc magno majus hæpe  
 in interis se spit  
 in posita rupes sic  
 in solido rerum  
 in minime credas,  
 queque cum nitid  
 in averfo pect  
 in cautum, spera  
 in, adscendit co  
 ego qui possum m  
 poteram dictis o  
 qua & votis tan  
 leat ut miseri ma  
 x mihi dixit Peligr  
 hanc ego mutata qu  
 ste, queis fidem se  
 an erit hæc vobis,  
 et ab axe suo vitæ v  
 hæc sui certa est, h  
 que nihil possit long  
 tamen hæc semper  
 in incertam sequ  
 tænas inter sola ea  
 in indoculus, qui  
 in ab innumeri te  
 in ætæo extremo timet  
 in sequitur fortem, e  
 in tamen dulcis; quid si  
 in gravis? an scim  
 in miseris cura est

VI

A FO

Verulatic  
 Regios a  
 Temporu  
 Tu nil n  
 Nil mor  
 hanc plicu mon  
 da lucatis variare



Nempe quid, hoc dempto, mors nisi mœsta venit?  
 Indique quæ lætis si se tristissima monstrat,  
 Quid miseris censes nolle parare mali?  
 Sæpe ferunt venti, sæpe est firmissima navis,  
 Mutarunt venti flamina, navis obit.  
 Dum cavet hos scopulos, alios incurere nauta  
 Sentit, & est damno sævior arte suo.  
 Tructa quid, in magno sunt propugnacula saxo?  
 Humano majus sæpe labore ferunt.  
 Callidus internis se spiritus ingerit antris,  
 Cum posita rupes sic gravis arce jacet.  
 Futa nec in solido rerum fortuna favore est,  
 Cum minime credas, impulit illa rotam.  
 Tum quoque cum nitido ridet placidissima vultu,  
 Turpis in averso pectore fucus inest.  
 Elevat incautum, sperantem maxima nutu  
 Projicit, adscendit cetera turba tamen.  
 Hæc ego qui possum miseris miser ipse referre,  
 Non poteram dictis olim adhibere fidem.  
 Multa quia & votis tam credula turba beata est,  
 Rideat ut miseri magna monentis opem.  
 Sæpe mihi dixit Peligni Musa Poetæ,  
 Nunc ego mutata quod vice dico tibi.  
 Credite, queis fidum fortuna videtur asylum,  
 Non erit hæc vobis, non fuit illa mihi.  
 Pendet ab axe suo vitæ variabilis ordo.  
 Nulla sui certa est, hora nec ulla fuit.  
 Cumque nihil possit longi fuga mobilis ævi,  
 Se tamen hac semper mobilitate fugit.  
 Sed vitam incertam sequitur miserabile letum:  
 Humanas inter sola ea certa via est.  
 Stultus & indoctus, qui cum non nesciat, illo  
 Eximi ab innumeris tempora lassâ malis:  
 Hoc tamen extremo timet, & fugit undique nisu,  
 Quod sequitur fortem, quod timidumque premit.  
 Vita tamen dulcis; quid si magis altera restat?  
 Mors gravis? an scimus non graviore premi?  
 Altior at miseris cura est, dolor ossibus hæret.

Verba cadunt pulcre, pectora mæror edit.  
 Sic ego, qui medicas aliis dare molior herbas,  
 Nullius credam vulnera nostra manu.  
 Una sed in cunctis data sunt solatia curis,  
 Sustineant lapsa quæ mihi membra pede.  
 Nulla, licet tenuis linquant spiramina vitæ,  
 Absque intervallo fors truculenta fuit.  
 Nempe quia est miseris aliquod quoque numen amicum,  
 Qui patitur, nullis spernitur ille Deis.  
 Venit ubi ad summum, non progressura ruina est,  
 Sed stetit & retro est viribus acta suis.  
 Ipsa quoque e bustis extollier ossa videmus,  
 Cum patria coluit religione nepos.  
 Diruta murali tormento saxa feruntur,  
 Erigit his alio mœnia Marte labor.  
 Infelix quiquis nocet infelicibus umquam,  
 Hic meruit nullo tristia sine pati.  
 Omne quod hic cernis, tenuis modo corporis umbra est:  
 Vix macie exesis artubus ossa traho.  
 Rarus aperta movet procul internodia poples,  
 Consedit genibus tractus ab ore tremor.  
 Sordibus & multo similis squalore sepultis,  
 Vix inter vivos larva videnda vagor.  
 Non tamen hoc hostes, non hæc mala numina possint,  
 Ut valeat pronum nox pepulisse caput.  
 Languidus Alcides, & cæsa languidus hydra,  
 Non hostes timuit, grus homicida, tuos.  
 Briseis ut rapta est, amor atrum inclusit Achillem,  
 Non metus Hectoræ Memnoniæve facis.  
 Ille sed extincto rediit vigor acer amico,  
 Reddidit ut justus deposita arma dolor.  
 Me quoque fors mihi restituet, moribundaque membra  
 Viribus ire suis splendida fata dabunt.  
 Tum trucis invidiæ furiis ultricibus horrens  
 Involvam positis arma virumque malis.  
 Interea, ut libitum est, absentibus utere divis,  
 Livor & in nostro gaudia quære rogo.

# P. VIRGILII MARONIS

## V I T A

A FOCA GRAMMATICO URBIS ROMÆ

VERSIBUS EDITA.



Vetustatis memoranda custos  
 Regios actus simul, & fugaces  
 Temporum cursus docilis referre  
 Aurea Clio.  
 Tu nil magnum finis interire:  
 Nil mori clarum pateris, reservans  
 Posteris prisca monumenta seculi  
 Condita libris.  
 Sola fucatis variare dictis

Paginas nescis: sed aperta quidquid.  
 Veritas prodit, recinis per ævum  
 Simplice lingua.  
 Tu senescentes titulos laborum  
 Flore durantis reparas juventæ:  
 Militat virtus tibi, te notante  
 Crimina pallent.  
 Tu fori turbas, strepitusque litis  
 Effugis dulci moderata cantu.



Nec retardari pateris loquelas  
 Compede metri.  
 Hic fave dictis. retegenda vita est  
 Vatis Etrusci, modo qui perenni  
 Romulæ voci decus adrogavit  
 Carmine sacro.

Maronii specimen vatis veneranda Maronem  
 Mantua Romulæ generavit flumina linguæ.  
 Quis facunda tuos toleraret, Græcia, fastus?  
 Quis tantum eloquii potuisset ferre tumorem,  
 Æmula Virgilium tellus nisi Tusca dedisset?  
 Huic genitor figulus, Maro nomine, cultor agelli,  
 Ut referunt alii, tenui mercede locatus.  
 Sed plures figulum: quis non miracula rerum  
 Hæc stupeat? dives partus de paupere vena  
 Enituit: figuli soboles nova carmina finxit.  
 Mater Polla fuit, Magii non infima proles,  
 Quem socerum probitas fecit jam clara Maroni.  
 Hæc cum maturo premeretur pondere ventris,  
 Ut solet, in somnis animus ventura repingens  
 Anxius, & vigili præsumere gaudia cura,  
 Phœbei nemoris ramum fudisse putavit.  
 O sopor indicium veri! nil certius umquam  
 Cornea porta tulit. facta est interprete lauro  
 Certa parens, onerisque sui cognoverat artem.  
 Consule Pompejo vitalibus editus auris,  
 Et Crasso, tetigit terram: quo tempore Chelas  
 Jam mitis Phaeton post Virginis ora receptus.  
 Infantem vagisse negant. nam fronte serena  
 Conspexit mundum, cui commoda tanta ferebat.  
 Ipse puerperis adrisit lætior orbis.  
 Terra ministravit flores, & munere verno  
 Herbida supposuit puero fulmenta virescens.  
 Præterea, si vera fides, sed vera probatur,  
 Lata cohors apium subito per rura, jacentis  
 Labra favis textit, dulces fusura loquelas.  
 Hoc quondam in facto tantum mirata Platone  
 Indicium linguæ memorat fumosa verustas.  
 Sed natura parens properans extollere Romam,  
 Et Latio dedit hoc, ne quid concederet uni.  
 Insuper his genitor, nati dum fata requirit,  
 Populeam sterili virgam mandavit arenæ:  
 Tempore quæ nutrita brevi, dum crescit, in omne  
 Altior emicuit cunctis, quas auxerat ætas.  
 Hæc propter placuit puerum committere Musis,  
 Et monstrare viam venturæ in secula famæ.  
 Tum Ballista rudem lingua titubante receptum  
 Instituit primum: quem nox armabat, in umbris  
 Grassari solitum: crimen doctrina tegebat,  
 Mox patefacta viri pressa est audacia saxi.  
 Incidit titulum juvenis, quo pignora vatis  
 Edidit, auspiciis suffecit pœna Magistri.  
 Monte sub hoc lapidum tegitur Ballista sepultus.  
 Nocte die tutum carpe viator iter.  
 Nos tamen hoc brevius, si fas simulare Maronem.  
 Ballistam sua pœna tegit, via ruta per auras,  
 Hic Ballista jacet. certo pede perge viator.  
 Carcere montoso clausus Ballista tenetur.  
 Securi fraudis pergite nocte viri.  
 Quid trepidas tandem gressu pavitante viator?  
 Nocturnum sorem saxeus imber habet.  
 Ballistæ vitam rapuit lapis. ipse sepulchrum  
 Intulit. umbra nocens pensilula saxa tremat;

Crimina latronis dignissima pœna coerces.  
 Duritiem mentis damnat ubique lapis.  
 Hinc culicis tenui prolusit funera versu.  
 „ Parve oulex pecorum custos tibi tale merenti  
 „ Funeris officium vitæ pro munere reddit.  
 Tum tibi Syronem, Maro, contulit ipsa magistrum  
 Roma potens, proceresque suos tibi junxit amicos.  
 Pollio, Mæcenas, Varius, Cornelius ardent,  
 Et sibi quisque rapit per te victurus in ævum.  
 Musa refer, quæ causa fuit componere libros.  
 Sumserat Augustus rerum moderamina princeps,  
 Jam necis ultor erat patriæ: jam cæde priorum  
 Perfusas acies legitur visura Philippos.  
 Cassius hic Magni vindex, & Brutus in armis  
 Intereunt. victor nondum contentus opimis  
 Emeritas belli spoliis ditasse cohortes,  
 Proscripsit miseræ florentia rura Cremonæ,  
 Totaque militibus pretium concessa laborum  
 Præda fuit: violenta manus bacchata per agros.  
 Non flatus, non tela Jovis, non spumeus amnis,  
 Non imbres rapidi, quantum manus impia vastet.  
 Mantua tu conjuncta loco sociata periculis  
 Non tamen ob meritum. miseram vicinia fecit,  
 Jam Maro pulsus erat, sed viribus obvius ibat,  
 Fretus amicorum clypeo: cum pene nefando  
 Ense perit. quid dextra furis? quid viscera Romæ  
 Sacrilego mucrone petis? tua bella tacebit  
 Posteritas, ipsumque ducem, nisi Mantua dicat.  
 Non tulit hanc rabiem doctissima turba potentum.  
 Itur ad auctorem rerum. quid Martius horror  
 Egerit, ostendunt: quid tunc miseranda tulisset.  
 Cæsaris hic placido nutu repetuntur agelli.  
 His auctus meritis cum digna rependere vellet,  
 Invenit carmen, quo munera vincere posset.  
 Prælia dat Cæsar, quorum brevis usus habendi;  
 Obtulit hic laudes, quas secula nulla silescunt.  
 Pastores cecinit primos. hoc carmine consul  
 Pollio laudatur ter se revocantibus annis  
 Composito. post hæc ruris præcepta colendi  
 Quatuor exposuit libris, & commoda terræ  
 Edocuit geminis, anno minus, omnia lustris.  
 Inde cothurnato Teucrorum prælia versu,  
 Et Rutulum tonuit. bisseña Volumina factura  
 Formavit donata duci trieteride quarta.  
 Sed loca, quæ vulgi memoravit tradita fama  
 Æquoris, & terræ, statuit percurrere vates,  
 Certius ut libris oculo distante notaret.  
 Pergitur: ut Calabros tetigit livore nocendi  
 Parcarum, vehemens laxavit corpora morbus.  
 Hic ubi languores, & fata minantia sensit,  
 Erravit mens ista malis, & lingua locuta est,  
 Nescio quid fugiente anima, non sponte, sed altis  
 Expugnata malis, odio languoris iniqui:  
 Insertur Tyriæ post vulnera vulnus Elisæ:  
 Sentiet applicitos turbata Sibylla vapores  
 Ejurata mori? nec cingula reddit Amazon?  
 Di meliora date, ac sensum revocate nocentem.  
 Pace viri liceat tanti, nec commoda linguæ  
 Divitis intereant: per quam Romana juvenus  
 Æternum floret. verum quod jusserat ille  
 Sit vetuisse meum. nam post sua tempora vitæ  
 Non taceant. immo æternum resonante Camena  
 Laudetur, placeat, vivat, relegatur, ametur.



So  
 Cred  
 Spe  
 res vetat æternis m  
 te curas ferro run  
 nescit vinci, spe  
 titur: credi ve  
 ba, mentis ino  
 tas fovet, & ver  
 anet miseros.  
 bla perit numqu  
 ze bono, rursuqu  
 Er quos decepit,  
 bilis, dubio dev  
 Adæ & clausum q  
 ma promittit nota  
 Nil fixum, & casu  
 magis hac cogente  
 Equora, cum merfa  
 erus duras illa sol  
 mart, & victus vin  
 is infami districtus  
 bat & a fixa posse  
 as præbere capui  
 micat ante oculos  
 in & in seva victus  
 bat infesto pollice  
 decant jugulo ti  
 ra, quamvis lecto  
 cepit carcer sorit  
 tes & in horrendo ro

Andrius

REP



Mente se  
 me  
 Ipla ve  
 m  
 Que tur  
 Que do  
 ta  
 securas valuit



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Post vulnus, post bella, potens Gradivus anhelat  
 In castris modo tiro tuis, semperque timendus  
 Te timet, & sequitur qua ducunt vincia mariti.  
 Ite precor, Musæ; dum Mars, dum blanda Cythera  
 Imis ducta trabunt suspiria crebra medullis,  
 Dumque intermixti captatur spiritus oris,  
 Carmine doctiloquo Vulcani vincla parate.  
 Quæ Martem nectant, Veneris nec brachia lædant  
 Inter divitias toseo prope livida sero.  
 Namque serunt Paphien Vulcani & Martis amorem,  
 Inter adulterium, vel iusti jura mariti  
 Indice sub Phœbo captam gessisse catenas:  
 Illa manus duos nexus tulit, illa mariti  
 Ferrea vincla sui. quæ vis fuit ista doloris?  
 An fortem faciebat amor? quid, sæve, laboras?  
 Cur nodos Veneri Cyclopea flamma paravit?  
 De roseis connecte manus, Vulcane, catenis,  
 Nec tu deinde liges, sed blandus vincla Cupido,  
 Ne palmas duro nodus modo vulnere lædat.  
 Lucus erat Marti gratus, post vulnera Adonis  
 Pictus amore Deæ, si Phœbi lumina desint,  
 Tutus adulterio, dignus quem Cypris amaret;  
 Quem Byblos coleret, dignus quem gratia servet.  
 Vilia non illo surgebant gramina luco,  
 Pingunt purpureos candentia lilia flores:  
 Ornat terra nemus, nunc lucos vitis inumbrat,  
 Nunc laurus, nunc myrtus, (habent sua munera lauri).  
 Namque hic per frondes redolentia lilia pendent,  
 Hic rosa cum violis, hic omnis gratia florum,  
 Hic inter violas coma mollis læta Hyacinthi.  
 Dignus amore locus, cui tot sunt munera rerum:  
 Non tamen in lucis aurum, non purpura fulget,  
 Flos lectus flos vincia toris, substramina flores,  
 Delicias Veneris dives natura laborat.  
 Texerat hic liquidos fontes non vilis arundo,  
 Sed qua sæva puer componat tela Cupido,  
 Hunc solum Paphie puto lucum fecit amori:  
 Hic Martem expectare solet. quid Gratia cessit.  
 Quid Charites? quo, sæve puer, non licia nectis?  
 Tu lectum consterne rosis, tu sero parato,  
 Et roseis crinem nodis subnecte decenter.  
 Hæc modo purpureum decerpens pollice florem  
 Cum delicatum suspiria ducat odorem,  
 Ast tibi blanda manus sub pectore condat.  
 Tunc ne purpurei lædat te spina roseti,  
 Destrictis teneras foliis constringe papillas.  
 Sic decet in Veneris luco gaudere puellas,  
 Ut tamen in læsos Paphiæ servetis amores,  
 Vincula sic mixtis caute constringite ramis,  
 Ne diffusa ferat per frondes lumina Titan.  
 His igitur lucis Paphie, dum prælia Mavors  
 Horrida, dum populos diro terrore fatigat,  
 Ludebat teneris Bybli permixta puellis:  
 Nunc varios cantu divum referebat amores,  
 Inque modum vocis nunc motus forte decentes  
 Corpore læta dahat, nunc miscens denique plantas,  
 Nunc alterna movens suspenso pollice crura,  
 Molliter inflexo subnitens poplite sidit.  
 Sepe comam pulchro collectam flore ligabat,  
 Ornans ambrosios divino pectine crines.  
 Dum ludos sic blanda Venus, dum gaudia miscet,  
 Et dum suspenso solatia quærit amori,  
 Dum flet, quod sero venit sibi grata voluptas;  
 Ecce furens post bella Deus, post prælia victor  
 Victus amore redit: cur gestas ferrea tela?  
 Ne metuat Cypris, comitum decet ire rosetis.  
 Ah quotiens Paphie vultum mentita furentis

Lumine converso serum incusavit amantem!  
 Verbera sæpe dolens mentita est dulcia sero,  
 Aut ut forte magis succenso Marte placeret,  
 Admovit teneris suspendens oscula lætis,  
 Nec totum effundens, medio blanditur amore.  
 Decidit, aut posita est devictis lancea palmis,  
 Et dum forte cadit, myrto retinente pependit.  
 Ensem tolle puer, galeam tu Gratia solve.  
 Hæc laxet nodos, hæc vincula ferrea rumpat;  
 Solvite Bybliades præduri pectora Martis,  
 Loricæque moras, vos scuta, & tela tenete,  
 Nunc violas tractate decet. lætare Cupido  
 Terribilem Divum tuo solo numine victum:  
 Pro telis flores, pro scutis myrtea setta,  
 Et rosa, forte nocet gladius, quem jura tremiscunt.  
 Iverat ad lectum Mavors, & pondere duro  
 Floribus incumbens, totum turbarat honorem,  
 Ibat pulchra Venus, vix presso pollice cauta,  
 Florea ne teneras violarent spicula plantas,  
 Et nunc innectens, ne rumpant vincula, crinem,  
 Nunc vestes fluitare sinu, vix laxa retentat,  
 Cum nec tota lateret, nec tota enudat amorem:  
 Ille inter flores furti velamine reclusus  
 Spectat hians Venerem, totoque ardore tremiscit.  
 Incubuit lectis Paphie; proh sancte Cupido!  
 Quam blandas voces, quæ tunc ibi murmura fundunt?  
 Oscula permixtis quæ tunc fixere labellis?  
 Quam bene consertis hæserunt artibus artus?  
 Stringebat Paphiæ Mavors tunc pectore dextram,  
 Et collo innexam ne lædant pondera lævam,  
 Lilia cum roseis supponit candida sertis:  
 Sæpe levi cruris tactu permovit amantem  
 In flammam, quas diva movet. jam languida festos  
 Forte quies Martis tandem compresserat artus.  
 Non tamen omnis amor, non omnis pectore cessit  
 Flamma Dei, trahit in medio suspiria somno,  
 Et Venerem totis pulmonibus ardor anhelat.  
 Ipsa Venus tunc tunc calidis suspensa venenis  
 Uritur ardescens, nec somnia parte quieta.  
 O quam blanda quies! o quam bene presserat artus  
 Nudus forte sapor! niveis suffulta lacertis  
 Colla nitent, pectus gemino quasi sidere turget.  
 Non omnis resupina jacet, sed corpore flexo  
 Molliter, & laterum quæ se confinia jungunt.  
 Martem respiciens deponit lumina somno,  
 Sed gratiosa, decens! pro lucis forte Cupido  
 Martis tela regens, quæ postquam singula vidit,  
 Loricam, clypeum, gladium, galeæque minacea  
 Cristas, flore ligat; tunc hastæ pondera tentat,  
 Mitaturque suis tantum licuisse sagittis.  
 Jam medium Phœbus radiis possederat orbem,  
 Jam tumidis calidus spatiis libraverat horas,  
 Flammantes retinebat equos; pro conscia fati  
 Invida lux! Veneris qui nunc produntur amores  
 Lumine, Phœbe, tuo? stant capti iudice tanto  
 Mars, Amor, & Paphie, ramisque incerta tremiscunt  
 Lumina, nec possunt crimen, te teste, negare.  
 Viderat effusis Gradivum Phœbus habenis  
 In gremio Paphiæ spirantem incendia amoris.  
 O rerum male tuta fides! o gaudia & ipsi  
 Vix-secura Deis! quis non, cum Cypris amaret,  
 Præside sub tanto tutum speraret amorem?  
 Criminis exemplum si jam de numine habemus,  
 Quid speret mortalis amor? qua voce ferenda,  
 Quod numen poscat, quo sit securus adulter:  
 Cypris amat, nec tuta tamen. compresserat habenas

Phœ

habens, & ad lu  
 Et sic pauca referi  
 Nunc nunc, Diva  
 Da mihi solamen  
 Fabula non crime  
 Hæc ait: & dicit  
 Dic ubi sit Cythera  
 Te expectat lacrima  
 Hæc simul Martem  
 Hæc forte ruz Vene  
 Hæc & infuso radi  
 Hæc idem sceleris tu  
 Hæc igitur potens,  
 Hæc quasi torpescens  
 Hæc comit, mæston  
 Hæc indignans sulc  
 Hæc furens hæc p  
 Hæc are manus, m

Phœbe

AD V

P Arce, pu  
 ta v  
 Meque  
 Parce sup  
 bra:  
 Augeri  
 sit tanto caput  
 hoc bellum ex  
 ruitos tibi se  
 ruita fer  
 tibi multiplicem cri  
 scilicet crines absque  
 nec video cur ha  
 rea nam nudo ve  
 ruit auris aurum  
 ruita nova  
 ruita tibi spl  
 ruita ora vitro  
 ruita niveum lunata  
 ruitum simplex d  
 ruita candent  
 cum nolit ve  
 ruita volat, r  
 ruita veneror, r  
 ruita digitos quare  
 ruita digiti der  
 ruita potes exor  
 ruita ornaris in  
 ruita aquo species  
 ruita plus aquo pu  
 ruita iam, pro quo  
 ruita te talem nos  
 ruita: non sum, te  
 ruita cui te roscam v  
 ruita certate Jovi



Phæbus, & ad lucos tantum, puto, lumina vertit;  
 Et sic pauca refert, sparge nunc tela, Cupido,  
 Nunc nunc, Diva Venus natis Divumve sagittis  
 Da mihi solamen, sub te securus amavi,  
 Fabula non crimen nostri dicuntur amores.  
 Hæc ait: & dictis Vulcanum instigat amaris:  
 Dic ubi sit Cytherea decens, secure marite,  
 Te expectat lacrimans, castum tibi servat amorem;  
 Quære simul Martem, cui tu modo tela parasti,  
 Vel si forte tuæ Veneris fera crimina nescis.  
 Dixit: & infuso radiabat lumine lucus,  
 Inque fidem sceleris totos dimiserat ignes.  
 Hæserat ignipotens, stupefactus crimine tanto,  
 Jam quasi torpescens, vix sufficit ira dolori,  
 Ore fremit, mæsto modo gemit ultima pulsans  
 Illa, & indignans suspiria pressa fatigat.  
 Antra furens Ætnea petit: vix jusserat, omnes  
 Incubere manus, multum dolor addidit arti;

Quam cito cuncta gerunt, ars, nomen, flamma, maritus,  
 Ira, dolor; nam vix causam tunc forte jubendo  
 Dixerat, & vindex conjunx jam vincla ferebat.  
 Venerat ad lucos, non ipsi visus Amori,  
 Non Chariti, totas arti mandaverat iras.  
 Vincula tunc manibus suspensio molliter ictu  
 Inligat, & teneris connectit brachia palmis.  
 Excutitur somno Mavors, & pulchra Cythere.  
 Posset Gradivus validos dirumpere nexus,  
 Sed retinebat amor, Veneris ne brachia lædant.  
 Tunc tu sub galea tunc inter tela jacebas  
 Sæve Cupido timens? stans Mavors lumine torvo,  
 Atque indignatur, quod sit deprensus adulter.  
 At Paphie conversa dolet, non crimina facti,  
 Sed quæ sit vindicta sibi, dum singula volvens  
 Cogitat, & pœnam sentit, si Phæbus amaret  
 Jamque dolo preparans decorabat cornua tauri,  
 Pasiphææ crimen, mixtique Cupidinis iram.



E L E G I A

A D V I R G I N E M N I M I S C U L T A M.

**P**arce, precor, Virgo, toties mihi cul-  
 ta videri,  
 Meque tuum forma perdere parce tua.  
 Parce supervacuo cultu componere mem-  
 bra:  
 Augeri studio tam bona forma nequit.  
 Ne tibi sit tanto caput, & coma pexa labore,  
 Et caput hoc bellum est, & coma mixta placet.  
 Ne stringant rutilos tibi serica vincla capillos,  
 Cum vincant rutilæ serica vincla comæ.  
 Nec tibi multiplicem crines revocentur in orbem,  
 Inculti crines absque labore placent.  
 Aurea nec video cur flammea vertice portes:  
 Aurea nam nudo vertice tota nites.  
 Utraque fert auris aurum, fert utraque gemmas,  
 Utraque nuda novis anteferenda rosis.  
 Ora facis vitreo tibi splendidiora nitore,  
 Cum tamen ora vitro splendidiora geras.  
 Incendunt niveum lunata monilia collum,  
 Nec collum simplex dedecuisse potest.  
 Contegis occulta candentes veste papillas,  
 Candida cum nolit veste papilla regi.  
 Nec toga fluxa volat, reprimit tibi fascia corpus:  
 Sat corpus veneror, sit toga fluxa licet.  
 Dic, teretes digitos quare annulus & lapis ambit,  
 Cum teretes digiti dent pretium lapidi?  
 Ornatu nullo potes exornatior esse,  
 Et tantum ornaris in mea damna nimis.  
 Ne te plus æquo species externa perornet,  
 Cum sis plus æquo pulchra decore tuo.  
 Non ego sum, pro quo te componendo labores,  
 Nec qui te talem nos, nisi cogar, amem.  
 Ironus amo: non sum, tenero qui pugnet amori,  
 Nec qui te roseam vellet amare Deam.  
 Cum radiis certare Jovis tua lumina possent,


Et possent radiis vincere signa Jovis.  
 Sole nihil toto melius splendescit in orbe,  
 Sole tamen melius, splendidiusque nites.  
 Sunt tibi colla quidem nive candidiora recenti,  
 Sed nive, quæ nullo marcida soie jacet.  
 Conveniunt tepido tua frons, & pectora lacti,  
 Sed lacti, saturæ quod posuere capræ.  
 Cedit odora tibi vernantis gloria silvæ,  
 Nec, tibi quod riguus præferat hortus, habet.  
 Nulla colorati species tibi proxima prati,  
 Nec cum floruerit, par tibi campus erit.  
 Alba ligustra tuæ nequeunt accedere laudi,  
 Fixaque cespitibus lilia laude premis.  
 Nulla tuos possunt æquare rosaria vultus,  
 Cum nec adhuc spinis sit rosa vulsa suis.  
 Gratia, quam violæ maturo flore merentur,  
 Si qua contulerit se tibi, vilis erit.  
 Non Helenæ mater, nec par tibi filia Lædæ:  
 Hæc quamvis Paridem moverit, illa Jovem.  
 Compulit illa Jovem cygni latuisse sub alis,  
 Compulit illa Phrygas sæva sub arma duces.  
 Læda, per albentes humeros fluitante capillo,  
 Dum legit Argivæ florea setta Deæ,  
 Erranti super asira Jovi de nube suprema  
 Cognita, plumalem de Jove fecit avem.  
 Tuque puellarum dum iudis in agmine princeps  
 Inter Virgineos lucida stella choras,  
 Si magno conspecta Jovi de nube fuisses:  
 Deposuisse Deum non puduisset eum.  
 Ast Helenæ facies, & opima potentia formæ,  
 Dardanio Paridi per mare præda fuit.  
 Græcia conjurat repetendam mille carinis,  
 Jurata hæc ratibus Græcia mille petit.  
 Te tam conspicuam Phrygius si prædo videret,  
 Et te vel raribus, vel rapuisset equo.

favet amantem!  
 est dulcia ferro,  
 Marte placeret,  
 scula labris,  
 blanditur amore.  
 lancea palmis,  
 inerte pendit.  
 Gratia solve.  
 ferrea rumpat;  
 ora Martis,  
 & tela tenete,  
 latere Cupido  
 numine victum:  
 nyrtæa ferta,  
 juem jura transmittunt,  
 & pondere duro  
 turbat honorem,  
 flo pollice cauta,  
 r spicula plantas,  
 ipant vincula, crinem,  
 vix laxa retentat,  
 tora enudat amorem:  
 mine tectus  
 roque ardore tremiscit.  
 n lancea Cupido!  
 tunc tibi murmura fundunt  
 ne fixere labellis?  
 erunt artibus artus?  
 rs tunc pectore dextram,  
 r pondera lævam,  
 mdda fertis:  
 vit amantem  
 et jam languida fellos  
 rompresserat artus.  
 on omnis pectore cessit  
 ho suspiria somno,  
 bus ardor anhelat.  
 his suspena venenis  
 nia parte quæta.  
 quam bene presserat artus  
 suffulta læcertis  
 no quasi sidere turgēt.  
 sed corpore flexo  
 se confinia jungunt.  
 it lumina somno,  
 lucis forte Cupido  
 ost quam singula vidit,  
 rum, galeæque minacæ  
 alte pondera tentat,  
 velle sagittis.  
 is possederat orbem,  
 is libraverat horas,  
 nos: pro conficia facti  
 nunc produntur amores  
 loat capri iudice tanto  
 ne, ramisque incerta tremiscit  
 zæa, te tulle, negare.  
 Phæbus habentis  
 mo in: erdia amoris.  
 lo gaudia & ipsius  
 on, cum Cypris amaret,  
 peraret amorem?  
 am de numine habemus,  
 nor? qua voce ferenda,  
 it securus adulter:  
 ren, compresserat habentis



Annis tracta decem sunt Troica bella, sed uno,  
 Si pro te fierent, mense peracta forent.  
 Virgine Ledæ, me iudice dignior esses,  
 Pro qua Trojanas flamma cremaret opes.  
 Tu poteris Priamo validissima causa fuisse,  
 Nulla ut cura foret regna perire sua.  
 Si succincta togam, ritu pharetrata Dianæ,  
 Venatrix toto crine soluta fores.  
 Si Dryadum comitata choro, si nuda lacertos,  
 Arcu fulmineos insequereris apros.  
 Te quicumque Deus silvosa per antra vagantem  
 Conspiceret, vetam crederet esse Deam.

De pretio formæ cum tres certamen inissent,  
 Electusque Paris arbiter esset eis,  
 Præfecit Venerem Paridis censura duabus,  
 Deque tribus victæ succubere duæ.  
 Cum tribus ad Paridem si quarta probanda venires,  
 De tribus a Paridi quarta probata fores.  
 Pomaque si formæ potiori danda fuere,  
 Hæc potius formæ danda fuere tuz.  
 Ferrea corda gerit, tua quem cælestis imago  
 Vel tam purpureæ non tetigere genæ.  
 Robore vel scopulo genitum convincere possim,  
 Quem tam solemnem forma movere nequit.



# A L E A C A R M E N.



Rtis opisque tuz, tua si mihi certa  
 voluntas,  
 Expediam dictis, donum exitiale Minervæ:  
 Tu Vatem, tu Diva, mone. nunc ipsa  
 vocat res,

Et furis agitated amor, protentus in osto

Ipsæ dies agitat festos pro nomine tanto,  
 Effera vis animi numeros & nomina fecit.  
 Ossa minutatim fundo volvuntur in imo,  
 Mille nocendi artes: varium & mutabile semper  
 Artificis scelus, atque improvida pectora turbat.  
 Per varios casus levium spectacula rerum  
 Intenti ludo exercent, rapiuntque, ruuntque  
 Incerti quo fata ferant, atque ære sonoro  
 Insanire libet. duris dolor ossibus ardet.  
 Omnibus extemplo magnum dat ferre talentum,  
 Qui vocat: adrectæ mentes, stupefactaque corda  
 Vota metu duplicant: tanta est victoria curæ.  
 Ergo ubi delapsæ missu, premit agmine turba  
 Consilium quærens. subitus tremor occupat artus.  
 Tunc certare odiis. multos alterna revisens  
 Ludit, & in solido rursus fortuna locavit.  
 Aut doluit miserans inopem, aut invidit habenti.  
 Multa viri nequidquam inter se vulnera jactant,  
 Et tennes rumpunt tunicas, cœcique furore  
 Hic metuunt cupiuntque, dolent, gaudentque: nec ultra  
 Vidi oculos ante ipse meos me voce vocantem,  
 Contulimusque manus: experto credite, quantus  
 Corde dolor. quid non mortalia pectora cogis!  
 Monstrum horrendum, ingens, tot sese vertit in ora.  
 Tu potes unanimes armare in prælia fratres.  
 Ære renidenti de vita & sanguine certant.  
 Tunc duo Trinacrii juvenes noctesque, diesque  
 Intenti ludo exercent, fulgentiaque ara  
 Accipiunt, reddunt, permittuntque omnia fati.  
 Conveniunt, quibus ipsa procul discordibus armis  
 Fundit huius facilem victum justissima tellus:  
 Aut qui divitiis soli incubuere repertis:  
 Considunt transiris, nati melioribus annis:  
 Multi præterea, quos fama obscura recondit,  
 Stant circum.  
 Tum vero ad vocem celeres miserum inter amorem

Ludunt, & in medium quæsitâ reponunt;  
 Pro se quisque viri summa nituntur opum vi.  
 Nec mora, missus adest fati, sortisque futuræ.  
 Scinditur incertum studia in contraria vulgus.  
 Hinc atque hinc ardent animi, vox omnibus una est  
 Et quamvis socium certent superare priorem,  
 Ima petunt, quamvis facilis datur exitus inde.  
 Præcipites, pariterque ruunt, non deficit alter.  
 Vos, o Calliope, precor, adspirate canenti,  
 Quæ loca; quive habeant homines, ubi siltere detur.  
 In summo collem, qui plurimus, alter ab illo  
 Est locus, hunc juxta sequitur, quo deinde sub ipso  
 Hic locus est partis semper sublimis ab illo.  
 Quinque tenent ebuli baccis, minioque rubentem.  
 Terna tibi hæc primum fundo volvuntur in imo.  
 Nunc age, quos ipsa viam sibi repperit usus  
 Triginta magnos, adversosque orbibus orbis  
 Eloquar, vel prima levium spectacula rerum,  
 Mores, & studia, & populum, & prælia victus  
 Expediam, sed summa sequar fastigia rerum.  
 Primus habet, capit ante locum, fremituque secundo  
 Prima tenens animi, risuque soluto  
 Voce vocant.

Tunc vero in curas animos diducitur omnis,  
 Quem petis, obtutuque hæret defixus in uno,  
 Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc,  
 Speinque, metumque inter, secumque ita corde voluta.  
 Ut primum discussæ umbræ, & lux reddita menti,  
 Sortitus fortunam oculis, sic incipit ore.  
 Quæ nunc deinde mora est, veniam quocumque vocaris  
 Quin age, si qua animo virtus, & confere dextram,  
 Et faciam posthac, ne quemquam voce laceffas.  
 Dixit, atque cum magna ter voce vocavit,  
 Terque quate rque simul vox ingeminata remugit,  
 Tunc variæ comitum facies, & pallor in ore,  
 Nunc victi tristes, nil magnæ laudis egentes,  
 Deponunt animos, & inania murmura miscent.  
 Quondam etiam victis redit in præcordia virtus,  
 Victoresque cadunt, quoniam fors omnia versat.  
 Hic victor superans reddi sibi postulat honorem,  
 Talia vociferans: da, non indebita posco.  
 Quin age, si quid habes, quo me decet usque teneri,

Nomine quem  
 Non ipsi inter  
 Sed graviter va  
 Visceribus miseri  
 Cantantes, lætig  
 Ecce autem elapsu  
 Unus natum, le  
 Hos aditus jamque  
 Sedque circuitum  
 Teram ubi nulla de  
 Cæstit in digitos  
 Quæris latis hun  
 Et super incumben



D

D  
 Eb  
 L  
 Si  
 Fata

quis sepe gravi  
 habet ipse dolor;  
 sensu patientis  
 maledicta dedi,  
 amorem domus,  
 studeat iratas ani  
 minit dolor ipse  
 is amor, meritilo  
 quoniam revocata  
 factura fuit tre  
 por & ira ligat,  
 minus explicitam  
 iter male tract  
 te pudor, dum v  
 ma nocens, irata,  
 oca per membra ca  
 parat; nullus con  
 tum tunc crime  
 ad dadi, nec mira  
 solipsa sui; num  
 tum, si talis erat  
 adis, Trojane,  
 non ille thoro  
 creata tenent? tot  
 amorem dedi. Et  
 a regna meis, nib  
 zepit, non forte  
 a. nec rerum pote  
 zu ite, placet. nan  
 nocentis habes;  
 fidemque voco  
 nam ferisse negan

Cl:



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month


**Continue**

\*Fair usage policy applies



Lascivis natura rosas. *sua tædia solus*  
*Fallere nescit amor.* nec grata silentia noctis,  
 Nec somni pia dona placent, nec munera lucis  
 Carpit, & inducias fugientis non capit anni:  
 Sed sua victus amor tantummodo vulnera pascit  
 Inter mille dolos, totidemque piacula fraudis.  
 Nota queror: vellem placidis peritura querelis  
 Flere domo, vellem tacitos profundere fletus;  
 Sed negat ipse dolor, quod jam pudor ante negavit.  
 Scribere jussit amor, miseram me, cuius honestam  
 Fecit culpa fidem: poteram dispergere ponto  
 Membra, manusque tuas, miseramque tumentibus undis  
 Præcipitare diem: poteram crescentis Iuli  
 Rumpete fata manu, parvumque resolvere corpus  
 Morte gravi, mersumque in viscera figere ferrum,  
 Vel dare membra feris; sed nostro pectore pulsum  
 Crescit amore nefas, & honesta pericula passus  
 Corda ligavit amor. quis tantum in hospite vellet  
 Hoc audere nefas? quis vota nocentis habere?  
 Nullus amor sub corde latet. *cui digna rependes,*  
*Si mihi dura paras?* miserandæ fata Creusæ,  
 Lamentis, gemituque trahens infanda peregit  
 Vota Deis, durumque nefas sortemque malorum,  
 Te narrante, tuli, gemitus mentisque dolorem,  
 Et lacrimas prior ipse dedi: *cui digna rependes,*  
*Si mihi dura paras?* dulcis mea colla fovebat  
 Ascanius, miserumque puer fovebat amorem:  
 Cui modo nostra fides amissam reddere mentem  
 Dum cupit, hoc verum mentito pignore nomen  
 Format amor, gemitusque graves atque oscula figit  
 Confessus pietate dolor; *cui digna rependes,*  
*Si mihi dura paras?* nostri modo litoris hospes  
 Nudos distuleras dispersa clade per undas  
 Naufragus: ut taceam classes, quascumque videbar  
 Impendisse tibi, licet hæc tibi cuncta fuissent,

Regna tamen Carthago dedit. *cui digna rependes,*  
*Si mihi dura paras?* nihil est, quod dura reposcent,  
 Nec quidquam donasse velim, quod perdere possem.  
 Numquam damna volo, vel hoc mihi perfide redde,  
 Quod sibi debet amor, si nil pia facta merentur.  
 Esse Deos natura docet, non esse timendos.  
 Rerum facta probant, quid enim non credere possum:  
 Tutus fraude manes, & nos pietate perimus.  
 Improbe, dure, nocens, crudelis, perfide, fallax,  
 Officiis ingratis meis; quid verba minantur?  
 Non odit qui vota dolet, nec digna rependit  
 Quidquid læsa gemit. tibi me permissus habetur  
 Lege pudoris amor, cui tanta dedisse recusem,  
 Sceptra, domum, Tyrios, regnum, Carthaginis arces  
 Et quidquid regnantis erat. de conjugè, fallax,  
 Non de jure queror, meritum si non habet ardor:  
 Sed quod hospes eras, nec te magis esse nocentem,  
 Quam miserum, Trojane, puto, qui digna repellis,  
 Sum non digna cupis: nondum bene siccus ad æquor  
 Curtis, & extremas modo naufragus arripis undas.  
 Tutior esse times, & honesta pericula nescis,  
 Cum mala vota cupis, solus tibi dura profecto  
 Damna paras: fugis, ecce fugis, nostrosque penates  
 Deseris, & miseram linquis Carthaginis aulam,  
 Quæ tibi regna dedit, sacro diademate crines  
 Cinxit, & augustam gemmato sidere frontem  
 Complevit, nostrumque tibi commisit amorem.  
 Nil, puto, majus habes, & adhuc sine conjugè regnas,  
 Æneas ingratis, meus, regat ira dolenti  
 Consilium, sed præstat amor. mea vulnera vellem  
 Fletibus augeri, sed jam discrimine mortis  
 Victa feror, neque enim tantus de funere luctus,  
 Quantum erit de fratre, licet simul improbus, exul,  
 Et magis hospes eras, & ubique timendus haberis,  
 Vive tamen, nostrumque nefas post fata memento.



# VERBA ACHILLIS

IN PARTHENONA,

DUM TUBAS DIOMEDIS AUDISSET.

CARMEN.



Ana velut caute surgens formido Paren-  
 ti,  
 Feminæ juvenem jussit me sumere cul-  
 tus,  
 Et celare virum falso per tegmina sexu;  
 Unde ego lanificas tentavi inglorius  
 artes,

Virgineisque toris carpenda ad vulnera inhæsi:  
 Nunc autem proprium servans natura vigorem  
 Compellit fluxos humeris depellere amictus;  
 Dum nos bella vocant raucò clangore tubarum,  
 Mens quatitur, sævusque sovet præcordia Mavors,  
 Rumpere moras omnes servens in prælia virtus,  
 Nec fuerit latuisse meum. si classica temno,  
 Dilixi latebras, neque ulla est culpa parentis:

Nam cum respicio quo sum de semine cretus,  
 Semiferique animis recolo præcepta magistri,  
 Nec puerum decuit muliebri pectora peplo  
 Induere, & teneram gressu simulare puellam:  
 Nunc igitur crescens annis sapientior ætas  
 Devovit Marti, tenuit quæ corda Cupido,  
 Belligerumque Deum quum mens tum membra sequantur  
 Stamina linquentes currant ad spicula palmæ,  
 Terrificumque caput præfixa casside mitram  
 Pellat, & in gracili decorentur tempora ferro:  
 Arma tegant nostrum potius quam suppara corpus,  
 A telis ad tela decet transire juventam,  
 Atque hostes gladio quam lanas funderè fuso;  
 Tenuia loricæ cadant multicia forti,  
 Splendeat & raptus projecto pæline mucro,

Contemptis

Fata domat. nec  
 Securo mentis, cui  
 Fortibus una visis,  
 Aut palmæ, aut leti  
 Genere jam videor,  
 Cæcibus raptus Pari  
 Crisatus cum  
 Ad aspectu clau  
 Novus fulos  
 Trahet Xanthi  
 Quæque feret cul  
 Quis referat,  
 Sævis satis alieni  
 Lycopedeos feci  
 Esstumque suum  
 ginitibus, ne te  
 ratam ut crucies  
 in arma feror,  
 venit in mente  
 te prima virum  
 bella libens, ut  
 spondet certam  
 Danais comes effi  
 sumæ titulis meli  
 ut conjunx vi  
 abet vilis Teucri



HI




Andite  
 Este du  
 ba  
 Pallida  
 per  
 Atrides, nec si  
 delis amor: non  
 te eos moveo; qu  
 rem penas, in  
 quæ fuit, fam  
 sacro infanda  
 immane ne  
 crudeles optas  
 si forte velit curri  
 patius animos,  
 quæ genus incertu  
 u calum, incantur  
 referens, rapid  
 legelique dedi  
 tabuit thalamus  
 eximium herom  
 que coaverunt &



Contemptis radiis onerentur brachia pilis;  
 Clausa diu thalamo reddamus pectora campo;  
 Præsumit certam virtus sibi conscia palmam,  
 Hæc dubios gaudet perferre interrita casus:  
 Nil metuat qui magna cupit. constantia mentis  
 Fata domat. nec jam potis est fortuna nocere  
 Securo mortis, cui non sunt bella timori:  
 Fortibus una viris, parilisque per omnia fors est  
 Aut palmæ, aut leti pugnando acquirere laudem.  
 Cernere jam videor, quanta mercede cruoris  
 Constat raptus Paridi, crimenque parenti,  
 Obvia cristatus cum sparferit agmina vertex,  
 Et solo adpectu claudentur Pergama nostro:  
 Cumque novus suos bellator fudero Teucros,  
 Multa trahet Xanthi Trojana cadavera gurgis,  
 Majoremque feret cultorum sanguine cursum.  
 Si mihi quis referat, quæ tu præfaga creatrix  
 Subducens fati alieni symbola sexus,  
 Ad Lycomedeos fecit transire penates;  
 Depositumque suum maluit committere blandis  
 Virginibus, ne te rapiat sic Martius ardor,  
 Orbatam ut crucies non viso pignore matrem.  
 Vadis in arma ferox, thalamum natumque relinquens,  
 Nec venit in mentem, quantum mereatur amore,  
 Quæ te prima virum conlato pectore fecit:  
 Is ad bella libens, ubi quæritur alea mortis,  
 Nec spondet certam tristis Bellona salutem:  
 Sed Danais comes esse placet, sociumque pericli  
 Pro famæ titulis meliori adjungere causæ.  
 Scilicet ut conjunx viduo reddatur Atridi,  
 Procumbet vilis Teucrorum victima Achilles!

Aufer, iners monitor, turpis fomenta medelæ,  
 Meque sine proprio sectari prælia sensu.  
 Non ita me genitor præclarus nomine Peleus,  
 Aut dilecta Jovi fudit Thetis alma sub auras,  
 Degener ut lateam primævo flore juventæ,  
 Major & ignavo tantum mihi torpeat ætas,  
 Abstrudamque toris jam debita pectora castris,  
 Cum manus Argivum victricia ludat in arma.  
 Denique cum promptum tuat in certamina vulgus,  
 Solus ego in cunctis infami carcere clausus  
 Subducatur pugnæ? quanto tolerabo pudore  
 Me non ferre pedem, quo fert Thersites, in omni  
 Parte miser, forma brevior, menteque fugaci.  
 Absit ab ingenio, & viribus Aeacidarum,  
 Ut vitem pro laude mori, metuamque supremum,  
 Quem das Parca, diem; mihi nam lux amplior ulla est,  
 Quæ virtute fluit, quæ nescit claustra sepulchri.  
 Namque hominis semper, meritorum lege perenni,  
 Quam breviat fatum, propagat gloria vitam.  
 Ergo animus fidens in Dardana sæviat arma,  
 Nec mihi jam gemini dilectus pignoris obstat.  
 Deidamiam, Pyrrhumque meos nunc Scyros habebit,  
 Visuros nostrum reditum, celeremque triumphum.  
 Me pudor hortatur rapere in certamina gressus,  
 Ferre potes quæcumque labans successibus ætas  
 Exigua. observans matris præcepta verendæ  
 Induxi molles habitus, velut edita Virgo;  
 Lusimus & tactis modulantes carmina chordis.  
 Virtuti adsurgat, fuerat quæcumque voluptas;  
 Succedat ferrum citharæ; quod nutrit amores  
 Dependum est Veneri, reddamus cetera Marti.



# HIPPODAMIA

## CARMEN.



Andite nunc Heliconæ Deæ: nunc pectore  
 firmo

Estē duces, o si qua via est, & pronuba  
 Juno!

Pallida Tisiphone sæcundum concute  
 pectus,

Non hic Atrides, nec scelus exitiale Lacænz:  
 Hic crudelis amor: nunc illas promite vires,  
 Majus opus moveo; quæstas sanguine dotes,  
 Et scelerum pœnas, inconcessosque Hymenæos.  
 Jrs antiqua fuit, fama est obscurior annis;  
 Quid memorem infandas cædes, & facta Tyranni,  
 Ausi omnes immane nefas, irasque, minasque,  
 Quis tam crudeles optavit sumere pœnas:  
 Hic qui forte velit currus agitare volantes,  
 Invitat pretiis animos, & præmia ponit:  
 Tormenti genus incertum de patre serebat.  
 Fama malum, incautum dementia cepit amantem,  
 Torresco referens, rapido contendere cursu  
 Composuit le gesque dedit, populosque propinquos  
 Infelix habuit thalamus: ruit omnis in urbem  
 Magnanimum heroum primævo flore juvenus,  
 Indique conveniant & Virginitatis amore.

Contendunt petere dubii, seu vivere credant,  
 Ille dies, vitamque volunt pro laude pacisci.  
 Post ubi confecti cursus, Circensibus actis,  
 Supplicia expendant juvenes ante ora parentum.  
 Linquebant dulces animas, & corpora patrum:  
 Pro molli viola, pro purpureo Narcisso,  
 Ora virum tristi pendebant pallida tabo.  
 Vestibulum ante ipsum, sævique in limine regis  
 Terribiles visu formæ imposuere coronas,  
 Quin ipsæ obstupere domus, noctesque, diesque,  
 Umbra ibant tenues odium crudele tyranni  
 Sæpe queri, & longas in fletum ducere voces.  
 O virgo infelix, jam fas est parcere genti,  
 Pestis & ira Deum crudeli funere virgo,  
 Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello;  
 Tempore jam ex illo nil magnæ laudis egentes  
 Deponunt animos scelerata excedere terra.  
 Ecce inter sanctos ignes, dum facta morantur,  
 Et juxta genitorem adstat lasciva puella.  
 Cui pater & conjux, si qua fors adjuvet ausum,  
 Ora puer prima signans intonsa juventa,  
 Pictus acu chlamydem, & barbara tegmina crurum,  
 Venit amor fidens animi in utrumque paratus,

Lucet

cui digna rependit,  
 dura cepolent,  
 od perdere possem.  
 mihi perfide reddere,  
 facta merentur.  
 esse timendas  
 in credere possum:  
 irate perimus.  
 s, perinde, fallax,  
 na minantur?  
 digna rependit  
 permittis habetur  
 dedisse recensem,  
 Carthaginis arces  
 conjugis, fallax,  
 non habet ardor:  
 gis esse nocentem,  
 qui digna repellis,  
 bene succas ad equos  
 iragus arripis undas.  
 pericula necis,  
 tibi dura profecto  
 s, nostrisque penates  
 Carthaginis aulam,  
 siademate crines  
 sidere frontem  
 commisit amorem.  
 adhuc sine conjugis regas,  
 ira dolenti  
 mea vulnera reilem  
 imine mortis  
 s de funere luctus,  
 cui improbus, erul,  
 ne timendus habetis,  
 s post fata memento.

LLIS

S S E T.

n de femine cretus,  
 præcepta magistri,  
 ubi pectora peplo  
 a timulare puellam:  
 sapientior ætas  
 ze corda Cupido.  
 mens tam membra sequens  
 adspicua palmæ,  
 na casside mitteram  
 entur tempora ferro:  
 jas quam soppara corpore  
 are juventam,  
 lacas fundere sulco;  
 tricia forti,  
 do pectore macro,  
 Contempit



Lucet ebur, tantum egregio decus enitet ore.  
 Postquam introgressi, & coram data copia fandi,  
 Rex prior adgreditur dictis, atque increpat ultro:  
 Quo moriture ruis, quæ te dementia cepit,  
 Aut quisquam ignarum connubia nostra petentem  
 Jussit adire domos, quidve hinc petis, inquit:  
 Pœnarum exhaustum satis est, misere terque, pudetque,  
 Pone animos, & pulsus abi, miserere tuorum.  
 Non fugis hinc præceps, dum præcipitare potestas?  
 Sunt aliæ innuptæ, thalamis ne crede paratis,  
 Ne pete connubiis natam, dabis improbe pœnas.  
 Ad quæ subridens paucis ita reddidit Heros:  
 Hostis amare, quid increpitas, mortemque minaris?  
 Ne tantos mihi finge metus tam fortibus ausis.  
 Nec mortem horremus, nec nos via fallit euntes,  
 Quo res cumque cadent, nec me sententia vertit.  
 Audentes fortuna juvat: stat, quidquid acerbi est,  
 Morte pati, quo fata trahunt, retrahuntque sequamur.  
 Talia dicentem jamdudum averſa tuetur  
 Causſa mali tanti, multos servata per annos:  
 Qualis gemma micat, sulvum quæ dividit aurum,  
 Inter utramque viam talis se læta ferebat:  
 Ac veluti Pariusve lapis circumdatur auro  
 Arte nova, tales virgo dabat ore colores,  
 Insignis facie, oculos dejecta decoros;  
 Uritur infelix, subitoque accensa furore  
 Stare loco nescit. quis enim modus adſit amor?  
 Nulla Venus, nulli quondam flexere hymenæi;  
 Solus hic inflexit sensus. dum plurima volvit,  
 In partesque rapit varias, famulumne patentis  
 Audeat affari, quæ prima exordia sumat:  
 Incipit effari, mediaque in voce resistit.  
 Versanti potior vix hæc sententia sedit.  
 Custodem ad se, per noctem plurima volvens,  
 Intra tecta vocat, funditque has ore querelas:  
 Quis novus hic nostris successit sedibus hospes?  
 Ire iterum in lacrimas misera & tam dira cupido;  
 En quid ago? aut quamnam spondet fortuna salutem  
 Per tot ducta viros? qui nunc certamine tanto?  
 Umbrarum hic locus est, quo me decet usque teneri.  
 Respice ad hæc, miserere animi non digna ferentis,  
 Ora manulque ambas, defunctaque corpora vitæ,  
 Et funus lacerum, caput, & sine nomine corpus,  
 Argumentum ingens, currusque, rotasque volucres.  
 Falle dolo, dolus an virtus quis in hoste requirat?  
 Accipe, daque fidem: media inter talia verba  
 Luſtantem amplexu molli fovet; hoc decus illi  
 Venturum excidio, vana spe lusit amantem:  
 Tandem pauca refert: tuus, o regina, quid optes,  
 Explore labor. vincant, quos vincere mavis:  
 Teller utrumque caput, mihi jussa capeſſere fas est.  
 Unum pro multis dabitur caput; atque ita fatur.  
 Etgo jussa parat spe multum captus inani,  
 Scilicet id magnum sperans fore munus amanti.  
 Artificis scelus & taciti ventura videbant,  
 Unius in miseri exitium ventura sub axem.  
 Oceanum interea surgens Aurora relinquit  
 Jam Sole infuso, magnæ sub mœnibus urbis.  
 Græcus erat, fama multis memoratus in oris,  
 Nec visu facilis, nec dictu affabilis ulli.

Undique visendi studio, turbante tumultu,  
 Conveniunt quibus aut odium crudele tyranni  
 Aut metus acer erat, puerique parentibus orbi,  
 Et trepidæ matres, & lamentabile regnum,  
 Flent mœsti, mussantque patres, hic cura sororum  
 Pectora mœrentum, quibus est fortuna peracta.  
 Hos inter motus stat ductis sortibus urna.  
 Tunc loca sorte legunt. extemplo arrectus uterque  
 Stat sonipes, ac fræna ferox spumantia mandit.  
 Nec mota: continuo vasto certamine tendunt  
 Custodes læsti, atque arrectis autibus adstant,  
 Orantes veniam: certatur limine in ipso.  
 Atque ea diversa penitus dum parte geruntur,  
 Discessere omnes medii, signoque repente  
 Qua data porta ruunt; sic densis ictibus heros  
 Stridore ingenti, atque oculis vigilantibus exit,  
 Incumbens humero: sonitu quatit ungula campum:  
 Dant animos plagæ, pronique in verbera pendent  
 Pro se quisque viri: tunc cæco pulvere campus  
 Conditur in tenebras, qua proxima meta viarum,  
 Et longum superant flexu, cœcique furore.  
 Inter illis sedent vesano sanguine certant,  
 Regina e spiculis mirò properabat amore,  
 Omnia tuta timens, quamquam fors omnia versat,  
 Audit equos, audit strepitus, timet omnia secum,  
 Præscia venturi, sed spes incetta futuris;  
 Et proni dant lora: volat vi fervidus axis,  
 Liquitur, in medioque ardentem deserit ictu:  
 Carpit enim vires, & hæc ut cera liqueſcit;  
 Excoquitur vitium, tum nititur acer, & instat;  
 Vertitur interea, & scelus expendisse merentem  
 Matres, atque viri, vocesque ad sidera jactant:  
 Dum trahitur, curroque hæter resupinus inani,  
 Radit iter lævum interior, subitoque priorem  
 Præterit & super hæc inimico pectore fatur:  
 Istic nunc metuende jacet, vetitosque hymenæos  
 Suave, pater, frustra que animis elate superbis.  
 En! qui nostra sibi tot jam labentibus annis  
 Servabat senior, nostrasne evadere demens  
 Sperasti te posse manus, circensibus actis?  
 Hic tibi, mortis erant metæ, submitte furorem,  
 Qui juvenum tibi semper erat: speravimus ista,  
 Et tandem læti sociorum ulciscimur umbras.  
 Dixit, & e curru saltum dedit: oculus omnes  
 Excipiunt plausu, cælum tonat omne tumultu;  
 Ipse etiam eximie laudis cum virgine victor  
 Ibat ovans, humeroque Pelops insignis eburno:  
 Tunc vero exaruit juveni dolor ossibus ingens,  
 Olli (sensit enim simulata mente locutam)  
 Nec latuere doli, caput horum & causa malorum;  
 Tunc quassans caput, hæc effundit pectore dicta,  
 Me, [adsum qui feci] merui, nec deprecor, inquit,  
 Spargite me in fluctus. en? hæc promissa fides est.  
 I nunc ingratis offer te, inrise, periclis:  
 His etiam instruxi manibus, deceptus amore.  
 Nusquam tuta fides: varium & mutabile semper  
 Femina. sic fatus liquidas projecit in undas  
 Aeternam moriens famam, quæ maxima semper  
 Dicitur, æternumque tenet per secula nomen.

ALCE



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Ergo aderat promissa dies, lacrimansque, gemensque  
 Debita complebat pesti devota futura,  
 Testatur moritura Deos, stratisque relictis  
 Incubuitque toro, dixitque novissima verba;  
 O dulcis conjux, dum fata, Deusque sinebant,  
 Fortunati ambo, scirent si ignoscere manes,  
 Te propter alia ex aliis in fata vocamur,  
 His lacrimis vitam damus, & miserescimus ultro,  
 Quod te per Superos, & conscia numina veri,  
 Per connubia nostra, per inceptos hymenæos,  
 Adjuto, & repetens iterumque iterumque monebo:  
 O dulcis conjux, castum servare cubile  
 Sis memor, extremum hoc munus morientis habeto.  
 Si bene quid de te merui, lectuinque jugalem  
 Natis pascere tuis. sic, sic juvat ire sub umbras.  
 Hanc sine me spem ferre tui, audentior ibo,  
 Jussa mori feror ingenti circumdata nocte.  
 Hæc sunt, quæ nostra liceat te voce moneri,  
 I decus, i nostrum, melioribus utere fatis.  
 Hæc effata silet, pallor simul occupat ora,  
 Nam quia nec fato, ingeminat jam frigida cymba,  
 Sed misera ante diem, matrum de more locuta,  
 Multa patri mandata dabat solatia luctus.  
 Interea dulces pendent circum oscula nati,  
 Illa manū moriens humeros, dextramque tenebat

Amborum, & vultum. lacrimis ingressus oborris,  
 O dolor, atque decus magnum, sanctissima conjux,  
 In lacrimis evicta meis, per sidera juro,  
 Per Superos, hærent infixi pectore vultus,  
 Verbaque, per Cæli jucundum lumen, & auras,  
 Dum memor ipse mei, dum spiritus hos regit artus  
 Oblitus fatorum, manet alta mente repostum:  
 Quisquis honos tumuli, quidquid solamen humandi est,  
 Servati facimus, semper celebrabere donis;  
 Et cum frigida mors anima seduxerit artus,  
 Ipse tibi ad tua templa feram solemnia dona,  
 Cui tantum de te licuit, neque enim ipsa feretur  
 Fama levis, tantive abolebit gratia facti.  
 Funeris heu tibi causa sui. quas dicere grates  
 Quasve referre parem fati, fortisque futuræ.  
 Aternam moriens famam tam certa tulisti:  
 Contra ego vivendo vici mea fata superstes  
 Morte tua vivens. media inter talia verba,  
 Non lacrimis hoc tempus eget, Cyllenæa proles,  
 Acceleremus, ait; nos stendo ducimus horas.  
 Regina ut tectis venientem conspicit hostem,  
 Agnoscit lacrimans sua nunc promissa reposci,  
 Tempus, ait, Deus ecce Deus! cui talia fanti  
 Delapsus color, atque in ventos vita recessit.

## LAUDES HERCULIS.



Ieridum columen, cujus Parnassia ma-  
 gno  
 Numine templa sonant, læto, precor,  
 huc age, Phœbe,  
 Te conjunge choro penetralia facta so-  
 rorum,  
 Et nova Castalios latices per rura pe-  
 tentum

Hippocrenæum victorem insistere fontem  
 Me fac. namque tuam non nunc novus advena turbam  
 Ingredior, laurosque gerens, & florea fertis  
 Tempora vincita tuis, doctorum munera vatam.  
 Testor adhuc veteres quamvis desuetus honores.  
 Alcides mihi carmen erit, germana Tonantis  
 Progenies, dignus credi post viscera Numen,  
 Semper ob immentos invicti roboris ætius.  
 Nec nasci potuisse vacat. nam lucis in ipsis,  
 Inclÿte, principiis, tardè vix editus ortu  
 Fecisti de patre fidem. sed cur mihi lentis  
 Ludis adhuc Cyrrhea modis, tenerumque resultans.  
 Luxuriante leves impellis pollice chordas?  
 Pone habitum, quo mollis amas: & frondis amatæ  
 Linque nemus. mollique exutus tempora lauro  
 Populea mecum carmen luctare sub umbra.  
 Jam grave plus etiam, quam ventris tempora vellent,  
 Alcmenam tendebat onus. sed regia Juno  
 Impedit, & partus prohibet, nascique verabat,  
 Ut metus ipse Deum monstraret. nec vivida Cali  
 Semina mortales norunt sentire latebras,  
 Nec possunt sufferre moras. datur inde novercæ  
 Materies, gravibusque odiis augmenta ministras,  
 Quod vinci cœpisse pudet. mox improba binos  
 In tua membra iuhet, dum nasceris, ire dracones.  
 Incumbunt celeres illi, squamosaque jussus  
 Armat colla furor: nec quamvis maxima tractu

Tardantur spiris. sequitur pars cetera pectus.  
 Tristis Tartarea vibratur sibilus aura.  
 Morte tubent oculi, trifidisque horrentia linguis  
 Ora sonant, nigrumque fremens levat ira venenum.  
 Quid nunc invictis fraudes innescere fatis,  
 Calicolum Regina, juvat? cur objicis angues?  
 Cur parvo geminos? anne unum posse necari  
 Jam strato Pythone times? licet omnia mundi  
 Monstra voces, ipsamque arces serpentibus Hydram,  
 Defender natura Deum, patremque probabit,  
 Quod non vis conflare, lovem. jamque irrita tetræ  
 Jussa parant implete angues, miseroque furore  
 In tua fara tument: cernit tua membra petentes,  
 Horrescitque parens, numenque ignara creasse  
 Mortali pietate timer. nil sancta superbæ  
 Pellicis insidias Cælo modo freta tremiscas,  
 Neve hæc monstra tibi faciant, Alcmena, pavorem.  
 Sic mater potes esse Dei, jam tolle lætenum.  
 Læta animum, tantoque libens hæc adspice vultu,  
 Ut deceat genuisse Jovem. deponere timorem  
 Indignum partu, natum quæ exemplar habebas.  
 Cui metuis, nil ipse timer. nam numine tecto  
 Ridebas tu, Dive, trucesque, animosque superbos  
 De genitore tenes, vorisque aprissimus orbis  
 Gaudebas tantam jam tum meruisse novercam.  
 Corripis exiguis. mox grandia guttura palmis,  
 Et quamvis teneris, cogens in brachia pondus,  
 Corripis, illidens pressos tellure dracones.  
 Esse at æthereum quantum volent orbis in axem  
 Latoidas, verosque probet sua scubula Divos,  
 Quod Delo jam stare licet. non æqua laborum  
 Gloria, nec parili serpentes sorte necarunt.  
 Illi unum ferro: geminos hic inermis, & unus.  
 His cœptis non ulla parat cunabula partus,  
 Diva, tibi. sed cum totis jam bruma rigeret

labibus, & solid  
 sedum pragelidi  
 que rudis prim  
 Frondosæ deserta  
 terora jam matre  
 sedis, & æthenas  
 Aut funda violenter  
 Exigis, & puram fra  
 manem interea Ne  
 Chimæra ceterur  
 de pallis armab  
 que ferro vires  
 minus esse p  
 quam multo:  
 illum magnæ vid  
 sum fregere mim  
 moru sudit gr  
 Eurythev  
 dum duri voluit  
 undo fortuna fav  
 erat. at nullum  
 que sideros pe  
 mori quam vile  
 & immensæ sc  
 ora sanguineos ar

conita feritate, jul  
 movet arma  
 invadis trepi  
 corripens eliso  
 fractis proster  
 daricomis radiar  
 solum fuso victor r  
 mox turba tras  
 arva metu. juva  
 videre locos  
 & nullis re

META

Arura g  
 or  
 Annue n  
 In quas  
 di  
 Material  
 di

terra tractu  
 canere, atque  
 late refuum  
 tellus quo ci  
 sele distundens  
 affiduo tere  
 hæc, bifido se  
 rapidos cursus  
 fundæ. sed qu  
 hæc, homines  
 Libyen, p



Imbribus, & solidis hærent flumina lymphis,  
 Nudum prægelidis durando firmat in undis.  
 Utque rudis primo tentasti robore gressus,  
 Frondosæ deserta vagus penetralia silvæ  
 Secura jam matre petis, telisque tremendis  
 Ludis, & ætherias adducto dejicis arcu,  
 Aut funda violenter aves, noctemque sub astris  
 Exigis, & puram fractis bibis amnibus undam.  
 Immanem interea Nemeæ per lustra leonem  
 Ipsa Chimæra cretum de gente noverca  
 In tua depastis armabat vota juvenis,  
 Augebatque fero vires, rabiemque juvabat,  
 Naturam minus esse putans. heu quanta virorum  
 Funera! quam multos stravit cum dentibus apros!  
 Non illum magnæ viduatis montibus urbes  
 Armorum fregere minis, Martique domando  
 Assuetas morfu sudit graviore catervas.  
 Hunc gravis Eurystheus ( nam, te quoscumque lebares,  
 Imperium duri voluit sufferre tyranni,  
 Sic mundo fortuna favens ) hunc sternere leto  
 Imperat. at nullum virtus reticenda per ævum,  
 Dignaque sidereos post membra intrare recessus,  
Aut totidem speltas numerant, tristisque lupinos  
Bis duo. sed si par generatim his pondus inesset,

Servarent eadem diversæ pondera gentes:  
Nunc variant. etenim cuncta non sœdere certo

Naturæ, sed lege valent hominumque repertis.  
Scrupula tria drachmam faciunt: quo pondere doctis

Argenti facilis signatur nummus Athenis.  
Holceque a drachma non re, sed nomine differt.

Drachmam si gemines, erit is, quem dicier audis,  
Sicilicus. drachmæ scrupulum si adjecero, fiet

Sextula quæ fertur. nam sex his uncia constat,  
Sextula quum dupla est, veteres dixere puellam.

Uncia fit drachmis bis quatuor. unde putandum  
Grammata dicta, quod hæc viginti & quatuor in se

Uncia habet. tot enim formis vox Græca notatur,  
Horis quot mundus peragit noctemque diemque.

Unciaque in libra pars est, quæ mensis in anno.  
Hæc magno Latio libra est, gentique rogatur.

Attica nam minor est. ter quinque hanc denique drachmis  
Et ter vicenis tradunt explerier unam.

Accipe præterea parvo quam nomine Graii  
**Μυξυ** vocitant, nostrique Minam dixere priores.

Centum hæc sunt drachmæ. quod si decerpseris illis  
Quatuor, efficies hanc nostram denique libram:

Attica quæ fiet, si quartam dempseris hinc, mna.  
Cecropium superest post hæc docuisse Talentum

Sexaginta minas, seu vis, sex millia drachmas:  
Quod summum doctis perhibetur pondus Athenis.

Nam nihil his obolve minus, majusve talento.  
Nunc dicam solidæ quæ sit divisio libræ,

Sive assis. nam sic legum dixere periti.  
Ex quo quod soli capimus, perhibemur habere,

Dicimur aut partis domini pro partibus hujus.  
Uncia nam libræ si deest, dixere Deuncem.

At si sextantem retrahas, erit ille Decuncis.  
Sed nullum reliquo nomen semuncia certum

Dempta dabit. neque enim est hujus sescuncia triplex.

Cumque triens desit, Bessem dixere priores.

Idem Septuncem dempto quincunce vocarunt.

Post hæc Semissis, solidi pars maxima fertur,

Nam quod dimidium superat, pars esse negatur,

Ut docuit tenui scribens in pulvere Musa.

Cætera dicta prius, quibus est semuncia major.

Hæc de ponderibus. superest pars altera nobis,

Humida metiri, seu frugum semina mavis:

Cujus principio nobis pandetur origo.

Pes longo spatio, atque alto latoque notetur:

Angulus ut par sit, quem claudit linea triplex:

Quatuor & quadris medium cingatur inane:

Amphora fit Cubus. quam ne violare liceret,

Sacravere Jovi Tarpeio in monte Quirites.

Hujus dimidium fert Urna, ut & ipsa Medimni

Amphora: terque capit Modium. sextarius istum

Sedecies haurit: quot solvitur in digitos pes.

At Corylas, quas si placeat, dixisse licebit

Heminas, recipit geminas sextarius unus.

Qui quater assumptus, Graio fit nomine **χοϊνιξ**.

Adde duo, **χῆς** fit: vulgo qui est congius idem.

E quo sextari nomen fecisse priores

Crediderim, quod eos capiat sex congius unus.

At Cotyle cyathos bis ternos una recepat.

Sed de abaco nobis id pondus sæpe notatur.

Bis quinæ hunc faciunt drachmæ, si appendere velles.

Oxybaphum fiet, si quinque addantur ad istas.

At Mystrum cyathi quarta est: ac tertia mystri,

Quam vocitant Chemen. capit hæc cochlearia bina.

Quod si mensuræ pondus componere fas est,

Sextari cyathus pars est, quæ est uncia libræ.

Necnon oxybaphi similis sescuncia fiet.

Sicilicumque tibi mystro simile licebit.

Cochlear extremum est, scruplique imitabitur instar.

Attica præterea discenda est amphora nobis,

Seu cadus: hanc facies, nostræ si adjeceris urnam.

Est &, bis decies quem conficit amphora nostra,

Culeus. hac nulla est major mensura liquoris.

Est etiam terris, quas advena Nilus inundat,

Artaba: cui superat modii pars tertia post tres.

Namque decem modiiis explebitur artaba triplex.

Illud præterea tecum cohibere memento,

Finitum pondus varios servare liquores.

Nam libræ, ut memorant, bessem sextarius addit,

Seu pueros pendas latices, seu dona Lyzi.

Addunt semissem libræ liventis olivi;

Selibramque ferunt mellis superesse bilibri.

Hæc tamen assensu facili sunt credita nobis.

Namque nec errantes undis labentibus amnes,

Nec mersi puteis latices, aut fonte perenni

Manantes, par pondus habent: non denique vina,

Quæ

Quod tibi mechanica p  
Ducitur argento, ten  
Quantum inter nodos fi  
Cui cono interius mod  
Ne torus sedeat, totul  
Lineaque a summo ten  
Ducta superbie: tot q  
Quæ scrupulis gravis est  
Hæc cuilibet pores  
Nam si tenuis erit  
Et gravior, plures  
Et si tantundem latic  
Hæc præstabit gravi  
Et tunc  
Quod sit ter septem nu  
Et videas latices, illo  
Et drachma gravior se  
Et refert æqui tantum  
Et gravior superet dr  
Et aut hujus, tere  
Hæc de mensuris:  
Et ipsis veterum pot  
Et altud partium in  
Et Argentum fulvo siq  
Et eorum id sit, quov  
Et Syracusii mens  
Et namque ferunt  
Et solum regi, ex a  
Et pertoque dehinc t  
Et tantundem opit  
Et ingenium civis, s

Et tunc

PA

AD

U  
Nde p  
o  
Quove  
hi  
Nobilita  
C

Et, Romanas int  
Et me virtus ra  
Et quæ, si d  
Et eadem pro  
Et quod imaginibus,  
Et quod pleni nume  
Et, cui vita lab  
Et, cuius laus ef  
Et, qui tantis animu  
Et, quæ tituli non su  
Et, quæ eris: nam  
Et, quæ a Calpo nomen  
Et, quæ Pisonis viderit c  
Et, quæ callosa cum gnu  
Et, quæ cuncta velim, be  
Et, quæ ætherez moles c



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Et firmare jubet centeno iudice caussas :  
 Seu capitale nefas operosa diluis arte,  
 Laudibus ipsa tuis resonant fora, tu quoque Piso  
 Iudicis affectum, possessaque pectora ducis  
 Victor, sponte tua sequitur quocumque vocasti :  
 Flet, si flere jubes : gaudet gaudere coactus :  
 Et te dante capit iudex, quam non habet, iram .  
 Sic auriga solet ferventia Thessalus ora  
 Mobilibus frenis in aperto flectere campo,  
 Qui modo non solum rapido permittit habenas  
 Quadrupedi, sed calce citat, modo torquet in auras  
 Flexibiles rictus, & nunc cervice rotata  
 Incipit effusos in gyrum carperere cursus .  
 Quis non attonitus iudex tua respicit ora ?  
 Quis regit ipse suam, nisi per tua pondera, mentem ?  
 Nam tu, sive libet pariter cum grandine nimbos,  
 Denaque vibrata jaculari fulmina lingua,  
 Seu juvat adstrictas in nodum cogere voces,  
 Et dare subtili vivacia verba catenæ,  
 Vim Laertiadæ, brevitatem vincis Atridæ .  
 Dulcia seu mavis, liquidoque fluentia cursu  
 Verba, nec incluso, sed aperto pingere flore,  
 Inçlyra Nestorei cedit tibi gratia mellis .  
 Nec te, Piso, tamen populo sub iudice sola  
 Mirantur fora, sed numerosa laude Senatus  
 Excipit, & meritas reddit tibi curia voces,  
 Quis digne referat, qualis tibi luce sub illa  
 Gloria contigerit, qua tu, reticente Senatu,  
 Cum tua bisenos numeraret purpurâ fasces,  
 Cæsareum grato cecinisti pectore numen ?  
 Huc etiam tota concurrat ab urbe juvenus,  
 Auditura virum, si quando iudice fesso  
 Turhida prolatis tacuerunt jurgia rebus ;  
 Tunc etenim levibus veluti proludit in armis,  
 Compositisque suas exercet litibus artes .  
 Quinetiam facilis Romano profluit ore  
 Græcia, Cecropiæque sonat gravis æmulus urbi,  
 Testis Acidalia quæ condidit alite muros,  
 Euboicam referens sæcunda Neapolis arcem .  
 Qualis io, Superi, qualis nitor oris amœnis  
 Vocibus ! hinc solido fulgore micantia verba  
 Implevere locos : hinc exornata figuris  
 Advolat, excusso velox sententiâ toro .  
 Magna quidem virtus erat, & si sola fuisset,  
 Eloquio sanctum modo permulcere Senatum,  
 Exonerare pios modo, nunc onerare nocentes ;  
 Sed super ista movet plenus gravitate serena  
 Vultus, & insigni præstringit imagine visus .  
 Talis inest habitus, qualem nec dicere mœstum,  
 Nec fluidum, læta sed tetricitate decorum  
 Possumus : ingenitæ stat nobilitatis in illo  
 Pulcher honos, & digna suis natalibus ora .  
 Additur huc & iusta fides, & plena pudoris  
 Libertas, animusque mala ferrugine purus :  
 Ipsaque possessio mens est opulentior auro .  
 Quis tua cultorum juvenis sæcunde tuorum  
 Limina pauper adit, quem non animosa beatura  
 Excipit, & subito juvat indulgentia censu ?  
 Quodque magis dono fuerit pretiosius omni,  
 Diligis ex æquo : nec te fortuna clientum,  
 Natalesve movent : probitas spectatur in illis .  
 Nulla superbiorum patiuntur dicta socorum :  
 Nullius subitòs adfert injuria risus .  
 Unus amicitia summos tenor ambit, & imos .  
 Rara domus tenuem non aspernatur amicum,  
 Raraque non humilem calcat fastosa clientem ;

Illic casta licet mens, & sine crimine constet  
 Vita, tamen probitas cum paupertate jacebit .  
 Sed lateri nullus comitem circumdate quærit,  
 Quem dat purus amor, sed quem tulit impia merces .  
 Nec quisquam vero pretium largitur amico,  
 Quem regat ex æquo, vicibusque regatur ab illo :  
 Sed miserum parva stipe munerat, ut pudibundos  
 Exercere sales inter convivium possit .  
 Ista procul labes, procul hæc Fortuna refugit  
 Piso tuam venerande domum, tu mitis, & acri  
 Asperitate carens, postoque per omnia fastu,  
 Inter ut æquales unus numeratis amicos :  
 Obsequiumque doces, & amorem quæris amando .  
 Cuncta domus varia cultorum personat arte,  
 Cuncta movent studium, nec enim tibi dura clientum  
 Turba, rudisve placet, misero quæ freta labore  
 Nil nisi summo novit præcedere vulgo :  
 Sed virtus numerosa juvat . tu pronus in omne  
 Pectora ducis opus, seu te graviora vocarunt,  
 Seu leviora juvant, nec enim faciundia semper  
 Adducta cum fronte placet : nec semper in armis  
 Bellica turba manet : nec tota classicus horror  
 Noctæ dieque gemit : nec semper Gnosius arcu  
 Destinat, exempto sed laxat cornua nervo .  
 Et galea miles caput, & latus ense resolvit .  
 Ipsa vices natura subit, variataque cursus  
 Ordinat, inversis & frondibus explicat annum :  
 Non semper fluidis adopertus nubibus æther  
 Aurea terrificis obcæcat sidera nimbis,  
 Cessat hiems, madidos & siccatur vere capillos :  
 Ver fugit ætates : ætatum terga læcessit  
 Pomifer autumnus, nimbis cessurus & undis .  
 Ignea quinetiam Superum pater arma recondit,  
 Et Ganymede repetens convivium mensæ,  
 Popula sumit ea, qua gessit fulmina, dextra .  
 Temporibus servire decet : qui tempora certis  
 Ponderibus pensavit, eum si bella vocabunt,  
 Miles erit : si pax, positis toga gestiet armis .  
 Hunc fora pacatum, bellantem castra decebunt .  
 Felix illa dies, torumque canenda per orhem,  
 Quæ tibi, vitales cum primum traderet auras,  
 Contulit innumeras intra tua pectora dotes .  
 Mira subest gravitas inter fora, mirus ommissa  
 Paulisper gravitate lepos . si carmina forte  
 Nectere ludenti juvat fluitantia versu,  
 Aonium facilis deducit pagina carmen .  
 Sive chelym digitis, & eburno verberare pulsas,  
 Dulcis Apollinea sequitur testudine cantus,  
 Et te credibile est Phœbo didicisse magistro .  
 Nec pudeat pepulisse lyram, cum pace serena  
 Publica securis exultent otia terris .  
 Nec pudeat Phœbea chelys, si creditur illis  
 Pulsari manibus, quibus & contenditur arcus .  
 Ipse fidem movisse ferox narratur Achilles,  
 Quamvis mille rates Priameius ureret heros,  
 Et gravis obstreperet modulatis buccina nervis .  
 Illo dulce melos Nereius extudit heros  
 Pollice, terribilis quo Pelias ibat in hostem .  
 Arma tuis etiam si forte rotare lacertis,  
 Inque gradum clausis libuit consistere membris .  
 Et vitare simul, simul & captare perentem :  
 Mobilitate pedum celeres super orbibus orbis  
 Flectis, & obliquis fugientem cursibus urges,  
 Et nunc vivaci scrutaris pectora dextra,  
 Nunc latus adversum nec opino percutis ictu .  
 Nec tibi mobilitas minor est, si forte volantem

At geminate  
 Et non sperato  
 Heret in hæc  
 Turba repente

Non languere  
 Callidore modo  
 Calculus, & vit  
 Ut nitens nigros  
 Sed tibi quis non  
 Calculus? aut qui

Nil modis acies  
 Non fugit, ipse t  
 Et heret in spec  
 tate, & in præc  
 tantes subit ille  
 ut ipse duos:

Et cæcis & fracta pi  
 tanaque dejecto  
 terea festis, qu  
 zilia, militibus,  
 ut etiam pauco  
 tibi captiva rel  
 prius emento  
 am mea tot laude

Et, & longa juv  
 tiumque tua ge  
 nos, & hoc veri  
 sed si digna tua mi  
 voluisse fat est: ai  
 modo lætas ades,  
 tines dabit ipse fa

et animus: dignare  
 solum petivimus, ne  
 ziosa fames, & he  
 tiant, sed laudis ar  
 ege, cumque tuis  
 tibus certare mi  
 tuz mihi pandis in

naquid prodest gen  
 colore caet? quid  
 tatoris eget, ratis  
 tamenta ferat, ter  
 lit & excusso dim

Et cæcis & fracta pi  
 tanaque dejecto  
 terea festis, qu  
 zilia, militibus,  
 ut etiam pauco  
 tibi captiva rel  
 prius emento  
 am mea tot laude

Et, & longa juv  
 tiumque tua ge  
 nos, & hoc veri  
 sed si digna tua mi  
 voluisse fat est: ai  
 modo lætas ades,  
 tines dabit ipse fa

et animus: dignare  
 solum petivimus, ne  
 ziosa fames, & he  
 tiant, sed laudis ar  
 ege, cumque tuis  
 tibus certare mi  
 tuz mihi pandis in

naquid prodest gen  
 colore caet? quid  
 tatoris eget, ratis  
 tamenta ferat, ter  
 lit & excusso dim

Et cæcis & fracta pi  
 tanaque dejecto  
 terea festis, qu  
 zilia, militibus,  
 ut etiam pauco  
 tibi captiva rel  
 prius emento  
 am mea tot laude



Aut geminare pilam juvat, aut revocare cadentem,  
 Et non sperato fugientem reddere gestu.  
 Hæret in hæc populus spectacula, totaque ludos  
 Turba repente suos jam sudabunda relinquit.  
 Te si forte juvat studiorum pondere fessum,  
 Non languere tamen, lusulque movere per artem,  
 Callidior modo tabula variatur aperta  
 Calculus, & vitreo peraguntur milite bella,  
 Ut niveus nigros, nunc & niger alliget albos.  
 Sed tibi quis non terga dedit? quis te Duce cessit  
 Calculus? aut quis non periturus perdidit hostem?  
 Mille modis acies tua dimicat, ille petentem  
 Dum fugit, ipse rapit: longo venit ille recessu,  
 Qui sterit in speculis, hic se committere rixæ  
 Audet, & in prædam venientem decipit hostem.  
 Ancipites subit ille moras, similisque ligato  
 Obligat ipse duos: hic ad majora movetur,  
 Ut citus & fracta prorumpat in agmina mandra,  
 Clausaque dejecto populetur mœnia vallo.  
 Interea sectis, quamvis acerrima surgant  
 Prælia, militibus, plena tamen ipse phalange.  
 Aut etiam paucis spoliata milite vincis,  
 Et tibi captiva resonat manus utraque turba.  
 Sed prius emenso Titan versetur Olympo,  
 Quam mea tot laudes decurrere carmina possint.  
 Felix, & longa juvenis dignissime vita,  
 Eximiumque tuæ gentis decus, accipe nostri  
 Certus, & hoc veri complectere pignus amoris.  
 Quod si digna tua minus est mea pagina laude,  
 At voluisse sat est: animus, non carmina jacto,  
 Tu modo lætus ades, forsitan meliora tenemus:  
 Et vires dabit ipse favor, dabit ipsa feracem  
 Spes animum: dignare tuos aperire Penates.  
 Hoc solum petimus, nec enim me divitis auri  
 Imperiosa fames, & habendi sæva libido  
 Impulerit, sed laudis amor. juvat, optime, tecum  
 Degere, cumque tuis virtutibus omne per ævum  
 Carminibus certare meis. sublimior ibo,  
 Si famæ mihi pandis iter, si detrahis umbram.  
 Abdita quid prodest generosi vena metalli,  
 Si cultore caret? quid inertis condita portu,  
 Si ductoris eget, ratis efficit, omnia quamvis.  
 Armamenta ferat, teretique fluentia malo  
 Possit & excusso dimittere vela rudente?

Ipse per Ausonias Æneia carmina gentes  
 Qui sonat, ingenti qui nomine pulsat Olympum,  
 Mæoniumque senem Romano provocat ore,  
 Forsitan illius nemoris latuisset in umbra,  
 Quod canit, & sterili tantum cantasset avena,  
 Ignotus populis, si Mæcenate careret.  
 Qui tamen haud uni patefecit limina vati,  
 Nec sua Virgilio permittit nomina soli.  
 Mæcenas Tragico quatientem pulpita gestu.  
 Evexit Varium. Mæcenas alta Toantis  
 Eruit, & populis ostendit nomina Graiis.  
 Carmina Romanis etiam resonantia chordis,  
 Ausoniamque chelyn gracilis patefecit Horati.  
 O decus, & toto merito venerabilis ævo,  
 Pierii tutela chori, quo præside tuti  
 Non umquam vates inopi timuere senectæ.  
 Quod si quis nostris precibus locus, & mea vota  
 Si mentem subiere tuam, memorabilis olim  
 Tu mihi Mæcenas tereti cantabere versu.  
 Possumus æternæ nomen committere famæ:  
 Si tamen hoc ulli de se promittere fas est,  
 Et Deus ultor abest: superest animosa voluntas,  
 Ipsaque nescio quid mens excellentius audet.  
 Tu nanti protende manum: tu Piso latentem  
 Exere. nos humilis domus & sincera parentum,  
 Sed tenuis Fortuna sua caligine celat,  
 Possumus imposuisti caput exonerare tenebris,  
 Et lucem spectare novam, si quid modo iætus  
 Annuis, & nostris subscribis, candide, votis.  
 Est mihi, crede, meis animus constantior annis,  
 Quamvis nunc juvenile decus mihi pingere malas  
 Cæperit, & nondum vigesima venerit ætas.  
 Quod si tam validæ mihi robur mentis inesset,  
 Et solidus primos impleret spiritus annos,  
 Auderem voces per carmina nostra referre,  
 Piso, tuas: sed fessa labat mihi pondere cervix,  
 Et tremefacta cadunt succiso poplite membra.  
 Sed nec olorinos audet Pandionis ales  
 Parva referre sonos, nec, si velit improba, possit.  
 Sis & Aedonia superantur voce cicadæ,  
 Stridula cum rapido faciunt convicia soli.  
 Quare age, Calliope, posita gravitate sœrenti,  
 Limina Pisonis mecum pete: plura supersunt,  
 Quæ laudare velis inventa Penatibus ipsis.



# C A T O N I S D I S T I C H A.

## LIBER PRIMUS.



S I Deus est animus, nobis ut carmina dicunt,  
 Hic tibi præcipue sit pura mente colendus.  
 Plus vigila semper, nec somno deditus  
 esto:  
 Nam diuturna quies vitiis alimenta ministrat.

Virtutem primam esse pura, compefcere linguam:

Proximus ille Deo, qui scit ratione tacere.  
 Sperne repugnando tibi tu contrarius esse:  
 Conveniet nulli qui secum diffidet ipse.  
 Si vitam inspicias hominum, si denique mores,  
 Cum culpent alios, nemo sine crimine vivit.  
 Quæ nocitura tenes, quamvis sint chara, relinque,  
 Utilitas opibus præponi tempore debet.

Con-



Conflans atque levis, cum res exoptulat, esto :  
 Temporibus mores sapiens sine crimine mutat .  
 Nil temere uxori de servis crede querenti :  
 Sæpe etenim mulier, quem conjunx diligit, odit .  
 Cumque mones aliquem, nec se velit ipse moneri ;  
 Si tibi sit charus, noli desistere captis .  
 Contra verbosos noli contendere verbis :  
 Sermo datur cunctis, animi patientia paucis .  
 Dilige sic alios, ut sis tibi charus amicus ;  
 Sic bonus esto bonis, ne te mala damna sequantur .  
 Rumores fuge, ne incipias novus auctor haberi :  
 Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum .  
 Rem tibi promissam certo promittere noli :  
 Rara fides ideo, quia multi multa loquuntur .  
 Cum quis te laudat, iudex tuus esse memento :  
 Plus ali de te, quam tu tibi credere noli .  
 Officium alterius multis narrare memento,  
 Atque aliis cum tu benefeceris, ipse fileto .  
 Multorum cum facta senex & dicta recenset,  
 Fac tibi succurrant, juvenis quæ feceris ipse .  
 Nec cures, si quis tacito sermone loquatur :  
 Consciis ipse sibi de se putat omnia dici .  
 Cum fueris felix, quæ sunt adversa caveto :  
 Non eodem cursu respondent ultima primis .  
 Cum dubia & fragilis sit nobis vita tributa,  
 In mortem alterius spem tu tibi ponere noli .  
 Exiguum munus cum dat tibi pauper amicus,  
 Accipito placide, plene & laudare memento .  
 Infantem nudum cum te natura creavit,  
 Paupertatis onus patienter ferre memento .  
 Ne timeas illam, quæ vitæ est ultima finis :  
 Qui mortem metuit, quod vivit perdit idipsum .  
 Si tibi pro meritis nemo respondit amicus,  
 Incusare Deum noli, sed te ipse coerce .  
 Ne tibi quid desit, quæsitis utere parce :  
 Urque quod est serves, semper tibi deesse putato .  
 Quod præstare potes ne bis promiseris ulli,  
 Ne sis ventosus, dum vis urbanus haberi .  
 Qui simulat verbis, nec corde est fidus amicus,  
 Tu quoque fac simules, sic ars deluditur arte .  
 Noli homines blandos nimium sermone probare :  
 Fistula dulce canit, volucrum dum decipit auceps .  
 Si tibi sint nati, nec opes, tunc artibus illos  
 Instrue quo possint inopem defendere vitam .  
 Quod vile est, charum, quod charum est, vile putato,  
 Sic tibi nec parcus, nec avarus habebis ulli .  
 Quæ culpæ soles, ea tu ne feceris ipse :  
 Turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum .  
 Quod justum est petito, vel quod videatur honestum :  
 Nam stultum est petere, quod possit jure negari .  
 Ignoratum tibi nolito præponere notis :  
 Cognita iudicio constant, incognita casu .  
 Cum dubia incertis versetur vita periculis,  
 Pro lucro tibi pone diem, quicumque laboras .  
 Vincere cum possis, interdum cede sodali :  
 Obsequio quoniam dulces retinentur amici .  
 Ne dubites, cum magna petas, impendere parva ;  
 His etenim rebus conjungit gratia charos . (est :  
 Litem inferre cave, cum quo tibi gratia juncta  
 Ira odium generat, concordia nutrit amorem .  
 Servorum ob culpam cum te dolor urget in iram,  
 Ipse tibi moderare, tuis ut parcere possis .  
 Quem superare potes, interdum vince ferendo :  
 Maxima enim morum semper patientia, virtus .  
 Conserva potius quæ sunt jam parta labore,  
 Cum labor in damno est, crescit mortalis egestas .

Dapsilis interdum notis, charis & amicis :  
 Cum fueris felix, semper tibi proximus esto .

## L I B E R I I .

**T**elluris si forte velis cognoscere cultus,  
 Virgilium legito : quod si mage nosse laboras  
 Herbarum vires, Macer tibi carmine dicet .  
 Si Romana cupis, & Civica noscere bella,  
 Lucanum quæras, qui Martis prælia dicet .  
 Si quid amare libet, vel discere amare legendo,  
 Nasonem perito : sin autem cura tibi hæc est,  
 Ut sapiens vivas, audi quo discere possis,  
 Per quæ semorum vitis traducitur ævum .  
 Ergo ades, & quæ sit sapientia, discite legendo .  
 Si potes, ignotis etiam prodesse memento :  
 Utilius regno meritis acquirere amicos .  
 Mitte arcana Dei, cælumque inquirere quid sit :  
 Cum sis mortalis, quæ sint mortalia cura .  
 Linque metum leti ; nam stultum est tempore in omni :  
 Dum mortem metuis, amittis gaudia vitæ .  
 Iratus de re incerta contendere noli :  
 Impedit ira animum, ne possit cernere verum .  
 Fac sumptum propere, cum res desiderat ipsa :  
 Dandum etenim est aliquid, cum tempus postulat aut res .  
 Quod nimium est fugito, parvo gaudere memento :  
 Tuta mage est puppis, modico quæ flumine fertur .  
 Quod pudeat, socios prudens celare memento,  
 Ne plures culpent id, quod tibi displicet uni .  
 Nolo putes pravos homines peccata lucrari :  
 Temporibus peccata latent, & tempore patent .  
 Corporis exigui vires contemnere noli :  
 Consilio pollet, cui vim natura negavit .  
 Quem scieris non esse parem tibi, tempore cede :  
 Victorem a victo superari sæpe videmus .  
 Adversus notum noli contendere verbis :  
 Lis minimis verbis interdum maxima crescit .  
 Quid Deus intendat, noli perquirere sorte :  
 Quid statuatur de te, sine te deliberat ipse .  
 Invidiam nimio cultu vitare memento :  
 Quæ si non lædit, tamen hanc sufferre molestum est .  
 Esto animo fortis, cum sis damnatus inique :  
 Nemo diu gaudet, qui judicæ vincit iniquo .  
 Litis præteritæ noli maledicta referre :  
 Post inimicitias iram meminisse, malorum est .  
 Nec te collaudes, nec te culpaveris ipse :  
 Hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis .  
 Utere quæsitis modice, cum sumptus abundat,  
 Labitur exiguo quod partum est tempore longo .  
 Inspiciens esto, cum tempus postulat aut res :  
 Stultitiam simulare loco, prudentia summa est .  
 Luxuriam fugito, simul & vitare memento  
 Crimen avaritiæ : nam sunt contraria famæ .  
 Noli tu quædam referenti credere semper :  
 Exigua est tribuenda fides, qui multa loquuntur .  
 Quod potu peccas, ignoscere tu tibi noli :  
 Nam nullum crimen vini est, sed culpa bibentis .  
 Consilium arcanum tacito committe sodali,  
 Corporis auxilium medico committe fideli,  
 Successus indignos noli tu ferre moleste ;  
 Indulget fortuna malis, ut lædere possit .  
 Prospice qui veniunt, hos casus esse ferendos :  
 Nam levius lædit, quicquid prævideris ante .  
 Rebus in adversis animum submittere noli,  
 Spem retine, spes una hominem nec morte ralinquit .  
 Rem tibi quam noscis aptam, dimittere noli :

Fronte

Fronte capillata, p  
 Quod sequitur spect  
 illum imitare Deu  
 Fortior ut valeas,  
 Paucæ voluptati deb  
 iudicium populi num  
 Ne nulli placeas, du  
 Sit tibi præcipue, quo  
 Tempora ne culpes, et  
 iudicia ne cures : nam  
 vigilat sperans,

O quicumque ve  
 Hæc præcepta se  
 præceptis animi  
 sine doctrina vita  
 comoda multa feret  
 mea me scriptorem,  
 recte vivas, ne  
 nostri non es  
 rebus : restis, salve  
 quicumque pot  
 ones blandos, bla  
 veritas veri sana est  
 fugito, quæ  
 cum animus lang  
 pone tuis interdu  
 nolis animo quem  
 ius dictum aut fact  
 solo simili ne te dei  
 tibi fors dederit tabe  
 cædæ serva, ne sis, qu  
 tibi divitæ superan  
 ius facito vivas, t  
 consilium Domini  
 sensum, si prode  
 & in sensu si non e  
 vivas contentus eo, q  
 tem fuge : ne ducas  
 retinere velis, si co  
 horum discite exem  
 fugias : vita est nu  
 potes, id tentes,  
 abar labor, & fru  
 noli haud recte fa  
 tate malos imitari  
 auxilium (sed iniq  
 tum leges cupiunt  
 mto pareris, pat  
 reus tibi sis, ip  
 legas facito, perle  
 munda canunt .  
 mactas fac si, ser  
 loquax, dum  
 tatez noli tu ver  
 tibus, struit infi  
 præcis, sed ne vic  
 a culorum, cum  
 tibi proponas morte  
 tate si non est, fin  
 diligam, si frugi  
 malum est nil  
 non ægra charos  
 autem offensas,



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.


**Continue**

\*Fair usage policy applies



Demissos animo ac tacitos vitare memento:  
 Qua flumen placidum est, forsitan laetius unda.  
 Cum tibi displiceat rerum fortuna ruarum,  
 Alterius spectata quo sis discrimine peior.  
 Quod potes id tenta. nam litus carpere remis  
 Tutius est multo, quam velum tendere in altum.  
 Contra hominem justum prave contendere noli:  
 Semper enim Deus injustas ulciscitur iras.  
 Ereptis opibus noli gaudere merendo,  
 Sed gaude potius, tibi si contingat habere.  
 Est iactura gravis, que sunt, amittere damnis.  
 Sunt quaedam, quæ ferre decet patienter amicum.  
 Tempora longa tibi noli promittere vitæ:  
 Quocumque ingrederis, sequitur mors corporis umbra.  
 Thure Deum placata, vitulum sine crescat aratro:  
 Ne credas placare Deum, dum cæde litatur.  
 Cede locum læsus fortunæ, cede potenti.  
 Cedere qui potuit, prodesse aliquando valebit.  
 Cum quid peccaris, castiga te ipse subinde:

Vulnera dum sanas, dolor est medicina doloris:  
 Damnaris numquam post longum tempus amicum:  
 Mutavit mores, sed pignora prima memento.  
 Gratiot officiis quo sis mage carior esto,  
 Ne nomen subeas, quod dicitur officiperda.  
 Suspectus cave ne sis miser omnibus horis:  
 Nam timidus & suspectis aptissima mors est.  
 Cum fueris servos proprios mercatus in usus,  
 Et famulos ducas, homines tamen esse memento.  
 Quam primum rapienda tibi est occasio prima,  
 Ne rursus quaras, quæ jam neglexeris ante.  
 Morte repentina noli gaudere maiorum:  
 Felices obæunt, quorum sine crimine vita est.  
 Cum coniux tibi sit, nec res & fama labore,  
 Vitandum ducas inimicum nomen amici.  
 Cum tibi contingat studio cognoscere multa,  
 Fac discas multum, vites nescire doceri.  
 Miraris verbis nudis me scribere versus?  
 Hos brevitatis sensus fecit conjungere binos.



# R U F F I N I I V E R S U S

## DE COMPOSITIONE ET METRIS ORATORUM.



Usigenæ numeros vates & metra sequuntur,  
 Orator numeros, hæc illi maxima virtus,  
 Ne vagus errando laudandam nesciat artem.

Rhetoras Aufonios & Grajos dactylus armat.  
 Dactylus armavit Ciceronem, armavit iambus  
 Spondæusque gravis, numeroque aptissime prænan.  
 Temporibusque pares, quamvis & sillaba crescat.  
 Continuos fugito multos (sit versus) eosdem.  
 Optimus orator sequitur ratione poetas,  
 Cognatus virtute sua, metrumque recusans  
 Hic quoque vult numeris voces frenare vagantes.

Doctus Aristoteles prænam laudat utrumque  
 A longa incipiens, primordia pulchra locabit  
 Aspiciere ut verbum est, contrarius ille supremus.  
 Tullius hunc laudat, cui sit penultima longa,  
 Esse trochæus adest, videatur tertius ille,  
 Quem præana vocat, musis devota vetustas,  
 Hic membris melior nostris cui tertia longa.

*Versus ejusdem de numeris & pedibus oratorum.*

Rhetoricas pulchre structuras dochimus ornat,  
 Principium bacchius erit, concludet iambus,  
 Aut vice mutata nomen mutabitur uni,  
 Primus iambus erit, cum finem Creticus explet,  
 Prima brevis, longæque duæ, brevis, ultima longa,  
 Exemplumque artis dabitur res publica nobis,  
 Quam Cicero casu genitivo poære gaudet.

Hoc pede composito laudatur fama pedestris,  
 Ut docet Aufonius orator Tullius ingens.  
 Omnibus iste locis numerum pes efficit aptum,  
 Longa brevem sequitur, longam brevis, adice longam  
 Syllaba prima brevis cum syllaba longa secunda,  
 Tertia longa, brevis quarta, productaque quinta:  
 Tullius orator, ceu multi, dochimon ornat.  
 Creticus, atque trochæus erit qui claudere possunt.  
 Aut spondæus inest, nullo discrimine finis.  
 Principioque trochæon habes, in fine molossium.  
 At finis bacchius erit, brevis ultima claudet.  
 Longa sit anne brevis, nullum discrimen habetur,  
 Ut solet in metris doctus componere vates.  
 Aut adsit numeris pulcher, bis sine trochæus.  
 Sed magis erigitur spondæo clausula fortis.  
 Hanc docet eloquium summi Demosthenis artem.

*Item Versus Ruffini.*

Spondæo narrare solent tibi rhetores acta,  
 Quod gravis & tardus, res gestas mentibus affert,  
 Dactylicis certant pedibus, qui currere possunt.  
 Dicimus egregios Theopompi more labores,  
 Et vitam insignem laudamus Isocratis arte,  
 Hic stilus historiis, hic laudibus aptior hæret.

*De Ambitu sive Circuitu, quem Greci περιόδοι dicunt.*

Dicere musa jubet, me dicere jussit Apollo  
 Circuitum orator quot membris reddere debet.  
 Vos Phœbi comites animis hæc condite vestris,

Et

Et memores de  
 Non unum nat  
 Legibus alteri  
 Quatuor e me  
 Rhetora circuitu  
 Quatuor ex me

Judicis præana n

quis rem dubi  
 his causis

De Theopompo

Rhetoras pulchros

De Theopompo

M

Am n

Excub

Simulus

hor

venturæ metuens

levat sensum vil

que manu tenebra

que focum. Lesi

exulio remaneba

obductæ celabat

et bis pronam sum

ædicit acu stupas hui

et crebris languen

am concepto tenebr

atque manu lame

erat clausa, que p

erat terra frumenti

depromit quant

in odonos excurri

afflitique molz

nam paries illos se

da locat. gemino

& cinctus villos

cauda silices ger

inde manus ope

illio, dextra

æ alidus gyris,

sallicum rapido

causa succedit lev

re vices: modo

quam solatur voc

admat Scythale: h

ena, tota patriam te

rum, labroque te

aha, jacens manu

caulis, spatiosa p

caulis calcanea



medicina doloris,  
 cum tempus amicum;  
 prima memento.  
 carior esto,  
 tur officiperda.  
 tribus horis:  
 illa mors est.  
 creatus in usus,  
 amen esse memento  
 est occasio prima,  
 neglexeris ante.  
 re malorum:  
 crimine vita est.  
 s & fama laboret,  
 omen amici.  
 quoscumque multa,  
 sine doceri.  
 bere veritas?  
 occurrere dicos.

Et memores doctis componite mentibus artem.  
 Non unum natura dedit nos ferre laborem.  
 Legibus alternis, quæ pulchras junxerat artes,  
 Quattuor e membris plenum formare videmus  
 Rhetora circuitum, sic ambitus ille vocatur,  
 Quattuor ex metris hunc versibus aspicias æquum.

De genere judiciali.

Judicis præana refert tibi Tullius aptum.

De genere deliberativo.

Si quis rem dubiam deliberat, armat iambus.  
 Dactylus his causis tibi dicitur aptus utrisque.

De Theophrasto idem Ruffinus metro sapphico sic.

Rhetoras pulchros Theophrastus ornat

Membra dispergens bona dithyrambi  
 Fusa per artes. Anapæstus ista  
 Floret in arte.  
 Longior fluxit numerus per artem,  
 Quem dedit nobis Anapæstus ille.  
 Hinc pedes claros loca dithyrambi  
 Rhetores aptant.

Versus Ruffini.

Craticus aut spondæus erit præave supremus,  
 Dactylus atque trochæus adest, vel cursor iambus,  
 Partibus in cunctis qui ponitur ante supremum,  
 Temporibusque pares hos omnes reddere possunt,  
 Solvere seu longas malis ut syllaba crescat,  
 Rhetoricis Alys placuit his sine trochæus.  
 Principia, & mediæ, & suam tibi doctimus ornat.



# NI MOR ETUM.

S  
 ATORUM.



arum fama pebellis,  
 e Tullius ingens.  
 tam pes est in apram,  
 longam dæris, adice longi  
 a syllaba longa secunda,  
 ra, præcedatque quintar  
 ti, doctum ornat.  
 erit qui claudere possunt  
 lo discrimine his.  
 abes, in sine molosseum.  
 veris ultima claudet.  
 ullum discrimina haberat,  
 componere vates.  
 bis sine trochæus.  
 eo claudula fortis.  
 erit Demolthenis artem.  
 Rufini.  
 me tibi dætoris acls,  
 res gestas mentibus adest,  
 as, qui currere possunt.  
 omni more labores,  
 amus Horæis arte,  
 laudibus aprior heret.  
 præm Graei præcipua  
 ce dicere iussit Apollo  
 membris reddere debet.  
 aris hæc condite vestris.

Am nox hybernas bis quinque perege-  
 gerat hotas,  
 Excubitorque diem cantu prædixerat  
 ales,  
 Simulus exigui cultor cum rusticus  
 horti,  
 Crisia venturæ metuens jejunia lucis,  
 Membra levat sensim vili demissa grabato,  
 sollicitaque manu tenebras explorat inertes.  
 Vestigatque focum: læsus quem denique sensit.  
 Parvulus exulso remanebat stipite fumus,  
 Et cinis obductæ celabat lumina prunæ:  
 Admoveret his pronam summissa fronte lucernam,  
 Et producit acu stupas humore carentes,  
 Excitat & crebris languentem flatibus ignem.  
 Tandem concepto tenebræ fulgore recedunt,  
 Oppositaque manu lumen defendit ab aura,  
 Et reterat clausa, quæ prævidet, ostia clavi.  
 usus erat terra frumenti pauper acervus:  
 Hinc sibi depromit quantum mensura petebat,  
 Quæ bis in octonas excurrit pondere libras.  
 Inde abit assistitque molæ: parvaque tabella,  
 Quam fixam paries illos servabat in usus,  
 Lumina fida locat. geminos tunc veste lacertos  
 liberat, & cinctus villosæ tegmine capræ  
 erverrit cauda silices gremiumque molarum.  
 Admoveret inde manus operi, partitus utramque:  
 læva ministerio, dextra est intenta labori.  
 læc rotat assiduis gyris, & concitat orbem.  
 rita Ceres silicum rapido decurrit ab ictu.  
 Interdum fessæ succedit læva forori  
 Alternatque vices: modo rustica carmina cantat,  
 gressitque suum solatur voce laborem.  
 iterea clamat Scybale: hæc erat unica custos,  
 fra genus, tota patriam testante figura,  
 orta comam, labroque tumens, & fusca colore:  
 ectore lata, jacens mammis, compressior alvo,  
 ruribus exilis, spatiosa prodiga planta:  
 outinuis rimis calcanea scissa rigeabant.

Hanc vocat, atque arsuræ focis imponere ligna  
 Imperat, & flamma gelidos adolere liquores.  
 Postquam implevit opus iustum versatilibus finem,  
 Transfert inde manu fusas in cribra farinas,  
 Et quatit, ac remanent summo purgamina dorso:  
 Subsidiit succera foraminibusque liquatur  
 Emundata Ceres. lævi tum protinus illam  
 Componit tabulâ, tepidas superingerit undas:  
 Contrahit admittos tum fontes, atque farinas  
 Transversat durata manu, liquidoque coacto  
 Interdum grumos spargit sale, jamque subactum  
 Format opus, palmisque suum dilatat in orbem,  
 Et notat impressis æquo discrimine quadris.  
 Infert inde foco (Scybale mundaverat aptum  
 Ante locum) testisque regens superaggerat ignes,  
 Dumque suas peragit Vulcanus, testaque partes,  
 Simulus interea vacua non cessat in hora;  
 Verum aliam sibi querit opem: neu sola palato  
 Sit non grata Ceres, quas jungat, comparat escas:  
 Non illi suspensa focum carnaria juxta,  
 Durati sale terga suis, truncique vacabant:  
 Trajectus medium sparto sed caseus orbem,  
 Et vetus adstricti falcis pendebat anethi:  
 Ergo aliam molitur opem sibi providus heros.  
 Hortus erat junctus casulæ, quem vimina pauca,  
 Et calamo redimita levi munibat arundo:  
 Exiguus spatio, variis sed fertilis herbis.  
 Non illi dæerat, quod pauperis exigit usus:  
 Interdum locuples a paupere plura petebat.  
 Nec sumptus erat illud opus, sed regula curæ.  
 Si quando vacuum casula, pluvia ve tenebant,  
 Festave lux, si forte labor cessabat aratri,  
 Horti opus illud erat. varias disponere plantas  
 Norat, & occultæ committere semina terræ,  
 Vicinosque apte cura summittere rivos.  
 Hic olus, hic late fundentes brachia betæ,  
 Fæcundusque rumex, malvæque inulæque virebant.  
 Hic cicer, & capiti nomen debentia porra.  
 Hic etiam nocuum capiti, gelidumque papaver,



Grataque nobilium requies lactuca ciborum,  
 Et gravis in latum demissa cucurbita ventrem.  
 Verum hic non domini (quis enim contractior illo?)  
 Sed populi proventus erat; certisque diebus  
 Venales olerum fasces portabat in urbem:  
 Inde domum cervice levis, gravis ære redibat,  
 Vix umquam urbani comitatus merce macelli.  
 Cæpa rubens, festique famem domat area porri,  
 Quæque trahunt acri vultus nasturtia morfu,  
 Intubaque, & Venerem revocans eruca morantem.  
 Tunc quoque tale aliquid meditans intraverat hortum:  
 Ac primum leviter digitis tellure resossa,  
 Quatuor educit cum spissis allia fibris.  
 Inde comas apii graciles, rutamque virentem  
 Vellit, & exiguo coriandra trementia filo.  
 Hæc ubi collegit, lætum consedit ad ignem:  
 Et clara famulam poscit mortaria voce.  
 Singula tum capitum numerosa cortice nudat,  
 Et summis spoliat coriis, contemptaque passim  
 Spargit humi, atque abicit: servatum gramine bulbum  
 Tingit aqua, lapidisque cavum demittit in orbem.  
 Hinc salis inspergit micæ, sale durus adeso  
 Caseus adjicitur, dictas superingerit herbas:  
 Et læva vestem setosa sub inguina fulcit.

Dextera pistillo primum fragrantia mollit  
 Allia: tum pariter misto tetit omnia succo.  
 It manus in gyrum: paulatim singula vires  
 Deperdunt proprias, color est e pluribus unus.  
 Nec totus viridis, quia lactea frustra repugnant:  
 Nec de lacte nitens, quia tot variatur ab herbis.  
 Sæpe viri nares acer jaculatur apertas  
 Spiritus, & sumo damnat sua prandia vultu.  
 Sæpe manu summa lacrimantia lumina tergit.  
 Immeritoque furens dicit convitia fumo.  
 Procedebat opus, non jam salebrosus, ut ante,  
 Sed gravior lentos ibat pistillus in orbem.  
 Ergo Palladii guttas instillat olivi,  
 Exiguique super vires infundit aceti,  
 Atque iterum commiscet opus, mistumque retractat.  
 Tum demum digitis mortaria tota duobus  
 Circuit, inque globum distantia contrahit unum:  
 Constat ut effecti species, nomenque moreti.  
 Eruit interea Scybale quoque sedula panem:  
 Quem lotis recipit manibus, pulsoque timore  
 Jam famis, inque diem securus Simulus illam,  
 Ambit crura ocreis paribus, rectusque galero  
 Sub juga parentes cogit lorata juvencos,  
 Atque agit in segetes, & terræ condit aratrum.



Nonius

270

No

fau

Non

in autem lascivum N  
 dens ad cantum cla

No

quod parere vos m  
 tentis? extemploque

Nonis

minus a declitali lau

No

Nam ut  
 & præda per p  
 ca d.

A J

Non

ca videtur quod sit

POE-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



LIVII ANDRONICI  
HERMIONA.

*Nonius in Fnas.*

Obsecro te, Anticile, matri ne quid tux adversus fuas.

J O N E.

*Priscianus in Præcipem.*

Seque in alta maria præcipem  
Inops, ægra sanitatis herois.

*Terentianus de carmine Miuro.*

Et jam purpureo suras include coturno,  
Baltheus & revocet volucres in pectore sinus:  
Presaque jam gravida crepitent tibi terga pharetra.  
Dirige odorisequos ad certa cubilla canes.

L A O D A M I A.

*Priscianus in Pellicuit.*

Aut  
Nunc quæpiam alia te Ilio,  
Asiatico ornatu adfluens,  
Aut Sardonio aut Lydio  
Fulgens decore & gloria,  
Pellicuit.

L Y D I O.

*Festus in Scena.*

Corruit quasi ictus scena, haud multo secus.

O D Y S S E A.

*Priscianus in Daps.*

Quæ hæc daps est? quis festus dies?

*Priscianus in Celer.*

At celer hasta volans perrumpit pectora ferro.

*Priscianus in Puera.*

Mea puera, mea puera, quid verbi ex tuo ore profugit?

*Priscianus in Gavisi.*

Quoniam audivi paucis gavisi.

*Nonius in Fite.*

Fit quoque fitum est.

*Priscianus in Nexebant.*

Nexebant multa inter sese flexu nodorum dubio.

*Festus in Noegeo.*

Simulac lacrymas de ore noegeo deterfit.

F R A G M E N T A.

*Priscianus in Carnis.*

Carnis ait, vinum quoque quod libabat, antlabatur.

*Priscianus in Superus.*

Inferus aut superus tibi fert deus funera Ulysses.

*Priscianus in Escas.*

Arque escas habemus mentionem.

*Priscianus in Monetas.*

Nam diva monetas filiam docuit.

*Priscianus in Latonas.*

Mercurius, cumque eo filius Latonas.

*Priscianus in Laertie.*

Neque enim te oblitus sum, Laertie noster.

*Gellius L. VII. C. VII.*

Ibi denique vir summus adprimus Patroclus.

*Gellius ibidem.*

Parcentes præmodum.

*Festus in Nequinunt.*

Partim errant, neque nunc Græciam redire nequunt.

*Priscianus in Mando.*

Quum socios nostros mandisset impius Cyclops.

*Priscianus in Filie.*

Pater noster Saturni filie.

*Priscianus in Puer.*

Sancta puer Saturni filia regina.

P O L Y M E T R I S.

*Priscianus in Versi.*

Omnes sunt denis syllabis versi.

PROTESILAO vel PROTESILAO DAMIA.

*Priscianus in Obitus.*

Cupidus miserulo obito.

*Gellius Lib. XII. C. X.*

Claustitimum.



*Festus in Redivia .*

Scabra in legendo rediviosave offendens .

*Festus in Procitum .*

Matrem procitum plurimi venerunt .

*Festus in Ocris .*

Sed qui sunt hi , qui ascendunt altum Ocrim  
Celsosque Ocris , arvaque patriæ , & mare magnum .  
Namque Tanari cello Ocris .  
Haud ut quem Chiro in Pelio docuit Ocri .

*Nonius in Disertim .*

Tumque mihi narrato omnia disertim .

*Nonius in Polubrum .*

Argenteo polubro , & aureo , & glutro .

*Priscianus in Attestari .*

Impubes , libripens esse non potest , neque attestari .

*Priscianus in Puerarum .*

Puerarum manibus confectum pulcherrime .

limavit

*Priscianus in Calypso .*

Apud Nympham Atlantis filiam Calypsonem .

*Nonius in Quisquis .*

Mulier , quisquis es , te volumus .

*Festus in Adfatim .*

S . Adfatim edi , bibi , iusi .

*Nonius in Antlare .*

manus . Florem antlabant Liberi ex carchesiis .

*Festus in Nefrendes .*

Quem ego nefrendem alui , lacteam immulgens opem .

*Festus in Quinquertiones .*

it .

Quinquertiones præco in medium vocat .

*Festus in Vecerra .*

Vecorde & malefica vecordia .

*Idem in Dusmoso .*

Dusmoso in loco .

*Nonius .*

Tu cornifrontes pascere armentas soles .



Idem.

Quænam illa suavitas, quænam consortio est?

Isidorus Orig. Lib. XIX. cap. IV.

Tuncque remos iussit religate struppis.

Festus.

Surregit. Sorctus.

Idem.


Dacrimas. Dautia.

Idem.

Demus: pro demum.

Idem.

Gnarigavit.



# E N N I I

## FRAGMENTA ET EPIGRAMMAT

### ANNALIUM LIBER PRIMUS.



Orrida Romoleum certamina pango duellum.

Horatius, & Porphyrio ad Sat. II. Lib. I.

Audeire esto perai pretium'procedere recte  
Quei rem Romanam Latiumque augescere voltis.

Varro L. L. Lib. VI.

Musai, quai pedibus magnum pulsatis olumpum; Adeste

Et quas commemorant Casmoinas esse

I.unai portum est operai cognoscere ceives

Cicero in Lucullo.

veivus Homerus adesse poeta,  
Hei mihi qualis erat! quantum mutatus ab illo!

Varro R.R. Lib. III.

Septingentei sunt paullo plus vel minus annei,

Sosipater in Pavus.

Quom meminei fereci me pavom

Cicero in Bruto.

Scriptare aliei Rem  
Vorribu', quos olim Faunei Vatesque canebant,  
Quom neque Musarum scopolos quisquam superarat,  
Nec dictei studiosus erat

ante hunc

Nam latos populos, res, atque poemata nostra

Cluvebat

Nos aufei referate

Nec quisquam Sophiam, Sapia quai perhibetur;  
In somneis veidit priu', quam sam discete coipit.

neque me decet hic carinantibus edere carteis.

Nonius in Parumper.

Te nunc sancta precot Venus & genetrix patri' nostri,  
Ut me de coilo veivas cognata parumper;

Nonius in Horam.

Teque Quireine pater veneror, Horamque Quireinei

Macrob. Lib. VI. cap. I.

Teque pater Tibereine tuo cum flumine sancto.

Mavors

Daidala

Menerv

Priscianus in Veter.

Quom veter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo

Corpore Tartarino prognata Paluda Virago,  
Quoi par Imber & Ignis, Spiritus, & gravi' Terra

Varro R. R. Lib. VI.

Quaique freto cava coiroleo corteina recepit:

Quos omneis Erebo perhibent & nocte creatos



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



*Priscianus in Celerissimus.*

Exit per terras postquam celerissamu' rumor

*Festus in Sas.*

Virgine' nam sibi quisque domos Romanu' rapit fas

Quis pater aut cognatu' volet vos contra tuerei?

*Nonius in Vultum.*

Avorsabuntur semper vos vosaque volta

*Nonius in Ratus.*

Occiduntur, ibus potitur ratu' Romolu', pra'idam

Dispertit . . . . .

*Macrobius Lib. VI. Cap. I.*

Quom superum lumen nox intempesta teneret

Adgrettus farei:

*Varro L. L. Lib. IV.*

Deivumque hominumque pater, rex,

*Macrobius Lib. VI. C. I.*

. . . s . Saturno sancte create,

Quei coilum vorfas stelleis folgentibus aptum;

. . . . . qui folmine ciato

Omnia per sonitus arces . . . . .

*Festus in Orare.*

. . . . . face vero, . . . . .  
Quod te cum precibus pater oro . . . . .

. . . . . Rex deinde citatus  
Convellit sese . . . . .

Flentes, plorantes, lacrumantes, obtestantes:

*Gellius Lib. XIII. Cap. XXI.*

. . . s . . . . . Neriene Mavortis

*Priscianus in Te.*

O Tite tute Tati tibi tanta turanne tulistei

*Festus in Sum.*

Ast te, non ut sum, summam servare decet rem

*Sospater.*

Alternum feritote diem concorditer ambo

*Macrobius Lib. VI. C. I.*

Accipe, daque fidem, fidusque ferei bene firmum

. . . . . Tatienses . . . . .

*Seneca Epist. CIX. Lib. XIX.*

. . . . . quem super ingens  
Porta tonat coilei . . . . .

Transnavit citu' per teneras caleiginis auras

*Apuleius de Deo Socratis.*

Juno, Vesta, Ceres, Deiana, Menerva, Venus, Mars,  
Mercurius, Jovi', Neptunus, Volcanus, Apollo

*Festus in Sos.*

Constitit inde locei propter sos Dia Dearum

Unus erit, quem tu tolles in coitola coilei  
Templa . . . . .

Respondet Juno Saturnia sancta Dearum

*Cicero Tusc. Qua. Lib. I.*

Romoius in coilo cum Dis genetalibus aivom  
Degat . . . . .

*Isidorus Lib. XV. Cap. I.*

. . . . . Hujus nate auspiciis illa inciuta Roma .

*Incerto loco.*

. . . . . <sup>P-es</sup>  
pe--de r:  
Ennius lib. 1. <sup>a</sup>  
narium . . . . .

## F R A G M E N T A L I B. I

*Lactant. Lib. I. Cap. XVI.*

. . . . . O Romole, Romole, dic o  
Qualem te patriai custodem Di genuerunt!  
Tu produxistei nos endo luminis oras:  
O Pater, o Genetor, o Sanguen Dis oriundum

*Priscianus in verbo Mis.*

Ingens coira mi' cum concordibus aiquiparare

*Festus in Quadrata.*

Ecquis exter erat, Romai regnare quadratai

*Cicero de Divinatione Lib. II.*

Quom tonuit laivom bene tempestate serena,

Contremuit templum magnum Jovis Altitonantis

*Varro in Olli.*

Olli respondet suavis sonus Aigeriai

*Idem in Ancilia.*

Mensas constituit, idemque Anceilia preimus,



. . . . . cairola prata


*Festus in verbo Quiescentibus.*

Ostia moenita est; Idem loca navibu' polcreis  
Munda facit, Nauteisque mari quaisentibu' veitam

*Cicero de Nat. Deor. Lib. III.*

Europam Libuamque rapax ubi deividit unda,

. . . Et Tiberis flumen vomit in mare falsum



## FRAGMENTA LIB. III.

**H**ic denseis Aquila penneis obnixa volabat  
Vento, quem perhibet Grajum genus aera lingua

*Festus in Sis.*

Postquam lumina sis oculis bonus Ancu' releiquit;

Tarquinio dedit imperium simol & sola regnei

*Gellius Lib. I. Cap. XXII.*

Inde sibi memorat unum superesse laborem

*Gellius, Lib. XVI. Cpa. X.*

Proletariu' poblicitus scuteisque feroque  
Ornatur ferro; moeros, urbemque, forumque  
Excubieis coitat . . . . .

*Macrobius Sat. Lib. VI. Cap. I.*

Postquam defessei sunt, stant & spargere sese  
Hafleis, ansateis concurrunt undique teleis

*Priscianus in Tondeo.*

Deque totondit agros laitos atque oppida cepit

*Festus in Sos.*

Circum fos quai sunt magnai gentes opulentai

*Servius in Virgilium, Donatus in Teren.*

. . . . . Postumque turannei  
Tarquiniei corpus bona femina lavit & unxit

*Festus in verbo Prodeinunt.*

Prodeinunt famolei, tum candida lumina lucent

Olim de coilo laivom dedit inclutu' signum

*Macrobius Sat. Lib. I. Cap. IV.*

Hac noctu feilo pendeat Etruria tota

. . . . . Infomnia . . .

Haut temere' st, quod tu trisei cum mente gubernas



Deducant habileis radios feilo-gracilento

. . . . . Interea fax

Occidit . . . . .

Coilum prospexit stelleis folgentibus aptum

Deitiu' supplicium sceleris violentia poscit



## FRAGMENTA LIB. IV.

. . . . . Reges odisse superbos

*Cicero de Oratore Lib. III.*

*Non. in Humu.*

In pavimento non audes facere lacunam, at in humu calceos facis elixos.

*Nonius in Habere.*

Saltem infernus tenebrosus χίμωνσχιακός tenet, atque habet homines sollicitos, quod eum pejus formidant, quam fullo ululat.

*Non.*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



ramices rumpit.

*Non. in Equise, & in Tolutim.*

Nam ut equus, qui ad vehendum est natus, tamen hic traditur magistro, ut equiso doceat tolutim.

*Non. in Tristem.*

Illud vero quondam meæ, ut ego non metuam fulmen, non haruspicem tristem, simulac dici non quero.

### TRIPHALO.

*Non. in Longurio.*

Ego nihil narro, adeo hic ita curat, qui nunc est nescio qui longurio.

### VÆ VICTIS.

*Non. in Accusativis.*

Libet me epigrammata facere, & quoniam nomina non memini, quod in solum mihi venerit ponam.

*Non. in Cestis.*

Dicat pugil, spectatores, qui miserum putatis vinci, quero a vobis, si adversarius supercilia cestis discobinarit, num quis vestrum suam mihi est daturus?

Quis rotundam facere ferram nequeat?

### VINALIBUS. ΠΕΡΙ ΑΦΡΟΔΙΣΙΩΝ.

*Non. in Sartores.*

Nec enim sic vide, utrum mercedem accipit is, qui meas venit segetes ut sarriat, an ego ab illo.

Sic ego centussum sartor, si tu plus laboras quam ego do.

### VIRGULA DIVINA.

*Non. in Sparagus.*

Oleum in lucubrationem servavimus, quod in sparagos totum legitime vertamus.

*Non. in Vilis.*

Atabos quum volucres venit apud illos usque ad limina indica vilis. *aliter legitur.* Ad quos cum volucris ventus eos usque ad limina nitidabilis.

*Non. in Pradius.*

Primum venit in urbem, atque intra muros: deinde accedit propius, atque introit domum.

*Non. in Legere.*

Sed pancarpineo cibo coacto libamenta legens caduca victus.

*Non. in Fritiniars.*

Et pullos peperit fritinientes.

*Non. in Levare.*

Quos non iusta novo levata pascat.

*Non. in Penula.*

Non querenda est homini, qui habet virtutem, penula in imbri.

*Non. in Sagus.*

Quum neque aptam mollis humeris fibulam sagus ferret.

*Non. in Murmurari.*

Præsertim quum ventrem meum coerceam, nec murmurari patiamur.

### EX INCERTIS LIBRIS.

*Nonius.*

Quum dixisset vitulus, ecce caldis pedibus quidam navicularius semiustularus irrupit se in curiam.

*Idem.*

Cujus ibi annis multismasculi vestigium inventum est.

*Non. in Tergiversari.*

Itaque illa tergiversari non sinent, secumque rapient.

*Idem in Terta.*

Terta nitet galea.

*Idem in Fulmentum.*

Fulmentum lectum scandant.

*Idem in Exordium.*

Vitæ cursum ut cognoscere possem, & quæ servitutis & libertatis ab origine ad exodium ductæ.

*Idem in Morficatim.*

Sicut pulli, sic incedunt, & in labellis morficatim ludunt.

*Idem in Palitiones.*

Quid mirum, si ex agri depolitionibus ejiciuntur, quum hic in cœnaculo polito recipiantur?

*Idem in Temperatura.*

Quero te, utrum hoc adduxerit cœli temperatura, an terræ bonitas.

*Idem in Castus.*

Et religiones & castus id possunt, ut ex periculo eripiant nostro.

*Idem*



ISENTA,  
 s.  
 a. Latus.  
 a. pascat.  
 Penula.  
 si habet virtute penula.  
 s. Sagax.  
 numeris tibulam sagus ferret  
 neam corceam, nec mur-  
 TIS LIBRIS.  
 vici.  
 se caldis pedibus quida  
 s. irupit se in curiam  
 aem.  
 sculi vestigium iuventum est.  
 loent, secumque rapiunt.  
 a. Tertia.  
 s.  
 s. Extratum.  
 e. p. s. &  
 e. ad. aduina  
 a. labellis mortificam lodant.  
 s. Politiones.  
 politionibus ejiciuntur que  
 no recipiunt?  
 cerix cœli temperantia,  
 a. Cœli.  
 possunt, ut ex periculo:

M. TER. VARRONIS

*Idem in Dormitio.*

Quid mihi somno, si dormitio tollitur?

*Priscianus in Utor.*

Utile utamur potius, quam ab rege abutamur.

*Priscianus in Hortari.*

Ab amicis hortaretur.

*Idem in Adminiculati.*

Tribunitio auxilio adminiculati.

*Idem in Conspicatur.*

Paupertas enim hæc tum non ita nutrita, ut nunc  
conspicatur.

*Idem in Consequuta.*

\* Vestales incesti compertas anfa petuntur, incognita,  
consequuta negliguntur.

*Diomedes Lib. I.*

Pecorina delitæ literæ.

*Idem ibidem.*

Affectatus est regnum.



C. CÆSARIS DICTATOR.  
FRAGMENTA.

*Suetonius in Vita Terentii.*

**T**U quoque tu in summis. o dimidiate Menander,  
Poneris, & merito, puri sermonis amator.  
Lenibus atque utinam verbis conjuncta foret  
vis  
Comica, ut æquato virtus polieret honore  
Cum Græcis, neque in hac despectus parte jaceres.

FRAGMENTA: 4r

ALIQVOT FRAGMENTA ADDEN-  
DA vel MUTANDA.

*Nonius in Comest.*

Natura humanis omnia sunt paria.  
Qui pote plus, arguet: pisces ut sæpe minoros  
Magnu' comest, ut aves entecat accipiter.

ΤΑΦΕ ΜΕΝΙΠΠΟΥ.

*Non. in Linquere.*

Menippus ille nobilis quondam Canis  
Hic liquit omnes homines in terræ pila.

DE IMAGINIBUS.

*Gellius Lib. III. Cap. XI.*

Capella Homeri candida hæc tumulum indicat:  
Quod hac letæ mortuo faciunt facta.

HEBDOMADIBUS.

*Non. in Lucet.*

Hic Demetrius aeneas tot aptu' st,  
Quot lucet habet annus absolutus.

Unum hoc maceror, & doleo tibi deesse, Terenti.

*Scriverius ex Membranis.*

Feltria perpetuo nivium damnata rigori,  
Forte mihi posthac non adeunda vale.

Favente tibi me, victus es Laberi a Syro.



# T I T I N N I I

## F R A G M E N T A.

ARATRO, AUT FORTASSE BARATHRO,  
AUT BARBATO.

*Non. in Dativis.*

Bi ambitioni virtuti videas antecedere.



*Festus in Solox.*

Lana soloci ad purpuram data.

*Sospater in Medio fidio.*

Id necesse respondet edi pro edius fidius.

*Idem in Noctu.*

Noctu diuque ait.

*Idem in Præpositionibus.*

Priusquam auro privatæ purpuram quæ abteximus.

B A R B A T O.

*Non. in Uni.*

Quod quidem pol mulier dicit. namque uni collegii  
fumus.

*Idem in Phrygio.*

Phrygio fui primo, beneque id opus scivi: reliqui acus  
aciasque hero atque heræ nostræ.

*Idem.*

Ita spurius animatur in prælium, veles equis recepit se,  
nec ferit quemquam hostem.

C Æ C O.

*Sospater in Seminatum.*

Ita seminatum fugi atque effugi patrem.

D I V O R T I O.

*Non. in Promissa.*

Cui exacta ætate sponsa sit desponsa.

F E R E N T I N A T I.

*Prisc. in Labris.*

Craticula, cerebellum lactis agnina.

F U L L O N I A.

*Non. in Fuam.*

Perii hercle vero Tiberi, nunc testum obsecro ut mihi  
subvenias, ut ego maialis fuam.

*Idem in Pernitere.*

Jampridem egressa ut permitteris.

*Idem in Argutari.*

Terra hæc est nova, qua ubi tu solitus argutari pedibus,  
cretam dum competcis, vestimenta que levas.

*Idem in Contempla.*

Specula formam, atque os contempla meum.

F U L L O N I B U S.

*Idem in Toga.*

Quæ inter decem annos nequissi tuam togam detexere.

*Idem in Comest.*

Ego me mandatum meo viro male arbitror,  
Qui rem disperdit, & meam domum comest.

*Idem in Persimile.*

Formicæ pol persimile est rusticus homo.

*Idem in Diu.*

Nec noctu nec diu licet fallonibus quiescant.

*Idem in Putatam.*

Da pensam lanam, qui non reddet tempore putatam  
recte, facite ut multetur malo.

*Idem in Ferox.*

Videam ego te virginem formosissimam esse, sponso esse  
superbam, forma ferocem.

*Idem in Questi.*

Ni nos texamus, nihil est, fallones, nobis questi.

*Idem in Patibulam.*

Si quispiam hodie præter hanc, posticum nostrum pe-  
puls-

E  
Idem  
lenone  
ad cer  
Idem  
rite ades, ablegite  
Idem  
phonia odiosum tan  
Pa  
hor pueras has nocte  
N  
s com scorto confi  
pubeo, rustica roge  
Idem  
quam factus maritu  
etiam uxorem pau  
Idem  
autem, inquit, in  
Idem  
aliquis vestrorum n  
ret, adibus facessat  
Idem  
largus sermo habetur,  
Idem  
tam agebant satis e  
comest sola uxor.  
Idem  
Klar credo advorsum  
Idem  
ceceratis parasitum  
Idem  
Castor, si morat  
majoribus.  
Idem  
Idem te patrocinari



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



T I T I N N I  
P S A L T R I A.

*Priscianus Lib. II.*

Ferentinatis populus Græca studet.

*Non. in Grave.*

Gravique obsonio convivas.

*Idem in Lavite.*

Manus lavite mulieris, & capita velate,

*Idem in Lactes.*

Fartacula, cerebellum, lactes agninas,

*Idem in Succumboneum.*

Contemplari ancillas quam arbitrer illarum succuboneum esse.

*Idem in Genitivis.*

\* Dicis tu quæso, quo a te avortisti mei fastidis, si meæ delicæ.

Q U I N T O.

*Idem in Uti.*

Item uti eum oportet libertatem qui sapit,

*Idem in Delicere.*

Quod ea parasitus habeat, qui illum sciat delicere, & noctem facere possit de die.

*Idem in Delicere.*

Quid istuc est? aut quid istic sibi vult sermo? mater delica.

*Idem in Festinem.*

Nunc hoc uror, nunc hæc res me facit festinem,

*Idem in Facitur.*

Quanta stultitia cupidinis petunt consilium, bonæ gratia ut parvifaciatur.

*Festus in Oscum.*

Oscæ & Volscæ fabulantur: nam Latine nesciunt.

S E T I N A.

*Sospater Lib. II.*

An quia Pol ædepol fabulare, edi, medi.

*Idem in Publicitus.*

Statui statum publicitus.

F R A G M E N T A:

*Idem.*

Paula mea amabo, pol tu ad laudem addito: præfiscini ne puella fascinetur.

*Idem in Architecton.*

Infensus architectoni.

*Idem in Quo.*

Quo avolavit gallus gallinaceus?

*Festus in Mullei.*

Jam cum mulleis te ostendisti, quos tibiatis in calceos,

*Nonius in Oreæ.*

Etsi tacebit, tamen gaudebit sibi permitti oreas.

*Festus in Redivia.*

Lassitudo conservum rediviæ flagri.

*Nonius in Cumatilis.*

Et quem cumatilis colos deceat.

*Idem in Tale.*

Accede ad sponsum audaciter, virgo nulla est, tale etiam est.

*Non. in Fervit.*

Sapientia gubernator navem torquet, non valentia. cocus magnum abenum, quando fervit, paula confutat trua.

*Idem in Itum.*

Itum, gestum, amictum videbant ejus.

*Idem in Nevult.*

Ipsus quidem hercle ducere sane nevult.

*Idem in Frons.*

Quasi hermaphroditus fibriatum frontem gestas.

T I B I C I N A.

*Sospater in Peregra.*

Ut hic legatus abit peregre publice.

V A R O.

*Non. in Dapalis.*

Toto fit in foco de lignis mihi dapalis cœna.

*Idem in Latiolente.*

Latiolente flocci fiet & cuculator.

V E L I

*Idem*

*per pestes senio & iurgia*

*Idem*

*per duo postica, quæ lo*

*Idem*

*ensam atque m  
m fingere ejus su*

*Idem in*

*occupa foras exire, u*

*Idem*

*per & cingula obun  
bit fatidos.*

*Idem*

*per hostes fugavit, spol*

*Idem*

*per aucupavi, plenas a*

*Idem in*

*per*

*Idem*

*per il  
tibus.*

*Idem in*

*per esse votum  
si condemna*

EX INCE

*Non.*

*per dolenti aliquid que  
per lictales, aut form*

*Festus in*

*per tibi cantandum, fac*



*Idem in Cannensem.*

Cannensem cursorem.

*Idem in Mirior.*

Mitior inquam tibi videor.

*Idem in Tentipellium.*

Tentipellium inducis, rugæ in ore extenduntur.

*Idem in Rictus.*

Cave exporge frontem, habeat semper factos rictus.

*Idem in Lens.*

Lenti calido duella trapula, romice.

*Idem in Osculana.*

Hæc quidem quasi osculana pugna est secus, quia hinc fugere impulsæ, spolia colligunt.

*Non. in Factio.*

Sed jam metuo hercle ne nimis stuite fecerim, qui ex tanta factione atque opibus ea sum ausus aggredi.

*Priscianus in Nemo.*

Quod rogas neminem decet bonam.

*Festus in Pedicosus.*

Rus detrudetur pedicosus, squalidus.

*Festus in Succrotilla.*

Fœminina fabula, succrotilla vocabula.

*Idem in Tam.*

Bene quum facimus, tam male subimus, ut quidam perhibent viri.

*Idem ibidem.*

Quamquam estis nihil, tam escator simul vobis consului.

*Idem in Pergræcari.*

Hominem improbum, nunc ruri pergræcatur.

*Idem in Succerda.*

Quid habes nisi unam arcam sine clavi? eo condis succerdas.



# Q. CICERONIS

## FRAGMENTUM.

*Scaliger.*

**F** Lumina verna ciet obscuro lumine Pisces,  
Curriculumque Aries æquat noctisque diique;  
Cornua quem comunt florum prænuncia Tauri.  
Aridaque æstatis Gemini primordia pandunt.  
Longaque jam minuit præclarus lumina Cancer.  
Languisusque Leo proflat ferus ore calores.  
Post modicum quatiens Virgo fugat atra vaporem.  
Autumni referat partes, æquatque diurna  
Tempora nocturnis dispenso sidere Libra.

Et fœtos ramos denudat flamma Nepai.  
Pigra sagittipotens jaculatur frigora terris.  
Bruma gelu glacians jubare spirat Capricorni.  
Quem sequitur nebula; rorans liquor altus Aquarii,  
Tanta supra citraque vigent ubi flumina, mundi  
At dextra, lævaque ciet rota fulgida solis  
Mobile curriculum: & Lunæ simulacra feruntur.  
Squama sub æterno conspectu torta Draconis  
Eminet; hunc inter fulgentem sidera septem  
Magna quatit stellans: quam servans ferus in alta  
Condatur Oceani ripa cum luce Bootis.

# C. CASSII PARMENSIS

D R P H E U S.

*Burmianus.*

**A**rgutz primum cum plectra parentis, & auro  
Distinctam sumpsit citharam Rhodopeius Heros,  
Ridebant segnes pulsus, digitoque micantes  
Serius, & chordis indoctæ diffusa vocis.  
Mox pudor exardens, & gloria dulcis honesti  
Lusibus avertit puerilibus. omnis & illuc  
Pêrditus incumbens. Musæ paltebat amore:  
Et nunc maternis inhiat, nunc ille paternis

Canibus: hinc illinc discens dependet utrimque.  
Nulla Venus faciem cepit mentira dolosis  
Compedibus. somni fuerat, parcusque Lyæi.  
Donec ridiculus dudum modulamine silvas,  
Evulsosque suis scopulos radicibus egit.  
Ausus & ire viam viventibus inconcessam,  
Pœnarum oblitus demulsit carmine manes.  
Non levis adscensus, si quis perat ardua. sudor  
Plurimus hunc tollit nocturno exsomnia olivo  
Immoritur. jactat, quod mox laudaverat in se,  
Qui cupit æternæ donari frondis honore.

# C. LICINI CALVI

## FRAGMENTA.

*Gellius Lib. IX. Cap. XII.*

**D**Urum rus fugis & laboriosum.

*Macrobius Sat. Lib. III. Cap. VIII.*

Pollentemque deum Venerem.

*Africanus.*

Et talis Curius pereruditus.

*Sospater Lib. I.*

Vaga candida nympa quod secet ungui.

*Prubus.*

Mens mea dira sibi prædicens omnia vecors.

*Idem.*

Frigida jam celeris vergatur Vestinis ora.

*Priscianus in Jubar.*

Hesperium ante jubar quatiens.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



# M. FURII BIBACULI FRAGMENTA.

*Suetonius de claris Grammaticis.*

**S**I quis forte mei domum Catonis,  
Depictas minio assulas, & illos  
Custodes videt hortuli Priapos;  
Miratur, quibus ille disciplinis  
Tantam sit sapientiam assequutus,  
Quem tres cauliculi & selibra farris,  
Racemi duo, regula sub una,  
Ad summam prope nutriant senectam.

*Idem ibidem.*

Catonis modo, Galle, Tusculanum  
Tota creditor urbe venditabat.  
Mirari sumus, unicum magistrum,  
Summum grammaticum, optimum poetam,

Omnes solvere posse quæstiones.  
Unum difficile expedire nomen.  
En cor Zenodoti, en jecur Crætetis!

*Idem ibidem.*

Orbilius ubinam est, literarum oblivio?

*Suetonius de claris Grammaticis.*

Cato Grammaticus, Larina Siren,  
Qui solos legit, ac facit Poetas.

*Macrob. Sat. Lib. VI. Cap. III.*

Preslatur pede pes, mucro mucrone, viro vir.

Et Bibaculus eram, & vocabar.



# PUBLII TERENTII VARRONIS ATACINI FRAGMENTA.

*Seruius in Lib. II. Georg.*

**T**Um liceat pelagi volucres tardæque paludis.  
Cernere inexploto studio certare lavandi,  
Et velut insolitum pennis infundere rorem.  
Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo,  
Et bos suspiciens cælum (mirabile visu)  
Naribus aerium parulis decerpit odorem:  
Nec tenuis formica cavis non evehit ova.

*Idem ibidem.*

Frigidus & silvis Aquilo decussit honorem.

*Seneca. Controvers. IV.*

Desierant latrare canes, urbesque silebant,  
Omnia noctis erant placida composita quiete.

*Sospater in Mare.*

Cingitur Oceano, Libyco mare, flumine Nilo.

*Idem in Anguem.*

Cujus ut aspexit torta caput angue revinctum.

*Scriverius ex Scholiaste Persii, & Burmannus.*

Marmoreo Licinus tumulo jacet, at Cato parvo,  
Pompeius nullo. credimus esse Deos?  
Saxa premunt Licinum, levat altum fama Catonem.  
Pompeium tituli. credimus esse Deos.

*Scaliger.*

Vidit & ætherio mundum torquerier axe,  
Et septem æternis sonitum dare vocibus orbes:  
Nitentes aliis alios; qua maxima Divis  
Lætitia stat: tum longe gratissima Phœhi.  
Dextera, consimiles meditatatur reddere voces.  
At quinque ætheriis zonis accingitur Orbis.  
Ac vastant imas hyemes, medianque calores.  
Sic terræ extremas inter, medianque coluntur,  
Qua Solis calido nunquam rota se veat igne.  
Ergo inter Solis stationem, ac sidera septem  
Exporrecta jacet Tellus. Huic extrema fluctus  
Oceani interior Neptuno cingitur ora.  
Quæ Europa  
Clauditur Oceano, Libyco mare, flumine Nilo.

L Ydia, doctorum a

Feli

et

M Itemque

sterea Oceani lingue

Et gravi subito devi

Quod genus hoc homin

et

LA

Plinius Nat. H

Quod tua; Roman  
Sive loco meli  
Academie celeb  
hanc reparat cultu



# C. T I C I D Æ F R A G M E N T A.

I N L Y D I A.

*Suetonius de claris Grammaticis.*

**L**Ydia, doctorum maxima cura, liber.

I N H Y M E N Æ O.

*Priscianus Lib. VI.*

Felix lectule talibus sole amoribus.

*Cic. Tusc. Quest. Lib IV.*

Lena delinita argento nitum observabit meum,  
Quid velim, quid studeam adveniens digito impellam  
januam.

Fores patebunt, deimproviso Chrysis, ubi me adspexerit,  
Alactis obviam mihi veniet, complexum exoptans  
meum:

Mihi se dedit.

Fortunam ipsam anteibo fortunis meis.

# F U R I I A N T I A T I S F R A G M E N T A.

A N N A L I B U S.

*Macrob. Sat. Lib. VI. Cap. I.*

**M**Itemque rigat per pectora tornum.

*Idem ibidem.*

Interea Oceani linguens Aurora cubile.

*Idem Lib. VI. Cap. IV.*

Ille gravi subito devinctus vulnere habenas  
Misit equi, lapsuque in humum defluxit, & armis  
Reddidit æratis sonitum.

L I B R O V I.

*Idem Lib. VI. Cap. I.*

Quod genus hoc hominum Saturno sancte create?

L I B R O X.

*Idem ibidem.*

Rumoresque serunt varios, ac multa requirunt.

*Idem ibidem.*

Nomine quemque ciet, distorum tempus adesse  
Commemorat.

*Idem ibidem.*

Confirmat dictis, simul atque exsuscitat aeres  
Ad bellandum animos, reficitque ad prælia mentes.

P O E M A T I S.

*Gellius Lib. XVIII. Cap. XI.*

Sanguine diluitur tellus, rava terra lutescit:  
Omnia noctescunt tenebris caliginis atræ:  
Increscunt animi, virescit vulnere virtus.  
Ut fulica levis volitat super æquora classis,  
Spiritus Eurotum virides quum purpurat undas,  
Quo magis in patriis possint opulescere campis.

# L A U R E Æ T U L L I I E P I G R A M M A.

*Plinius Nat. Hist. Lib. XXXI. Cap. II.*

**Q**uod tua, Romane vindex clarissime linguæ,  
Silva loco melius surgere iussa viret,  
Atque Academix celebratam nomine villam  
Nunc reparat cultu sub potiore Verus:

Hic etiam apparent lymphæ non ante repertæ,  
Languida quæ infuso lumina rore levant:  
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori  
Hoc dedit, hac fontes cum patefecit ope:  
Ut quoniam totum legitur sine fine per orhem,  
Sint plures oculis quæ medeantur aquis.



# C. CILNII MÆCENATIS

*Diomedes Lib. III.*

**A** Des huc, ades Cybebe, Dea montigena Dea,  
Age tympano sonanti quate flexibile caput:  
Latus horreat flagello, comitum chorus ululet.

*Isidorus Etymol. Lib. XI.*


**L** Ugent, o mea vita, te Zmaragdus,  
Beryllus quoque, Flacce, nec nitentes  
Nuper, candida margarita, quæro,  
Nec quos Thynica lima perpolivit  
Anellos, nec iaspios lapillos. \* \* \*

*Suetonius in Vita Horatii.*

Ni te visceribus meis, Horati,  
Jam plus diligo: tu tuum sodalem  
Ninnio videas strigosoïrem.

*Seneca Epist. Cl.*

Debilem facito manu,  
Debilem pede, coxa,  
Tuber adstrue gibberum,  
Lubricos quate dentes:  
Vita dum superest, bene est.  
Hac mihi vel acuta  
Subdas, sustineo, cruce.



# C. CÆS. OCTAVIANI AUGUSTI

*E P I G R A M M A.*

VIDE MARTIALEM EPIG. XXI. LIB. XI.




*Q. V A R I.*

*F R A G M E N T U M.*

*Philargyrius ad Virg. Æneid. II. v. LXX.*

Ex frondosam semiputatam queritur vitem.



*C. R A B I R I I.*

*F R A G M E N T A.*

*Seneca.*

Hoc habui, quodcumque dedi. . . .

*Fulgentius.*

Abstemiam temulenta fugit Mecennia nomen.

T. VAL-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



# DOMITII MARSI FRAGMENTA.

*Suetonius de claris Grammaticis .*

**S**I quos Orbilius ferula scuticaque cecidit .

*Idem ibidem .*

Eperota tenellorum nutricula vatum .

*Sospater Lib. I.*

• • Callum sibi pectore quemdam .

**I N T I B U L L U M .**

*Pithæus ex Membranis .*


Te quoque Virgilio comitem non æqua, Tibulle,

Mors juvenem campos misit ad Elysiis .  
Ne foret, aut elegis mores qui seret amores,  
Aut caneret forti regia bella pede .

**I N C I C U T A d e B A V I O C Ū R A T O R E .**

*Philargyrus ad Virg. Eclog. III. Vers. XC.*

Omnia cum Baviō communia frater habebat,  
Unanimi fratres sicut habere solent .  
Rura, domum, nummos, arque omnia denique, ut aiunt,  
Corporibus geminis spiritus unus erat .  
Sed postquam alterius mulier concubitus  
Novit, deposuit alter amicitiam .



# CÆSII BASSI FRAGMENTA.

*Priscianus Lib. X.*

**C**Alliope princeps sapienti psallerat ore .

*Diomedes Lib III.*

Romani Gallis devicti sunt victores .

*capit ad lavam dei*

*libro libro*



# ÆMILII MACRI FRAGMENTA.

**T H E O G O N I A .**

*Nonius in Picumnus .*

**E**T nunc agrestes inter Picumnus habetur .

**T H E R I A C I S .**

*Sospater Lib. I.*

• • • • Resonantia sibilis colla .

*Ejusdem Macri loci, sed ἀνεπίγραφος .*

*Idem ibidem .*

Inter præteritas numerabitur ocymus herbas .

*Idem ibidem .*

Quale seges intubus herbas .

*Idem .*

• • • • Fluviorum margine summa .

*Idem .*

• • • • Tum sacrae veniunt cultoribus ibes .

*Ludo Faliscum lib*

*Idem*



EMILII MACRI

Idem.

Altis ex urbibus ibes.

Idem.

Auxilium sacrae veniunt cultoribus ibes.

Diomedes Lib. I.

Cum laude excellet omnes.

Servius ad Virg. Aeneid. Lib. I. Vers. CCCXCVII.

Cygnus in auguriis nautis gratissimus augur,  
Hunc optant semper, quia nunquam mergitur undis.

Isidorus Orig. Lib. XII. Cap. VII.

FRAGMENTA.

Cygnus in auspiciis semper lztissimus ales,  
Hunc optant nautae, quia se non mergit in undas.

Idem Lib. XII. Cap. IV.

Seu terga expirant spumantia venis,  
Seu terram fumat, qua teter labitur aëguis.

Sospater Lib. I.

Sapientia Navis.

ANNALIUM LIB. XVI.

Priscianus Lib. X.

Omniura nostrum neglexerit auctoritatem.

C. ASINII GALLI

EPIGRAMMA.

IN M. POMPONIUM GRAMMATICUM.

Suetonius de claris Grammaticis.

Præcipit. os nullum, vel potius pugilis.

Qui caput ad levam dejicit, glossemata vobis:

FL. ALPHII AVITI

FRAGMENTA.

Priscianus Lib. VIII.

Tum iterator creditor  
Ludo Faliscum liberos:  
Causarus in campi patens:  
Extraque muri ducere,  
spatiando paullatim trahit:

Hostilis ad valli iarus.

Idem Lib. XII.

Seu tute mavis hospites,  
Seu tute captivos habes.

POMPONIUS SECUNDI

FRAGMENTA.

Terentianus de Metris.

Pendeat ex humeris dulcis chelys,  
Et numeros edat varios, quibus:  
Adsonet omne virens late nemus,

Et tortis errans qui flexibus.

Sospater in Humile.

Ex humile rege.



# C N. G E T U L I C I F R A G M E N T U M.

*Probus in Lib. I. Georg.*

Non aries illum verno ferat aere cornu.

Grosia nec geminos præcedunt cornua tantum,  
Sicca Lycaonius resupinat plaustra Bootes.



# C. DOM. NERONIS IMP. F R A G M E N T A.

EX T R O I C I S.

*Scholiastes Lucani ad Lib. III. v. CCLXI.*

DE T I G R I D E.

Quique pererratam subductus Persida Tigris  
Deserit. & longo terrarum tractus hiatu  
Reddit quæstas jam non quærentibus undas.

*Persius Satira I.*

Torva Mimalloneis impleunt cornua bombis,  
Et raptum vitulo caput ablatura furore  
Bassaris, & Iuncem Miana flexura corymbis,  
Evion, ingeminat: reparabilis adsonat Echo.



# S E X T I L I I H Æ N Æ F R A G M E N T U M.

*Seneca in Controversiis.*

Defendus Cicero, Latique silentia linguae;



# V O L C A T I I S E D I G I T I F R A G M E N T A.

DE P O E T I S C O M I C I S.

*Gellius Lib. XV. Cap. XXIV.*

Multos incertos certare hanc rem vidimus,  
Palmam poetæ comico quoi deserant.  
Eum meo iudicio errorem dissolvam tibi,

Ut contra si quis sentiat, nil sentiat.  
Cæcilio palmam Statio do Comico.  
Plautus secundus facile exsuperat cæteros.  
Dein Nævius, qui fervet, pretio in tertio est.  
Si erit, quod quarto derur, dabitur Licinio.  
Post insequi Licinio facio Artilium.  
In sexto consequetur hos Terentius.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies







Tibi verus ara caluit Aborigineo sacello.

Audio canticulum Zephyri modulante susurro.

Idem.

Idem.

Inquit amicus ager domino, Sere, plurima reddam.  
Si bene mi facias, memini tibi solvere grates.  
Pinea brachia quum trepidant stridentia flabris,

Geritque intus in oppidum  
Anhelos Panope greges.




# FLOR I

## FRAGMENTUM.

Spartianus in vita Hadriani.

Ambulare per Britannos :  
Scythicas pati pruinas.

Ego nolo Caesar esse :



# HADRIANI IMPERATORIS

## FRAGMENTA.

Spartianus in Vita Hadriani.


Pithæus ex Codicibus. De Milite Batavo.

Ego nolo Florus esse,  
Ambulare per tabernas,  
Statitare per popinas,  
Vimices pati rotundos.

Ille ego Pannoniis quondam notissimus oris,  
Inter mille viros primus fortisque Batavus,  
Hadriano potui qui iudice vasta profundi  
Aequora Danubii cunctis transnare sub armis :  
Immissumque arcu dum pender in aere telum,  
Et redit, ex alia fixi fregique sagitta.  
Quem neque Romanus potuit, neque Barbarus umquam,  
Non iaculo miles, non arcu vincere Parthus,  
Hic situs, hoc memori saxo mea facta sacra vi.  
Viderit, anne aliquis post me mea gesta sequatur.  
Exemplo mihi sum, primus qui talia gessi.

Idem ibidem.

animula, vagula, blandula,  
Luspes, comesque corporis,  
Quæ nunc abibis in loca,  
Illidula, rigida, nudula,  
Nec ut soles dabis jocos.



# L. APUL E I I

## EPIGRAMMATA.

Translata ex Orphæo.

Spiritus est cunctis, validusque est Jupiter ignis.  
Jupiter est pelagi radix; est Lunaque Solque;  
Cunctorum Rex est, princepsque & originis auctor.  
Namque sinu occultans, dulces in luminis auras  
Cuncta tulit, sacro versans sub pectore curas.

Primus cunctorum est & Jupiter ultimus idem,  
Jupiter & caput & medium est. sunt ex Jove  
cuncta.  
Jupiter est terræ basis & stellantis olympi.  
Jupiter & mas est, estque idem nymphea perennis.



*Ex Epigr. Græc.*

Astra vides. utinam fiam, mi sidus, Olympus,  
Ut multis sic te luminibus videam.  
Lucifer ante meus rutilans mortalibus Aster:  
Hesperus a fato Manibus ecce nites.  
Dixerit hic tantum quum nil nisi pulcher Alexis  
Extirrit, & vertunt quilibet in te oculos.  
Cur, anime, os canibus monstras, angisque dolore  
Postmodo? non Phædro sic prius occidimus?

Civibus ingenti in patriæ laudate jaces nunc,  
Qui insanum me animi teddis amore, Dion.

**A**T ego tibi sermone isto Milesio  
Varias fabellas conferam, atque aures tuas  
Lepido susurro benevolas permulceam;  
Modo si papyrus Ægyptiam tu argutia  
Nilotici calami inscriptam non spreveris  
Inspicere. figuras formasque hominum, imagines  
In alias conversas, & in se mutuo  
Rursum nexu refectas ut mireris, hic  
Exordior. quis ille, paucis accipe.  
Hymettos Attica, atque Isthmos Ephyreia &  
Spartiacæ Tænaros glebæ felicis æ-  
ternum libris felicioribus conditæ.

Meæ vetus est profapia.  
Ibi linguam Atthidem primis pueritiæ  
Stipendiis merui. Latina in urbe mox  
Advena studiorum Quiritium.  
Labore sermonem indigenam ærumnabili  
Nullo præeunte magistro aggressus excolui,  
Et ecce profamur veniam, si quippiam  
Exotici ac forensis sermonis rudis  
Offendero locutor. —

— ipsa jam quidem  
Hæc vocis immutatio, desultoriæ  
Stylo respondet, quem arcessimus, scientiæ.  
Nunc fabulam Græcanicam  
Incipiam; intende, Lector, & lætaberis.

Montis in excelsi scopulo desiste puellam  
Ornatam mundo funerei thalami.  
Nec speres generum mortali stirpe creatum,  
Sed ævum atque serum vipereumque malum:  
Qui pennis volitans super æthera, cuncta fatigat,  
Flammaque & ferro singula debilitat.  
Quem tremat ipse Jovis, quo Numina terrificantur,  
Fluminaque horrescunt & Stygiæ tenebræ.

Et Critias mea delicia & sol alma Charine,  
Par in amore meo vita tibi remanet.

Ne metuas, ne me ignis & ignis torreat, ut vult;  
Hæc duas flammæ, dum potiar, patiar.  
Hoc modo sim vobis, unus sibi quisque quod ipse;  
Hoc mihi vos eritis, quod duo sunt oculi.

Florea serra, meum mel, & hæc tibi carmina dono;  
Carmina dono tibi, serra tuo Genio:  
Carmina, uti Critiæ lux hæc optata canatur,  
Quæ bis septeno vere tibi remeat:  
Serra autem, ut læto tibi tempore tempora venent;  
Ætatis florem floribus ut decores.  
Tu mihi da contra pro verno flore tuum ver,  
Ut nostra exsuperes munera muneribus.  
Pro implexis fertis complexum corpore redde,  
Proque tosis oris savia purpurei.  
Quod si animum inspires, dona jam carmina: nostra  
Cedent victa tuo dulciloquo calamo.

Calpurniane, salve properis versibus.  
Misi, ut petisti, tibi munditias dentium,  
Nitelas oris ex Arabicis frugibus.  
Tenuem, candificum, nobilem pulvisculum,  
Complanatorem tumidulæ gingivulæ,  
Converritorem pridianæ reliquiæ,  
Ne quæ visa, ut tetra labes sordium,  
Restrictis forte si labellis riseris.

Ep. ccxxxī. Apuleji Ἀνεχόμενος ex Menandro.  
*Burmans.*

Amare liceat, si potiri non licet.  
Fruantur alii: non moror, non sum invidus:  
Nam sese excruciat, qui beatis invidet.  
Quos Venus amavit, facit amoris compotes.  
Nobis Cupido velle dat, posse abnegat.  
Olli purpurea delibantes oscula  
Clemente morsu rosea labella vellicent,  
Malas odorent ore & ingenuas genas,  
Et popularum nitidas geminas gemulas,  
Quin & quum tenera membra molli lectulo,  
Cum pectora ipsa adhærent Veneris glutino;  
Libido quum lascivo instinctu suscitatur  
Sinuate ad Veneris usum femina, femina  
Inter gannitus & subantis vocolas,  
Carpant pudilla, atque amplexus intiment,  
Arentque sulcos molles arvo Venerio,  
Thyrsumque pangant hortulo in Cupidinis,  
Dum crebros ictus connivente lumine,  
Trepidante cutsu, Venere & anima fessula,  
Ejaculent tepidum rorem niveis laticibus.  
Hæc illi faciant, queis Venus non invidet:  
At nobis casto saltem delectamine  
Amare liceat, si potiri non licet.

# GALIENI IMPERATORIS

## FRAGMENTUM.

*Trebellius in Vita Galieni.*

**I**Te, agite o iuvenes, & desudate medullis  
Omnibus inter vos: non murmura vestra columbæ,

Brachia non hederæ, non vincant oscula conchæ:  
Ludite, sed vigiles nolite extinguere lychnos:  
Omnia nocte vident; nil cras meminere lucernæ.  
ABLA.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



*Symmachus Lib. I. Epist. VIII: De Baulis.*

Ubi corniger Lizus  
Operit superna Gauri,  
Vulcanus æstuosis  
Media incoquit cavernis,  
Tenet ima pisce multo

Thetis & vagæ sorores:  
Calet unda, friget æthra:  
Simul innatat choreis  
Amathusias renidens,  
Sâlis arbitra & leporis,  
Flos siderum Dione.



# ASTERII CONSULIS

DĒ CODICE VIRGILII A SĒ EMENDATO

EPIGRAMMATA.

*Ex Codice Virgilii Mediceo.*

**D**istinxi emendans, gratum mihi munus amici  
Suscipiens operi sedulus incubui.  
Tempore quo penaces Circo subjunximus, atque  
Scenam Euripo extulimus subitam.  
Ut ludos currusque simul, variumque ferarum  
Certamen iunctim Roma teneret ovans.

Ternum quippe Sophos merui, terna agmina vulgi  
Per caveas plausus concinuerunt meos.  
In questum famæ census iactura cucurrit;  
Nam laudis fructum talia diuina ferunt.  
Sic tot consumptas servant spectacula gazas,  
Festorumque trium permanet una dies.  
Asteriumque suum vivax transmittit in ævum,  
Qui partas trabeis tam bene donat opes.





# ANTHOLOGIA LATINA,

SIVE CARMINA MINIMA AUCTORUM INCERTORUM, AUT INCERTÆ ÆTATIS, TUM EX LAPIDIBUS, TUM EX CODICIBUS CASCIS FERRE OMNIBUS CONLECTA.

## CLASSIS PRIMA

CONTINENS EPIGRAMMATA ET FRAGMENTA AD DEOS DEASQUE PERTINENTIA, CUM INDICIIS AUCTORUM REFERENTIUM.

Ep. I. *Burmannus. Cui rei singula numina præsent.*



Ars gravis armorum, Pluto moderator  
Averni est,  
Neptunus maris imperio dominatur: in  
astris  
Imperium Jovis est: regnat vacuo ære  
Juno.

Ep. II. *Burmannus.*

Jupiter astra, fretum Neptunus, Tartara Pluto  
Regna paterna tenent, tres tria, quisque suum.

Ep. III. *Augustinus Lib. VII. de civitate Dei. De Jove,  
Q. Valerii Sorani.*

Jupiter omnipotens, rerum, Regumque, Deumque  
Progenitor, genetrixque Deum, Deus unus & omnis.

Ep. IV. *Burmannus. Callimachi, imagini inscriptum Jovis.*

Quenam hæc forma? Dæ. Cur versa est? fulgura lucis  
Divinæ non fert debilis hæc acies.

Quid vero existit tamquam uno e corpore corpus?  
Hic amor est. Si amor est, cur videt? At Jovis est.

Cur ita complicitis alis? numquam evolat. At cur.  
In se convertit tela? sui ille amor est.

Cur ferro sine tela gerit? Quia vulneris expers.  
Ille est. at vester vulnerat & cruciat.

Ep. V. *Idem. De Jove in pluteo.*

Flexilis obliquo sinuatur circulus orbe,  
Inclusumque gerit machina sacra Jovem.  
Vana sub adspectu duxit mendacia pictor,  
Orbis rectorem quis probat orbe regi?

Ep. VI. *Idem. De Ganymede.*

Captus amante puer aquila moderante pependit,  
Infamavit aquas captus amante puer.

Ep. VII. *Idem. De Jove in Cygnum converso.*

Cygneas genitor gestans post fulmina pennas  
Dulcia diffundit carmina virginibus.  
Quem retinens Leda, presso cum gaudet olore,

Amissa agnovit virginitate Jovem.

Ep. VIII. *Idem. De Cygno & Leda.*

Carmine dulcis olor dum virginis otia mulcet,  
Texit furta Jovis carmine dulcis olor.

Ep. IX. *Idem. De Ovo Leda.*

Ledzi partus ovo monstrantur aperto,  
In cygnum verso a Jove quos tenuit.  
Una tribus genetrix, sed sors diversa creatis,  
Sidera pars faciet, pars fera bella Phrygum.

Ep. X. *Idem. De Europa a Jove rapta.*

Terga bovis credens Europa ascendit alumni,  
Inseditque Jovi, non revisura pattem.  
Fraude suos genitor celat vel complet amores,  
Nam Deus in tauri corpore prædo latet.

Ep. XI. *Idem.*

Europam, taurum mentitus, Jupiter aufert,  
Virgineos ardens pandere fraude sinus.  
Humani tandem venia donentur amores.  
Si tibi, summe Deum, dulcia furta placent.

Ep. XII. *Idem.*

Vulneris impatiens hominum rerumque repertor,  
Et faciem tauro propior descendit ad undas,  
Europam nivei solatur amore juveni:  
Dulcibus illa quidem inlecebris in litore sicco  
Luserat, insignis facie, candore nivali.  
Saucius at quadrupes saltus ingressus apertos  
Forte fuit juxta superi regnator Olympi;  
Obrulerat qui se ignotum venientibus ultro  
Virginibus Tyriis aurata fronte juvenum:  
At circum late comites per litora passim  
Diffugiunt visus exsangues, taurumque relinquunt.  
Sola, novum dictur, contra stetit ora juveni  
Ante Jovem, nam te voluit rex magnus Olympi:  
Hunc Phœnissa tenet vasta se mole moventem,  
Purpureoique jacit flores, omnemque pererrat.  
Ille autem spissa jacuit revolutus arena.  
Imponit regina manum, patiensque pericli.



Mollibus intexens ornabat cornua fertis,  
 Hunc ubi contiguum summo tenuis adtigit ore,  
 Et superincumbens fertis & fronde coronat;  
 Jam jam nulla mora est: animum labefactus amore  
 Accepit venientem, ac mollibus extulit undis.  
 Illi, sensit enim tuus, o clarissime, frater,  
 Subsidunt undæ, straverunt æquora venti,  
 Nunc pelagi nymphæ crimen de more tenentem,  
 Suspensum & pariter comitrique onerique timentem:  
 Egredia interea summa sublimis ab unda  
 Prona petit maria, & pelago decurrit aperto:  
 Tunc læva taurum cornu tenet inscia culpæ,  
 Obliquatque sinus in ventum auramque patentes:  
 Ille manu patiens vero properabat amore.  
 Et dustus cornu Rex omnipotentis Olympi  
 Insuatum per iter tacitis subremigat undis,  
 Perfidus alta petens adducta virgine prædo.

*Ep. XIII. Isidorus in Origin. Cap. de Tropis. Neptune.*

Te Neptune pater, cui flumina cæna sonanti  
 Cincta salo resonant: magnus cui præpete nimbo  
 Perfluit Oceanus, & flumina crinibus errant.

*Ep. XIV. Burmannus. De Neptune marmoreæ,  
 aquas fundente.*

Quam melior, Neptune, tuo fors ista tridente?  
 Post pelagus dulces hic tibi dantur aquæ,

*Ep. XV. Idem. De Apolline & Baccho.*

Sic Apollo, deinde Liber, sic videtur ignifer.  
 Ambo sunt flammis creati, profatique ex ignibus.  
 Ambo de comis calorem & ambo radios conferunt.  
 Noctis hic rumpit tenebras, hic tenebras pectoris,

*Ep. XVI. Idem. Mercurio.*

Sum Deus, alatis qui cruribus æthera carpo,  
 Quem peperit summo lucida Maja Jovi.

*Ep. XVII. Atilius Fortunatianus inter Grammaticos  
 vet. Putschii. In Bacchum.*

Huc ades, Lyze, Bassareu, bicornis,  
 Nitilie, bimater, crine nitidus apte,  
 Luteis corymbis hederate coronis,  
 Hasta viridi armate, placidus ades ad aras.  
 Bacche, Bacche, Bacche, placidus percipe munus.

*Ep. XVIII. Burmannus. Floridi. Baccho.*

Bacche, vitium repertor, plenus adsis vitibus,  
 Estluas dulcem liquorem comparandum nectari,  
 Conditumque fac verustum, ne malignis venulis  
 Asperum ducat saporem versum in usus alteros.

*Ep. XIX. Idem. Laus Liberi.*

Lenæ, vitifator, Bromie, Semeleie Bacche,  
 Thirstitenens, bimater, trieterice, Nysie, Liber,  
 Flos Ariadnæ, coriaticæ, late Thyoneu,  
 Da reditum nobis. sic totis dulcia iivis  
 Musta fluant, spumetque cavis vindemia labris.

*Ep. XX. Idem.*

Infantem Nymphæ Bacchum, quo tempore ab igne  
 Prodiit, inventum sub cinere, abluerant:  
 Ex illo Nymphis cum Baccho gratia multa est;  
 Sejunctus quod sit ignis & urat adhuc.

*Ep. XXI. Idem. De Libero Patre.*

Orgia lassato quotiens solvuntur laccho,  
 Hic Deus unda mero ponere membra solet.

*Ep. XXII. Idem.*

Non tibi vina placent, o insanabilis hospes,  
 Nec mens est Theoana tibi, licet aggere celsæ  
 Dirææ rupis dicas fluxisse parentes  
 Vertice de Nisæ, per tura & nostra Lyæus  
 Transit, implevitque vias nigrantibus uvis.  
 Multa sibi potuit pater, & non tempore ab illo  
 Desierant hæc sacra euli, vatunque sonoro  
 Carmine Mincius, & tremuit circumlita ripa  
 Fluminis Etruscæ, quem non æquabit Orontes.

*Ep. XXIII. Idem. Laus Martis.*

Mars pater armorum, fortissime belligerator,  
 Esto volens, mitis, facilis Deus, esto benignus:  
 Sic tibi post pugnas & pastos sanguine campos  
 Amplexus tribuit vincis securæ Cythere,  
 Tu crista galeaque rubes, tu pulcher in æro  
 Incutis e vultu radiantia lumen ferro:  
 Te thorax galeaque tegunt: non quo tibi terror  
 Hostilis subeat: sed quod decor exit ab armis.  
 Tu cum pullati clypei concusseris orhem,  
 Immugit mundus, tellus tremit, æquora cedunt.

*Ep. XXIV. Idem. Subscriptum Statue Cupidinis.*

Sol calet igne meo: flagrat Neptunus in undis.  
 Pensa dedi Alcide: Bacchum servire coegi,  
 Quamvis Liber erat.\*

*Ep. XXV. Idem. De Sigillo Cupidinis aquas fundentis.*

Ignem salutifero Veneris puer omnia flammans  
 Pro facibus proprias arte ministrat aquas.

*Ep. XXVI. Idem. Cupido amans.*

Quis me fervor agit? nova sunt suspiria menti,  
 Anne aliquis Deus est nostro vehementior arcu?  
 Quem mihi germanum fato fraudante creavit  
 Diva parens? \* an spicula fusa per orbem  
 Vexavere polum? læsusque in tempore mundus  
 Invenit pœnam; sed si mea vulnera novi,  
 Hic meus est ignis, meus est qui parcere nescit.  
 In furias ignesque trahot, licet orbe superno  
 Jupiter, ex altis undis, Neptune, regaris;  
 Abdita pœnarum est \* ingum Tartara Pluton.  
 Impositum rumpemus onus, volitabo per axem  
 Mundigerum, cœlique plagas, pontique procellas,  
 Umbriferumque Chaos: pateant adamantina regna,  
 Torva venenatis cedat Bellona flagellis,  
 Pœnam mundus amet, stupeat vis major, anhelat

Castelis, crinem,  
 Castelis & orba Proq  
 Deo & Canace, fa  
 Mæcha, meis ram  
 Hinc, Aterhola,  
 Ad amor vigilans,

*Ep. XXVIII.*

Enonhi sum cura Dei  
 Perperæ pulchro  
 Quisquis amas Phæ  
 Delitur, acceptu

*Ep. XXIX*

En, tibi, Phæbe,  
 Oia dum tetimus,

*Ep. XXX.*

De decima victor tibi  
 Moribus antiquis hoc  
 Viam animo so. perh  
 Cœzendo dissolvendi u  
 Pericias, decumam u  
 Propter hoc, atque

*Ep. X*

Almenæ Jovis & ma  
 Trosus subito post

*Ep. XXX*

Alcide, sacri generis  
 Et Jovis antistes de

*Ep.*

Te precor, Alcide, f  
 Rite tuis lætus dona  
 Hæc tibi dona potest t  
 Nam grates dignas  
 Sæta libens simulacr  
 Artis Urbanus dedi

*Ep.*

Arive victor Herculi  
 Urbanus Prætor vel D.

*Ep.*

Hercules invide Caur  
 Namini sancto dicavit  
 Cum pia sollempne men



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Inque diem fratres ordine mortis eunt.

Ep. XLII. *Bonada.*

Littoribus nostris quoniam certamina Letum  
Exhibuisse juvat, Castor venerandeque Pollux,  
Munere pro tanto faciem certaminis hujus,  
Magna Jovis proles, vestra pro sede locavi,  
Urbanis Tatius gaudens me fascibus auctum,  
Neptunoque patri ludos fecisse Sabinos.

Ep. XLIII. *Idem.*

Esse putas marmor, latet hic cum Castore Pollux,  
Munusolorino de Jove Læda dedit.

Ep. XLIV. *Idem. Sylvano.*

Sylvane, facta semicluse fraxino,  
Et hujus alti summe custos hortuli,  
Tibi hæcæ grates dedicamus musicas,  
Quod nos per arva perque montes Alpico;  
Tuique luci suaveolentis hospites,  
Dum jus gubernæ, remque fungor Cæsarum,  
Tuo favore prosperanti hospitas;  
Tu me meosque reduces Romam sistito,  
Daque Itala rura te colamus Præside,  
Ego jam dicabo mille magnas arbores.

Ep. XLV. *Idem. Quo curru queque Dea vehatur.*

Matronam magni vehit ardens pavo Tonantis,  
Ad Veneris currum blanda columba cygno est.  
Pallada bubo vehit, sed eam rota nulla figurat,  
Anguibus alma Ceres, Persephoneque venit.  
Delia cum Luna est gemina provecta juvenca,  
Venatrix cervas virgo Diana tenet.

Ep. XLVI. *Burmannus. M. D. M. Idea & Attidi Monocyranno.*

Nobilis in causas, forma celsusque Sabinus  
Hic pater invicti mystica victor habet.  
Sermo duos . . . . . reservat,  
Consuñiles aufert . . . . .

Et veneranda movet Cybeles triodela signa,  
Augentur meritis symbola tauroboli.

Ep. XLVII. *Idem.*

Antiqua generose domo, cui regia Veste  
Pontifici felix sacro militat igne,  
Idem augur triplicis cultor venerande Dianæ,  
Perfidieque Mithræ antistes Babylonie templi,  
Taurobolique simul magni dux mystice sacri.

Ep. XLVIII. *Idem.*

Egregios procæres currum servare Cybeles,  
Quem traheret conductæ manus Megalensibus actis,  
Arboris excisæ truncum portare per urbem,  
Artin castratum subito prædicere Solem.

Ep. XLIX. *Idem. Fragmentum, de celebrantibus sacra Magnæ Matris.*

Animum meum mitto speculatum toto orbe, uti,  
Quid facerent homines, quom experrecti sient,  
Me facerent certiozem: si quis sumeret  
Me melius operam, ut ejus consilio ocus  
Vigilium adminicularem nostrum, qui videt  
Alium curvantem extrema noctis tempora.  
Sed nos, simulac summam in speculam pervenimus,  
Videmus populum Furiis instinctum tribus,  
Diversum ferri exterritum formidine.  
Auroræ ostrinum hic iadutus supparum,  
Coronam ex auro & gemmis fulgentem gerit,  
Luce locum afficiens.

Nam quæ verustas hic adest gallantibus?  
Quæ casta ætas? quæ vestis adolescentium?

Ep. L. *Idem. Magnæ Matris.*

Sum vagus assidue, toto circumferor orbe,  
Nec me diversi cogit distantia mundi,  
Alterius titulo subdere vota reum.  
Veri certa fides, Tiburni vexit in arcem  
Et jam  
Quare o diva parens  
Ausonia in terra

Ep. LI. *Idem. Junoni Ardeatina.*

Digne digniloqueis pictureis condecoravi  
Reginæ Junoni summæ conjugii templum  
Marcus Ludius Elotas Ætolia oriundus:  
Quem nunc & post semper ob artem banc Ardea laudat.

Ep. LII. *Idem. Dianæ.*

Munere te hoc dono, Latonia, sancta virago,  
Cornigeram cepi virtute & laude potitus,  
Exuvieisque ejus templum tuum decoravi.

Ep. LIII. *Idem. Veneris.*

Hæc tibi diva Venus deponit munera Sylla,  
Ut somno monitus, Martis armatus in armis,  
Pugnantem atque acies armatas inter agentem.

Ep. LIV. *Idem. Veneri & Chariti.*

Cælum, terra, mare, & Deum remora  
Mens vostro colitur favente ductu.  
Nostris ergo Deæ favete votis.

Ep. LV. *Idem. Epicteti de Venere.*

Nuda Venus picta est, nudi pinguntur Amores,  
Nam quos nuda capit, nudos amittat oportet.

Ep. LVI. *Idem. De Statua Veneris.*

In gremium Veneris quoddam genus herba virefcit,  
Sensit dura silex quo loco exæstuat ignis.

Pender amore Ven

Ep. LVIII.

ora Venus,  
roget; oimipi

Vulnera savus aper  
tlanda dedit Vene

Ep. LX. *Idem. De*  
true

Ceduntur rastro vite  
Inque utum belli  
Nam qua dejectis vi  
Hæc sunt muroru  
Mavors comp  
muros quatit

Ep. LX

Cho sacra retro men  
Euterpa geminis loq  
Vice Thalia cluens  
Alpomenæ teboans  
Aera Terpsichoræ to  
Ela premens digitis l  
Pallitur in faciles vai

Calliope doctis dat l

Ep. LXII.

Camina Calliope libi  
Cho gesta canens tran  
Deliloquis calamos E  
Alpomenæ tragico p  
Terpsichore affectus c  
Pætra gerens Erato  
Egrot concta manu,  
Vante colli motus sep  
Cenica lascivo gaudet  
Katis Apollinæ vis  
a medio residens cor

Ep. LXIII. *August*

Cunctæ igit  
Fonticolæ p  
Quæ canitis  
Mellifluous son  
Quæ lavitis e  
Purpureum H  
Fonte; ubi f  
Spumæa lavit  
Ora jubeis aq  
Pegasus, in t  
Pervolaturus:



Ep. LVII. *Idem. De Venere.*

Uritur igne suo fumantibus Ætna cavernis,  
Pendet amore Venus, uritur igne suo.

Ep. LVIII. *Idem. De Adone & Venere.*

Pingitur ora Venus, ne vel contemnat Adonis  
Aut roget; omnipotens pingitur ora Venus.

Ep. LIX. *Idem.*

Vulnera sævus aper lætæ spectanda Dianæ,  
Flenda dedit Veneri vulnera sævus aper.

Ep. LX. *Idem. De templo Veneris, quod ad muros ex-  
ruendos dirutum est.*

Cæduntur rastris veteris miracula templi,  
Inque usum belli tecta sacrata tuunt.  
Nam qua dejectis volvuntur fæxa catervis,  
Hæc sunt murorum mox relocanda minis.  
Dilati Mavors compendia cepit amoris,  
Per muros quærit jam sua templa Venus.

Ep. LXI. *Idem. De Musis.*

Clio sæcla retro memorat sermone soluto,  
Euterpæ geminis loquitur cava tibia ventis.  
Voce Thalia cluens foccis Dea Comica gaudet.  
Melpomene reboans Tragicis fervescit iambis,  
Aurea Terpsichoræ totam lyra personat æthram,  
Fila premens digitis Erato modulamina singit,  
Flectitur in faciles variosque Polymnia motus,  
Uranie numeris scrutatur munera mundi,  
Calliope doctis dat laurea sarta poetis.

Ep. LXII. *Idem. Musarum inventa.*

Carmina Calliope libris Heroica mandat,  
Clio gesta canens transactis tempora reddit,  
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus urguet,  
Melpomene tragico proclamat mœsta boatu,  
Terpsichore affectus citharis movet, imperat, auget,  
Plectra gerens Erato saltat pede, carmine, vultu;  
Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia gestu,  
Uranie cœli motus scrutatur & astra,  
Comica lascivo gaudet sermone Thalia:  
Mentis Apollinæ vis has movet undique Musas,  
In medio residens complectitur omnia Phœbus.

Ep. LXIII. *Augustinus Lib. III. Cap. II. De Musis.*

Cunstæ igitur Camœnæ,  
Fonticolæ puellæ,  
Quæ canitis sub anttis  
Mellifluos sonores.  
Quæ lavitis capillum  
Purpureum Hippocrene  
Fonte; ubi fulus olim  
Spumæa lavit almus  
Ora jubis aquosis  
Pegasus, in nitentem  
Pervolaturus æthram.

Ep. LXIV. *Burmannus. De Luna & Musis.*

Phœba sedens gremio quem fert germana reclinem,  
Languidulos pueti respiciens oculos.  
Vos Heliconiadæ lentum submittite carmen,  
Carmine somnus adest, carmine somnus abest.

Ep. LXV. *Idem. Charites.*

Sunt nudæ Charites niveo de marmore, & illas  
Diva Columna suis ædibus intus habet.  
Par tribus est facies, qualem decet esse sororum,  
Par tribus est ætas, par quoque forma tribus.  
Grata Thalia tamen geminæ conversa sorori,  
Implicat alterne brachia, blanda soror.  
Euphrosynam dextra stupeo, Aglaiamque sinistra,  
Miror & implicitis brachia nexa modis.  
Jupiter est genitor: peperit de semine cœli  
Hemonia, & Veneris turba ministra fuit.  
Inde alitur nudus placida sub matre Cupido,  
Inde voluptates, inde alimenta Dei.

Ep. LXVI. *Bonada. De Nortia.*

Festus Musoni suboles prolesque Avieni,  
Unde tui latices traxerunt Cælia nomen,  
Nortia te veneror, lare cretus Vulturniensi,  
Romam habitans, gemino Proconsulis auctus honore,  
Carmina multa ferens, vitam insons, integer ævora,  
Conjugio lætus Placidæ, numeroque frequenti  
Natorum exultans, vivax & spiritus ollis:  
Cetera composita fatorum lege trahentur.

Ep. LXVII. *Burmannus. Votum Fortunæ Prænestinae.*

Tu, quæ Tarpejo coleris vicina Tonanti,  
Votorum vindex semper Fortuna meorum:  
Accipe quæ pie as ponit tibi dona merenti,  
Ethgiem nostrit conservatura parentis:  
Cujus ne taceat memorandum litera nomen,  
Cæsius hic, idemque Titus, Primusque vocatur.  
Qui largæ Ceteris messes fructusque renatos  
Digerit in pretium: cui constat fama, fidesque,  
Et qui divitias vincit pudor; ire per illos  
Consuetus portus cura studioque laboris,  
Litora qui præstant fessis tutissima nautis.  
Notus in urbe sacrâ, notus quoque finibus illis,  
Quos Umber sulcarè solet, quos Tuscus arator.  
Omnibus hic annis votorum more suorum  
Centenas adicit numero crescente coronas,  
Fortunæ simulacra colens, & Apollinis aras,  
Arcanumque Jovem, quorum consensit in illo  
Majestas, longæ promittens tempora vitæ.  
Accipe posteritas, quod per tua secula narres.  
Taurinus cari iussus pietate parentis  
Hoc posuit donum, quod nec sententia mortis  
Vincere, nec poterit fatorum summa potestas:  
Sed populi salvo semper rumore manebit.

Ep. LXVIII. *Idem. De Nympha ad fontem dormiente.*

Hujus Nympha loci, sacri custodia fontis,  
Dormio, dum blandæ sentio murmur aquæ.



Parce meum, quisquis tangis cava marmora, somnum  
Rumpere. sive bibas, sive lavere, tace.

Ep. LXIX. *Idem.*

Sextus Pompejus I. cognomine Pandus,  
Quoius & hoc ab avis contigit esse solum,  
Ædiculam hanc Nymphis posuit, quia sapius usus  
Hoc sum fonte senex tam bene quam juvenis.

Ep. LXX. *Idem.*

Undis Cyaneis donum placabile fecit  
Conductus blandas per aquas aram venerandam.  
Hinc oritur pergitque fluens, deinde occidit in se  
Ripas mox viridis renovantibus inclita Nymphis  
Numina fontigero grates ex undique solvens  
Sospes cum comite præstat renovante liquore.

Ep. LXXI. *Idem. Ad Nympham.*

Dat tibi marmoreo cæsam de monte Dianam,  
Regina undarum, Nympha, decus nemorum,  
Vota damnaasti perfecta quem prece, Bassus,  
Mœnitæ propter mœnia Germisaræ.

Ep. LXXII. *Idem. De Galatea.*

Diffugiens pontum silvas Galatea peragrat,  
Custodem ut pecorum cernere possit Acia.  
Nam teneros gressus infigit sentibus ardens,  
Nec tamen alta pedum vulnera sentit amor.  
Ipsa Cupidinez cedunt elementa pharetræ,  
Cujus & in mediis flamma suburit aquis.

Ep. LXXIII. *Idem. De Galatea in vase.*

Fulget, & in patinis ludit pulcherrima Nais,  
Prudentum inflammans ora decore suo.  
Congrua non tardus diffundat jura minister,  
Ut lateat positis tecta libido cibus.

Ep. LXXIV. *Idem.*

Ludere sueta vadis privato Nympha natatu,  
Exornat mensas membra venusta movens.  
Comitas nolo dapes, vacuum mihi pone boletar:  
Quod placet adspiciam, renuo quod saturat.

Ep. LXXV. *Idem.*

In medio generata salo nunc arte magistra  
Pervenit ad mensam, hic quoque nuda nato:  
Si prandere cupis, differ spectare figuram,  
Ne tibi jejunus lumina tendat amor.  
Quæ sim ne dubites, ludens sine nomine lympha,  
Quod Galatea vocer, lactea massa probat.

Ep. LXXVI. *Idem. Mercurio.*

Susceptum merito vorum tibi, Mercuri, solvi;

Ut facias, hilares semper tua templa colamus;

Ep. LXXVII. *Bonada.*

Alcides hominum victor, domitorque ferarum,  
Philotætis amicus ades; tu illi æque amor es.

Ep. LXXVIII. *Idem.*

Plutoni factum munus ne attingite, fures.  
Ignotum est vobis, hoc quod in orbe latet.  
Namque elementa gravi clausit digesta labore  
Vale sub hoc modico Maximus Olybrius.  
Adsit fecundo cultos tibi copia cornu,  
Ne pretium tanti depereat laticis.  
Abite hinc pessimi fures,  
Vos quid vestris voltis  
Cum oculis emifficis?  
Abite hinc vestro cum Mercurio  
Petalato caduceatoque.  
Donum hoc maximum Maximus  
Olybrius Plutoni sacrum fecit.

Ep. LXXIX. *Idem.*

Vota Faventinus bis deni suscipit orbis,  
Ut maeret repetens aurata fronte bicornes.

Ep. LXXX. *Idem.*

Flamen, item Duumvir, Quæstor, pagique Magister  
Verus ad Augustum legato munere functus.  
Pro novem obtinuit populis se jungere Gallos,  
Urbe redux genio pagi hanc dedicat aram.

Ep. LXXXI. *Idem.*

Ægeria est, quæ præbet aquas, Dea grata Camœnis,  
Illa Numæ conjux, consiliumque fuit.

Ep. LXXXII. *Idem.*

Fecerat Eufranor Bacchum, quem Gallus honorat  
Fastorum Consul carmine, ture, factis.

Ep. LXXXIII. *Petronii Afranii, ex Catalektis Petronianis.*

Si Phœbi soror es, mando tibi, Delia, causam,  
Scilicet ut fratti, quæ peto, verba feras:  
Marmore Sicanio struxi tibi, Delphice, templum,  
Et levibus calamis candida verba dedi.  
Nunc si nos audis, atque es divinus Apollo,  
Dic mihi, qui nummos non habet, unde petat?

QUE PERT

A I. I  
Olive

Aut q  
i

Ep. II. Bu

de manum gener  
Tu facies natum n

Ep. II

Credita vi  
Implevitque piam

distractor, p  
traheres quod

Ep. V. I

Funere turbat equos  
Hæstor & exanimi

Ep. VI. Id

Æmia olo  
Prodi ade

Ep. VII.

Ægia constat Amor.  
Ad tumultum fidei

Ep. VIII. I

Hæstoris Hæcides de  
Occubui Parisidis t

Ep. IX. *Idem.*

Pelides ego sum, Th  
Cui virtus clarum  
Qui stravi toties arm  
Inque fugam solus  
Hælore sed magno i  
Qui sæpe Argolica  
Ite interfectus subit  
Pergama tunc ferr



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Ep. XV. *Idem. De Memnone.*

Filius Auroræ, Phœbi nascentis alumnus,  
 Producit gentis millia tetra suæ;  
 Succurrens fessis fausto non omine Teucris,  
 Pergit Pelidæ procius ense moti.  
 Jam nunc monstratur, maneat qui Pergama, casus,  
 Cum nigrum Priamus suscipit auxilium.

Ep. XVI. *Idem. In Æneam patrios penates ex Troja incendio cum Patre auferentem.*

Cum patrem & patrios ferret cervicè penates,  
 Atque adeo ingentis fata noverca Asiæ;  
 Romanosque Deos, Europæosque triumphos,  
 Tectus & mundi \* exsiviis spolia,  
 Tros Anchisiades; poterat periisse per ignes,  
 Æmonia ut virtus tracta erat ante rota.  
 At cum flamma furens terigit senis ora parentis,  
 Dissiluit nullis noxia turbinibus.  
 Fata operi restent, Pietas si sola favebit.  
 Invisum in mediis ignibus obsequium est.

Ep. XVII. *Idem. De Glauco.*

Squammeus anguis erat, qui reddidit æthera Glauco,  
 Qui tulit Archemorum, squammeus anguis erat.

Ep. XVIII. *Idem. De Laocoonte.*

Lacontem gemini distendunt flexibus angues,  
 Cumque suis genitis fors habet una patrem:  
 Quod tamen iligni violarit terga caballi,  
 Hinc tolerasse ferunt sæva venena virum.  
 Quid sperare datur Superum jam numine læso,  
 Cæca sic frasci ligneus audet equus,

Ep. XIX. *Idem. Antenoris.*

Inclitus Antenor patriam \* vox nisa quietem,  
 Transtulit huc Hænetum Dardanidumque fugas.  
 Expulit Euganeos, Patavinam condidit urbem:  
 Quem tenet hic humili marmore cæsa domus.

Ep. XX. *Idem.*

Est via, quæ populam ducit Junonis ædem,  
 Fons ubi nativis aera pulsat aquis.  
 Quisquis ad hanc pergis, Perianthri transage thernas,  
 Antra, domos, curvis parva theatra locis,  
 Et ripas Athesis, Phrygique palatia Jani,  
 Regia septa, lares, arria, templa, forum.  
 Inde celer subeas magni delubra Tonantis,  
 Qua fert sublimes Martia porta gradus.  
 Hic & Athesse jacet, qui post Antenora nomen  
 Laudibus & titulis tollit in astra suum.  
 Transtulit huc Hænetos, Patavinam condidit urbem.  
 Cujus & ossa ducis nunc brevis urna tegit.

Ep. XXI. *Idem. De Athesse.*

Vicerat Euganeos Hænetorum ductor Athesse,  
 Cui Rex Antenor Dardana tela dedit.  
 Et profugus nostram fundavit mœnibus Urbem,  
 Mox obit, & magnum parva sepulchra tegunt.

Ep. XXII. *De Pallante.*

Filius Evandri Pallas, quem lancea Turni  
 Militis occidit, morte sua jacet hic.

Ep. XXIII. *Idem.*

Quæ dedit, ipsa tulit virtus Pallanta dolendum,  
 Prima dies bello quæ dedit, ipsa tulit.

Ep. XXIV. *Idem. De Turno & Pallante.*

Turnus honore ruit fusi Pallantis in hostem,  
 Pallantis fusi Turnus honore ruit.

Ep. XXV. *Idem. De equis Diomedis.*

Vim Diomedis equi monstrabant hospite cæso,  
 Hospite fregerunt vim Diomedis equi.

Ep. XXVI. *Idem. De Euryalo.*

Unicus Euryalus meruit solatia matris,  
 Ereptus matri est unicus Euryalus.

Ep. XXVII. *Idem. De Niso & Euryalo.*

Nomen amicitæ magna pietate colendum est,  
 Maxima pars vitæ est nomen amicitæ.

Ep. XXVIII. *Idem. De Judicio Paridis.*

Judicium Paridis prorexit conjuge Trojam,  
 Decepit Trojam judicium Paridis.

Ep. XXIX. *Idem.*

Connubii bellique Deas superavit amorum,  
 Cum pastor pulchram judicat esse Cyprid.  
 Verticis & thalami pignus sublime Tonantis  
 Exsuperat Paridis laudè probata Venus.  
 Exstat causa mali malum cessisse Dionem,  
 Cum ruerent Graja Pergama pulsa manu.  
 Dat Veneri malum formæ pro munere pastor,  
 Cum Junonæ dolens victa Minerva redit.

Ep. XXX. *De Ægypto & Danao.*

Perfida nox Danai dirarum cæde sororum,  
 Mitis Hypermnestræ, perfida nox Danai.

Ep. XXXI. *Idem. De Bellerophonte.*

Bellerophon superans incendia dira Chimeræ,  
 Victor Gorgoneo nubila tangit equo.

Ep. XXXII. *Idem. De eodem.*

Vestum Pegaseo volucris pendente caballo  
 Compita senserunt Bellerophonta Deum.  
 Cujus iter vacuos & calcans ungula ventos  
 . . . . .

Illic Proceres, juncti  
 significam edificant f  
 ope ventorum, Ju  
 atum referunt trans  
 in hac picta est Vi  
 Labor acer opus g  
 que opus effectum est  
 tibi Fortunæ dant rai  
 corat nummos, sapi  
 ducibus tandem gl  
 is incassum, nec te  
 nisi te ternus dux si  
 ticias igitur? Forti  
 tibus servit, servit  
 tur Divos, ut sis  
 obolus, Musas irrec

Ep. XXXV. *Idem.*

is arte decus patri  
 tuit patriæ conjugis

Ep. XXXVI. *Idem.*

mit infantes infidi  
 tions, & nati crim  
 te quavis mater viv  
 conjugis in pœnam  
 a tamen pietas, in  
 tæc furista premit,

Ep. XXXVII. *Idem.*

les tibi dira, Creon,  
 ai cum busta negas

Ep. XXXVIII. *Idem.*

ca locata nefas, vei  
 id cum sit mater, d

Ep. XXXI.

plex nullo comp

Ep. XL. *Idem.*

itate nefas matris  
 aruit magnum pro

Ep. XLII.

is magnanimum no  
 scipit conjux These

Ep.

Ep. XLII. *Idem.*

miseranda caput do



Solum quod doleat fert miseranda caput.

Ep. XLIII. *Idem. Palladii, Allegoria Orphei.*

Threicius quondam vates fide creditur canora,  
 Movisse sensus actium ferarum,  
 Atque amnes tenuisse vagos, sed & alites volantes,  
 Et surda cantu concitasse saxa.  
 Suavisonæque modos testudinis arbores securæ  
 Umbram feruntur præbuisse vati.  
 Scilicet haud potuit quæ sunt sine, permovere, sensu,  
 (Finxere docti fabulam poetæ)  
 Sed placidis hominum dictis fera corda mitigavit.  
 Doctæque vitam voce temperavit.  
 Justitiam docuit, cætu quoque congregavit uno,  
 Moresque agrestes expolivit Orpheus.

Ep. XLIV. *Idem. de Fratribus Thebanis.*

Quos paribus nutrix eadem pavisse papillis,  
 Pectore quos uno genetrix gestasse probatur,  
 Dissidiis indiscissis in mutua sæpe  
 Vulnera, non una perituri clade ruerunt.  
 Quos post longævus discordia deserit annos,  
 Aut post commissas junxerunt fœdera dextras,  
 Constantis dederunt documenta frequenter amoris,  
 Thebanum nullo linquit discrimine Tydeus,  
 Tydea nullo umquam Polynices Marte relinquit.

Ep. XLV. *Idem. De Marsya.*

Aerio victus dependet Marsya ramo,  
 Nativusque probat pectora tensa rubor.  
 Docta manus varios lapidem limavit in artus,  
 Arboris atque hominis fulget ab arte \* figis.

Ep. XLVI. *Idem. Pentadii, de Narcisso.*

Cui pater amnis erat, fontes puer ille colebat,  
 Laudabatque undas, cui pater amnis erat.  
 Se puer ipse videt, patrem dum quærit in amne,  
 Perspicuoque lacu se puer ipse videt.  
 Quod Dryas igne calet, puer hunc iridet amorem:  
 Nec putat esse decus, quod Dryas igne calet.  
 Stat, stupet, hæret, amat, rogat, innuit, aspicit, ardet,  
 Blanditur, queritur, stat, stupet, hæret, amat.  
 Quodque amat ipse facit, vultu, prece, lumine, fletu,  
 Oscula dat fonti quodque amat ipse facit.

Ep. XLVII. *Idem. Eiusdem, de Eodem.*

Invenit propriis Narcissus fontibus ignes,  
 Et sua deceptum torret imago virum.

Ep. XLVIII. *Idem. Eiusdem de Narcisso.*

Hic est ille, suis nimium qui credidit undis,  
 Narcissus vero dignus amore puer.  
 Cernis ab irriguo repetentem gramine ripam,  
 Ut per quas perit, crescere possit aquas.

Ep. XLVIX. *Idem. Eiusdem de Eodem.*

Se Narcissus amat captus lenonibus undis.  
 Cui si tollis aquas, non est ubi sæviat ignis.



Ep. L. *Idem. De Narcisso.*

Dum putat esse parem vitreis Narcissus in undis  
Solut amore perit, dum putat esse parem.

Ep. LI. *Idem. Aliter.*

Ardet amore sui flagrans Narcissus in undis,  
Cum modo perspicua se speculatur aqua.

Ep. LII. *Idem. Aliter.*

Suspirat propriæ Narcissus gaudia formæ,  
Quem scrutata suis vultribus unda domat.

Ep. LIII. *Idem. Narcissus.*

Candida per silvam primævo flore juvenus  
Assidue veniebat: ibi hæc cælestia dona,  
Et fontes sacros insigni laude ferebat  
Insignis facie, longumque bibebat amorem,  
Intentos volvens oculos, securus amorum:  
Dum stupet, atque animum pictura pascit inani,  
Expleri mentem nequit, ardescitque tuendo  
Egregium forma juvenem, quem Nympha creatat,  
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.  
His amor unus erat, dorso dum pendet iniquo,  
Oblitusve sui est, & membra decora juvenæ  
Miratur, retinque ignarus imagine gaudet.  
Illece ignis edax secreti ad fluminis undas,  
Ipsius in vultu vana spe lusit amantem,  
Et præceptis animi collo dare brachia circum  
Ter conatus erat, nec, quid speraret, habebat.

Ep. LIV. *Idem. Mavortii, Judicium Paridis.*

Pictus acu tunicas & barbara tegmina crurum,  
Forte recensebat numerum sub tegmine fagi,  
Horrescit visu subito, & memorabile numen  
Aut videt, aut vidisse putat. quo tenditis, inquit,  
Cœlicolæ magni, pacemne huc fertis, an arma?  
Ad quem tunc Juno supplex his vocibus usa est.  
O lux Dardaniæ, Trojaniæ gloria gentis,  
Quam dives pecoris, nivei quam lactis abundans;  
Et proprio fuerint distentæ lacte capellæ  
Ubera, nec metas rerum, nec tempora pono;  
Hæc tibi semper erunt, hic inter flumina nota  
Sponte sua sandix pascentes vestiet agnos;  
Præterea sceptrum dabitur, Trojane, quod optas.  
Talibus orabat Juno. Tritonia Pallas  
Orla loqui, nimbo effulgens, & Gorgone sæva;  
Disce, puer, virtutem ex me, verumque laborem,  
Militem & grave Martis opus: sit peccote in illo  
Vulnera dirigere, & calamos armare veneno.  
Has inter voces, media inter talia verba,  
Sic contra est ingressa Venus, numen male amicum,  
Nuda genu, nudos cervix cui lactea crines  
Corripit in nodum, tosea cervice retulit,  
Et vera incessu paruit Dea, illa repente  
Obsupuit, subitaque animum dulcedine movit:  
Et mentem Venus ipsa dedit, decus enitet ore,  
Exultatque animis, & se cupit ante videri.  
Sic tua Cyrneas fugiant exanima taxos,  
Sic citiso pastæ distendant ubera vaccæ,  
Formosi pecoris cullos toriosior ipse.  
Adspice nos tantum, Lacedæmoniosque hymenæos

Conjugio jungam stabili, propriamque dicabo  
Reginam thalamis Phrygio servire marito.  
Ille Deæ donis, ac tanto lætus honore,  
Ultero animos tollit dictis, ac talia farur.  
Jam jam nulla mora est, neque me sententia vertit,  
Do quodvis, licet arma mihi mortemque minentur;  
Me tamen urit amor, veniam, quocumque vocaris,  
Tu modo promissis maneat. ea verba locutus  
Vendidit hic auro partiam, dux femina facti.  
Nec mora, continuo penetrat Lacedæmonia pastor,  
Lædamque Helenam Trojanas vexit ad urbes,  
Et si fata Deum, si mens non læva fuisset.

Ep. LV. *Idem. Pentadii, Tumulus Acidis.*

Acidos hæc cernis montana cacumina busti,  
Æquor & ex imis fluminis ire jugis.  
Ista Cyclopei durant monumenta furoris.  
Hic amor, hic dolor est, candida Nympha, tuus,  
Sed bene, si perit, jacet hac sub mole sepultus,  
Nomen & exultans unda perenne vehit.  
Sic manet ille quidem, nec mortuus esse feretur.  
Vitaque per liquidas cætula manat aquas.

Ep. LVI. *Idem. Pyrami & Thisbes Epitaphium.*

Quos habet unus amor, quos perdidit ensis & unus,  
Una habet extinctos marmoris urna duos.  
Sponte manu miseri simul occubistis amantes,  
Causa fuit diræ vitta cruenta necis.  
Sed quæ purpureo madefacta est sanguine radix,  
Nunc atra, quæ dudum candida, mora dabit.

Ep. LVII. *Idem. De Pyramo & Thisbe.*

Pallia nota fovet lacrimis decepta Themislo,  
Pyramus heu! lacrimis pallia nota fovet.

Ep. LVIII. *Idem. De Hyla & Hercule.*

Raptus amator Hylas, Nympharum gaudia crescunt,  
Herculis ira tumet, raptus amator Hylas.

Ep. LIX. *Idem. De Hero & Leandro.*

Fecit amore viam juvenis crudele per æquor,  
Præduræ morti fecit amore viam.

Ep. LX. *Idem. De Hyppolito & Phædra.*

Vincere falsa pudor poterat. sed castus & insons  
Erubuit Phædræ vincere falsa pudor.

Ep. LXI. *Idem. Vincentii Phædra.*

Viste pudor, compone preces, secreta duorum  
Tertius ignoret. sit tantum litera testis,  
Immensum \* locutura nefas, metus unicus urget,  
Ne speret juvenis lacrimas finxisse novercam.  
Hinc tamen incipiam, Cæli regnator amavit,  
Et thalamos tenet una soror, nec crimine dignum est,  
Quod mundus cum lege facit. telluris alumnus  
Unus in orbe fuit; nulla est cognatio piehis.  
Venimus ex uno mixti patre, matre, sorore,  
Ne metuas facinus, non vult hoc scire Cupido.  
Pignus habet tabulas, rea sum semper, rea sola;

Sed

negature veni,  
Nus tolerare tu  
suspensis defig  
truciet captivus  
polytum: secumq  
amor onus,  
volo, dum nolo  
asos collo laqueos

Ep. LXII.

imen vitæ, ludit  
recurrat, disco tem  
potuit Phæbus fa  
el oror extiahi fi  
sist remans ludet  
dita pulcher mo  
a magna tamen  
semper Apollineus

Ep.

gne flos genitus  
erat ut ante decu

Ep. LXIV. *Idem.*

Arabem Myrth  
dria præcipiti lin  
sequens genitor  
premit inceltæ j  
murata in frutic

Ep. LXV. I

stat ægra thoris  
im

tribus & membris  
Congruus ut sculpti  
mirum junctæ a  
Olandit varius cum

Ep. LXVII

stima virum qua  
didit ac dalcem

Ep. LXVI

Si, viro, regno ja  
Dra forte venit su  
ar cupiens tantos le  
perpetuo plactu re  
valcat variis mo  
Post regnum in vic

Ep. LXIX.

tra Lemniadum ne  
ta tamen sensit f



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Sanguine Sisyphio generatus magnus Ulyxes  
 Hac tutos sola præstitit arte suos ;  
 Illevit cera fociorum callidus aures,  
 Atque suas vinclis præbuit ipse manus .  
 Transiluit scopulos , & inhospita litora classis .  
 Illæ præcipites desiluerere freto .  
 Sic blandas voces nocituraque carmina vicit .  
 Sic tandem exitio monstra canora dedit .

Ep. LXXVII. *Idem . Fragmentum .*

Ipsè manu patiens immensa volumina versat,  
 Adtollitque globos, sonuerunt omnia plausu .  
 Tunc Cererem corruptam undis emittit ab alto,  
 Septem ingens gyros, septena volumina traxit  
 Lubrica convolvens . & torrida semper ab igni ,  
 At rubicunda Ceres , oleo perfusa nitescit .  
 Scintillæ absistunt . opere omnis semita fervet ,  
 Fervet opus redoletque , volat vapor ater ad auras ,  
 Instant ardentes , verubusque trementia figunt ,  
 Conclamant rapiuntque focis , onerantque canistris ,  
 Undique conveniunt pueri inuuptæque puellæ .

Ep. LXXVIII. *Idem . Thema Virgilianum . Nec tibi  
 Diva parens &c.*

Dedecus o juvenum, turpisque infamia Teucrum!  
 Qui segnis per bella fores, gens perfida & amens,  
 Non virtute potens, non belli maximus auctor:  
 Ignavus tu semper eris, semperque fuisti,  
 Naufragus atque miser, segnisque in prælia ductor .  
 Nec non est aliud quod majus crimen obibit ;  
 Jamque tuo generi quod semper perfidus exitas,  
 Non equidem miror . non est ex tempore natum ;  
 Antiquos imiraris avos, perjuriam patrum :  
 Nec non & Veneris pulchra de stirpe crearis,  
 Nec pater Anchises, vestræque aut Dardanus auctor  
 Gentis, sed duræ tigres, lapidesque sinistra,  
 Te genuere virum, silvæ, montesque profani,  
 Ubera quæque tibi & potum admovere malignum,  
 Quæ tibi perfidiam mixto cum lacte dederunt .

Ep. LXXIX. *Idem . Thema Virgilianum . Turne, in  
 te suprema salus &c.*

Turne, spes Italum, custos fortissime regni,  
 Si properes mutos, arces, civesque Latinos,  
 Non solitis urget Trojanus viribus hostis,  
 Sed potiora premunt: quare \* nunc ignosce fugaci ;  
 Nec pugnae inferior, nec belli cede relictor  
 Adferat, armatus \* timendo prælia miles  
 Nec culpam nec crimen habet, nec bella minatus  
 Dum gerit Æneas, reverendi fragor Olympi  
 Ex umbone tonat, caelestes concita flammæ  
 Hasia jacit, oculis \* flatus ingerit ensis  
 Fulgura, progeniesque Dei testata vigorem  
 Numinis antiqui spoliavit fulmine cælum,  
 Et tulit arma Jovi, quod felix turba Deotum  
 In levos quondam potuit conferre Gigantas,  
 Æneas nunc solus habet; urbisque ruinam  
 Savo Marte parat, Italasque evertere turres,  
 Non ariete gravi, non torti turbine saxi

Disponit, spernit belli tormenta magister,  
 Et memor exitii Trojam sic esse sepultam,  
 Jamque faces, non tela jactat, scit quippe Tyrannus  
 Iliacas sine \* face domos steterisse per ævum .  
 Eja age, curre puer, te mater, Rexque Latinus,  
 Turba senum lacrimans, Lavinia virgo requirit .

Ep. LXXX. *Idem . Viri Clariss. Coronati .*

Aspera diverso laxatur vita dolore,  
 Et morti vicinus eo, vivitque dolori  
 Ægra salus, nostas cruciant dum flamina mentes,  
 Vitæ flatus abit: quantus post Pergama casus!  
 Vidit enim præclara manus quos sæpe dolores  
 Pertulit, atque iterum quas sensit Troja ruinas,  
 Plus cecidit post fata Phrygum, nunc ipsa cremata est  
 In natis incensa suis, recidivaque morti  
 Juncta est, & cæsum meruit miseranda maritum .  
 Traditur infestis semper nova nupta procellis,  
 Et flammæ habet ipsa suas, tædasque ministrat  
 Sola sibi, non lucis eget, non ignibus umquam,  
 De facibus micat ipsa suis, lumenque nigellum  
 Possidet infelix semper; quas æquoris iras,  
 Quas cæli terræque lues miserabile vulgus  
 Pertulit errantes sævis Tritonis in undis .  
 Atque domus mihi pontus erat, Phrygiique penates,  
 Et quasi jam pirata sui, lacrimisque profusis  
 Inter aquas siccabat homo, nostroque profecto  
 Fluctibus addebant, fluctus crescebat in astris,  
 Et mihi naufragium nostri fecere liquores .  
 Jam mulier sibi nauta fuit; jam virginis astrum  
 Vidit virgo potens, fortes torquere rudentes,  
 Et remis aptare manus, curaque vigente  
 Nocte vigil fuerat, non norat semina somnum,  
 Sideribus jam docta poli, labor ipse magistræ  
 Fecerat astrorum, norat venientia fata;  
 Non ver tranquillum fuerat, non mollior ætas  
 Sideribus, tempus requiem non denique norat .

Ep. LXXXI. *Idem . V. C. Coronati .*

Medeam fertur natos Prognemque necasse,  
 En natis atavisque simul, vel corde suorum,  
 Crescit plus moriens, sumsit de prole tumorem .

Ep. LXXXII. *Terentianus Maurus .*

Primus ab oris  
 Troius heros  
 Perdita flammis  
 Pergama linquens,  
 Exsul in altum  
 Vela resolvit.  
 Sæpe repulsus  
 Ausone terra  
 Mœnia fessis  
 Sæva locavit .  
 Unde Latinum  
 Post genus ortum,  
 Altaque magnæ  
 Mœnia Romæ .



# CLASSIS TERTIA

## CONTINENS EPIGRAMMATA ET FRAGMENTA AD VIROS FEMINASQUE ILLUSTRES PERTINENTIA CUM IN- DIGNIS AUCTORUM REFERENTIUM.

### EPIGRAMMA I. *Burmannus . Cyri .*



Uisquis es mortalium, & undecumque  
Advenis, adventurum enim te scio.  
Cyrus sum, qui Persis imperium acquisivi,  
Hoc igitur humi paululum, quo meum  
corpus  
Obtegitur, igitur mihi ne invidias.

### Ep. II. *Idem . De Nino .*

Ninus ab Assyriis sum primus regibus ausus  
Non modo finitimos populos regesque potentes  
Imperio pressisse meo: sed viribus omnem  
Æne Asiam domui terræque marique rimendus.

### Ep. III. *Idem . De Semiramide .*

Te stola te dubium teneat cultusque venusti  
Corporis ambiguus, sum clara Semiramis, alto  
Non minor ipsa viro, belli pacisque probatis  
Artibus insignis, nato miserabilis uno.

### Ep. IV. *Idem . De Cyro .*

Quantum fata valent atque immutabilis ordo  
Astrorum, docui Cyrus: quem nulla domare  
Vis potuit, non Astyages, Babylonve superba:  
Massagetis eadem me fata cedere tremendis.

### Ep. V. *Idem . De eodem .*

Quantum ego claruerim Mavortis in agmine, Cyrus  
Ipse ferus novit: qui, dum mea regna profanus,  
Sargapise insidiis rapto, popularier audet,  
Quam Tomyris turbata valet, cognovit in utre.

### Ep. VI. *Idem . De Alexandro Magno .*

Magnus Alexander bellisque horrendus & armis,  
Qui terrore mei trepidantem nominis orbem  
Usque sub Eoum parvo cum milite Gangen  
Undique concussi: nulli sum laude secundus.

### Ep. VII. *Idem . De Myrina .*

Inter Amazonidas, quas insula celsa Tritonis  
Hespera progenuit, qui me nescire Myrinam  
Dixerit, ignarum sese fateatur oportet  
Eximia laudis. Libyamque Asiamque subegi.

### Ep. VIII. *Idem . De Jul. Cesare .*

Sum genus Æneadum Cajus cognomine Cæsar  
Julius, Assyrios, Cyrum, Macetumque ferocem

Qui juvenem probitate animi, qui corporis acer  
Viribus exsuperans, fueram pater urbis & orbis.

### Ep. IX. *Idem . De Penthesilea .*

Grajugenas acies superans, passimque fugatas  
Penthesilea premens, ulcisci nobilis umbram  
Hectoris ipsa mei potui, ni dirus Achillis  
Ille Neoptolemus me clam misisset ad orcum.

### Ep. X. *Idem . De Perdicca .*

Eximius Perdicca fuit, qui corpore eburno  
Fulgebat, roseisque genis, cui lumina blandæ  
Fundebant flammæ, crocei per colla capilli  
Pendebant, variosque dabant sibi sæpe colores:  
Fulvus poples erat, nitidus pes, omnia habebat  
Quidquid haber juvenis, solus vincebat Adonem.

Ep. XI. *Petronii Antigenidis Pisaur. Cl. Oliver. in Notis  
ad Marm. Pisaur. p. 166.*

Perfes magnus adest. totus comitatur euntem  
Orbis, quid dubitas, Græcia, ferre jugum?  
Tellus iussa facit. Solem texere sagittæ.  
Abscondunt clarum Persica tela diem.  
Classes fœsus Athos intra sua viscera vidit,  
Phryxæ peditem ferre jubentur aquæ.  
Qui novus hic hominum terramque diemque fretumque  
Permutat? certe sub Jove mundus erat.

Ep. XII. *Ejusdem Petronii Antigenidis Pisaurensis.  
Idem Cl. Oliverius ibidem.*

Hic, quem cernis, Athos, immixtis pervius undis,  
Flexibus obliquis circumeundus erat.  
Acceptit magno deductum Nerea fluctu:  
Perque latus misit maxima bella suum.  
Sub tanto subitæ sonuerunt pondere classes.  
Cæruleus cana sub nive Pontus erat.  
Idem commisit longo duo litora ponte  
Perfes: & fecit per mare miles iter.  
Quale fuit regnum, mundo nova ponere jura?  
Hoc terræ fiat: hac mare, dixit, eat.

### Ep. XIII. *Burmannus . Miltiades .*

Qui Persas bello vicit Marathonis in arvis,  
Civibus ingratis & patria interiit.  
Πάντες, Μιλτιάδη, ταλαρή:α ἔργα ἴστατιν  
Πέρσαι, καὶ Μαραθῶν σῆς ἀρετῆς τέμενος.

### Ep. XIV. *Idem . In Alexandrum .*

Sufficit huic tumulus, cui non suffecerat orbis,  
Res brevis huic ampla est. cui fuit ampla brevis.



Ep. XV. *Idem. In Eundem.*

Quisquis adhuc nondum Fortunæ mobile regnum;  
Nec Sortem varias credis habere vices:  
Adspice Alexandri positum memorabile corpus.  
Abscondit tantum putris arena virum.

Ep. XVI. *Idem. In Eundem.*

Mille post annos quater, atque \* centum,  
Græciæ vindex capit arma, mundi,  
Et superbiorum gravis \* arma Regum  
Diripit audax.

Ille non \* magno genitore Magnus  
Indiæ Reges, Mediæque, Parthos,  
Bactra cum Porō, Ecbatanosque parvo  
Milite vicit.

Vincere ingentes animis, & ausis,  
Non docens gentes numero, & metallo,  
Vi celer, virtute valens, profundo  
Pectore doctus.

Hoc magister te docuit ministrum,  
Nam volens parere, regit deinde,  
Pœnitet tempus abiisse tantum  
Absque Camena.

Scribit in pectus bona dicta rector,  
Præcipit doctor pietate tota:  
Sic Alexander simul & magister  
Omnia vincunt.

Ast ubi totum tenuit sub uno  
Orbem habens \* scepro, sibi victus \* ipse  
Corruit, vicit Babylon triumpho  
Te muliebri.

Sic Clitum ab Bacchi necat \* aram,  
Sic Deum temnit juvenis protervus,  
Ut duos & jam decem habens reliquit  
Sceptra per annos.

Ter decem vixit juvenis per annos,  
Additis tantum tribus aut duobus:  
Vivus exarsit, \* moriens flagravat  
Orbis in illo.

Non satis \* mundus fuit \* unus illi,  
Nec satis \* quisquam fuit \* unus illi,  
Maximus princeps sine fine, Baccho  
Finis in ipso est.

Ep. XVII. *Idem. Reges Romani.*

Romulus adgreditur regnum, qui condidit urbem,  
Prima Remus quoniam mœnia transit, obit.  
Et Numa divinis implevit cultibus urbem.  
Tullius inventis fascibus arma ciet,  
Ancus Aventinum montem superaddidit urbi.  
Prisæ, triumphali primus honore tumes.  
Tullius invenit censum, Vulcania proles.  
Tarquinius Sexti crimine pulsus abit.

Ep. XVIII. *Idem. De primis Italiæ Regibus.*

Primus in Italia Janus regnavit agresti.  
Aurea Saturnus jugera falce colit.  
Tertius Ausoniis dominatur Picus in oris.  
Faunus & in Latio regna paterna capit.  
Filia Laurentum regi fuit una Latino.  
Dos fuit Aeneæ terra Latina pio.

Ep. XIX. *Idem. De Scævola.*

Listorem pro rege necans nunc Mucius ultro  
Sacrificio propriam concremat igne manum.  
Miratur Porfenna virum, pœnamque relaxans  
Maxima cum obsessis fœdera victor inicit.  
Plus flammis patriæ confert, quam fortibus armis,  
Una domans bellum sinere dextra suo.

Ep. XX. *Idem. Jugurthæ Epitaphium.*

Frattis cæde madens Numidarum rector iniquus  
Hostis item Romæ, pulsus ab arce tuit.

Ep. XXI. *Idem. Asdrubalis.*

Asdrubal hic situs est, hic Africa tota triumphos  
Et spes Carthago condidit alta suas.  
Mars gemit ad tumulum, tumulo decorata superbo  
Italia extincti suspicit ossa Ducis.  
Tu quoque, Roma, doles; nam, dum cadit æmula virtus  
In te converti, quæ geris, arma vides.

Ep. XXII. *Idem. Q. Fabii Dictatoris Nepotum.*

Abdita sarcophago cum manibus ossa sub illo  
Sunt Fabii Dictatoris defleta nepotum.  
Sparge rosæ tumulum, legis hæc quicumque viator,  
Quæque jacent tumulo, dic molliter ossa quiescant.

Ep. XXIII. *Idem. In Magnos Duces.*

Junxit Magnorum casus Fortuna virorum.  
Hic parvo, nullo conditus ille loco est.  
Ite, novas toto terræ conquirite mundo.  
Nempe manet Magnos parvula terra Duces.

Ep. XXIV. *Idem. Epitaphium Pompejorum.*

Magne, præmis Libyam, fortes tua pignora nati  
Europam, atque Asiam nomina quanta jacent?  
Quam late vestros duxit Fortuna triumphos,  
Tam late sparsit funera, Magne, tua.

Ep. XXV. *Idem.*

Pompejus totum victor lustraverat orbem;  
At rursus toto victor in orbe jacet.

Ep. XXVI. *Idem.*

Membra pater Libyco posuit male tecta sepulchro;  
Filius Hispana est vix adpertus humo:  
Sexte, Asiam sortite tenes. divisa ruina est.  
Uno non potuit tanta jacere solo.

Ep. XXVII. *Idem.*

Aut Asia, aut Europa tegit, aut Africa Magnum..  
Quanta domus, toto quæ jacet orbe, ruit!

Ep. XXVIII. *Idem.*

Maxima civilis belli jactura sub ipso est,  
Quantus quam parvo vix tegeris tumulo!

tes tunc campe

Ep. XXV. Cl. 1  
D

Luxuriantem animæ  
Urbis in excidium  
Patribus edocui, c  
Possit olim invidiæ  
Insolentem subiere  
Hannō, Hiberus  
Maxima cunctarum

Ep.

Ille ego sum, patriæ  
Salsivæ, rapique  
Hispanas, \* Hann  
Perdomui, & frat  
Hannibalem, atq  
Punicæ, & excel

Hinc oino ploiru  
Quonoro optumo

Ep.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Supremas error ne possit tumpere ceras,  
Arte sua cavit, clausit operata fide.  
Excipiet manes sua qui sine lite reliquit,  
Laudabit studium, cui sua cura cavet.

Ep. XLVIII. *Suetonius. In C. Cæsarem.*

Gallias Cæsar subegit, Nicomedes Cæsarem.  
Ecce nunc Cæsar triumphat, qui subegit Gallias.  
Nicomedes non triumphat, qui subegit Cæsarem.

Ep. XLIX. *Suetonius. In Cæsarem.*

Urbani servate uxores: mœchum calvum adducimus.  
Auro in Gallia stuprum emisti: hic sumplisti mutuum.

Ep. L. *Idem. In C. Cæsarem.*

Gallos Cæsar in triumphum duxit, inde in curiam.  
Galli bracas deposuerunt: latum clavum sumpserunt.

Ep. LI. *Idem. Subscriptum statuae C. Cæsaris.*

Brutus, quia Reges ejecit, Consul primo factus est,  
Hic, quia Consules ejecit, Rex postremo factus est.

Ep. LII. *Idem. In M. Bibulum Cos.*

Consule non Bibulo quidquam, sed Cæsare factum est,  
Nam Bibulo hetu Consule nil memini.

Ep. LIII. *Burmannus. Julii Cæsaris tumulus.*

Ille hic magnanimus, qui claris arduus actis,  
Non timuit generum, nec inertia tela Senatus,  
Ne sibi Gallorum reperetur pompa triumphi,  
Intulit immitis per civica viscera ferrum.  
Vis invicta viri reparata classe Britannos  
Vicit, & hostiles Rheni compescuit undas.

Ep. LIV. *Idem. Octaviani Augusti.*

In Macetum campis ultus jam Cæsaris umbras  
Sum patris, Augustus belloque armisque superbus.  
Namque meos sensit fugiens Antonius enses.  
Quantum ingens orbis, quantum Jovis alta potestas,  
Tantus in orbe sui, mare trans pontumque subegi.  
Vix cœlum Superis & sidera lumina reliqui.

Ep. LV. *Suetonius. In Augustum.*

Postquam bis classe victus naves perdidit:  
Aliquando ut vincat, ludit adsidue aleam.

Ep. LVI. *Burmannus. De Cæs. Oct. Augusto.*

Jupiter in cœlis: Cæsar regit omnia terris.

Ep. LVII. *Suetonius. In Augustum.*

Cum primum istorum conduxit mensa choragum,

Sexque Deos vidit Manlia, sexque Deas:  
Impia dum Phœbi Cæsar mendacia ridet,  
Dum nova Divorum cœnat adulteria:  
Omnia se a terris tunc numina declinarunt,  
Fugit & autatos Jupiter ipse thronos.

Ep. LVIII. *Burmannus. Ponnani. De Pictura Cleopatrae morientis.*

Picta fuit quondam Pharii regina Canopi,  
Artifici formata manu, nam vivere serpens  
Creditor, & morsu gaudens dare fata papilla.  
O quam vivit opus! quam pene figura dolorem  
Sentit! & ex ipso moritur pictura veneno!

Ep. LIX. *Idem. Germanici Cæsaris, Caligulae patris.*

Parce hospes tumulo, Cæsar Germanicus hic sum;  
Sæpe etiam ignotis ipse dedi requiem.  
Quod si quem tumuli nihil hujus gratia tangit,  
Admoneat, patria fraude quod hic jaceo.  
Sed jaceo, quamvis non vitæ, & plenus honoris,  
Hoc uno ingratus, quod genui patriæ.  
Testata est mores lacrimis plebesque patresque,  
Hæc sunt sinceri judiciz ingenii.

Ep. LX. *Suetonius. In Cl. Tiberium Cæsarem.*

Adspice felicem sibi, non tibi, Romule, Sullam.  
Et Marium, u vis, adspice, sed reducem.  
Nec non Antoni civilia bella moventis,  
Nec semel infectas adspice cæde manus.  
Et dic, Roma perit, regnabit sanguine multo,  
Ad regnum quisquis venit ab exilio.

Ep. LXI. *Idem.*

Non es eques. quare? non sunt tibi millia centum,  
Omnia si quæras, & Rhodos exilium est.

Ep. LXII. *Idem.*

Asper, & immitis: breviter vis omnia dicam?  
Dispeream, si te mater amare potest.

Ep. LXIII. *Idem.*

Aurea mutasti Saturni secula, Cæsar.  
Incolumi nam te terrea semper erunt.

Ep. LXIV. *Idem.*

Fastidit vinum, quia jam sirit iste cruorem.  
Tam bibit hunc avide, quam bibit ante merum.

Ep. LXV. *Burmannus. De Cl. Tiberio Nerone.*

Ternos vetusti congios Falerni,  
Uno die, convivis peractis,

Tubos



Extremum citra constitit Oceanum.  
 At nunc Oceanus geminos interluit orbis.  
 Pars est imperii, terminus ante fuit.

Ep. LXXV. *Idem.*

Mars pater, & nostræ gentis tutela, Quirine,  
 Et magno positus Cæsar uterque polo:  
 Cernitis ignotos Latia sub lege Britannos.  
 Sol citra nostrum flectitur imperium.  
 Ultima cesserunt adaperto claustra profundo.  
 Et jam Romano cingimur Oceano.

Ep. LXXVI. *Idem.*

Opponis frustra rapidum Germania Rhenum.  
 Eufates prodest nil tibi, Parthe fugax.  
 Oceanus jam terga dedit: nec pervius ulli  
 Cæsareos fasces, imperiumque tulit.

Ep. LXXVII. *Idem.*

Illa procul nostro semota exclusaque cælo,  
 Adluitur nostra victa Britannis aqua.

Ep. LXXVIII. *Idem.*

Semota & vasto disjuncta Britannia ponto,  
 Cinctaque inaccessis horrida litoribus:  
 Quam pater invictis Nereus vallaverat undis:  
 Quam fallax æstu circuit Oceanus:  
 Brumalem sortita polum, qua frigida sæpè  
 Præfulget stellis Arctos innociduis.  
 Conspectu devicta tuo, Germanice Cæsar,  
 Subdidit insueto colla premenda jugo.  
 Adspice, confundit populos impervia Tellus.  
 Conjunctum est, quod adhuc orbis, & orbis erat.

b-

Ep. LXXIX. *Suetonius in Othone.*

Cur Otho mentito sit, quæritis, exsul honore?  
 Uxoris mæchus cœperat esse suæ.

Ep. LXXX. *Burmannus. Vespasiano & Tito.*

I nunc, & rebus fidas, Romane, secundis,  
 Cuncta brevi cum sint interitura die.  
 Orbis delicias, & Titum, & Vespasianum,  
 Terrarum dominos hæc capit urna duos.

Ep. LXXXI. *Idem. Imp. Nervæ Trajano D. Nervæ  
 F. Dacico Germanico C. Julius Lacer.*

Templum in rupe Tagi Superis & Cæsare plenum,  
 Ars ubi materia vincitur ipsa sua;  
 Quis, quali dederit voto, fortasse requireret  
 Cura viatorum, quos nova fama juvat.  
 Ingentem vasta pontem qui mole peregit,  
 Sacra litaturo fecit honore Lacer.  
 Pontem perpetui mansurum in secula mundi  
 Fecit divina nobilis arte Lacer.  
 Qui pontem fecit Lacer, & nova templa dicavit.  
 Scilicet & Superis munera sola litant.  
 Idem Romuleis templum cum Cæsare divis  
 Constituit felix: utraque causa sacri.

Ep.



Ep. LXXXII. *Spartianus in Anton. Diadum.*

Commodus Herculeum nomen habere cupit,  
Antoninorum non putat esse bonum,  
Expers humani juris & imperii:  
Sperans quin etiam clarius esse deum,  
Quam si sit princeps nominis egregii,  
Non erit iste deus, nec tamen ullus homo.

Ep. LXXXIII. *Spartianus in Pescennio Nigro.*

Optimus est Fuscus, bonus Afer, pessimus Albus.

Ep. LXXXIV. *Idem.*

Fundetur sanguis Albi, Nigrique manantis,  
Imperium mundi Pœna reget urbe profectus.

Ep. LXXXV. *Idem.*

Cui dederint Superi nomen habere Pii.

Ep. LXXXVI. *Idem.*

Bis denis Italum conscendit navibus æquor,  
Si tamen una ratis transiliet pelagus.

Ep. LXXXVII. *Idem in Alexandro Severo.*

Te manet imperium cœli terræque marisque.

Ep. LXXXVIII. *Idem.*

Te manet imperium, quod tenet imperium.

Ep. LXXXIX. *Idem.*

Pulchrum quod vides esse nostrum regem,  
Quem Syrum sua detulit propago,  
Venatus facit, & lepus comesus,  
Ex quo continuum capit leporem.

Ep. XC. *Idem. Respondet Severus. versum e Græco.*

Pulchrum quod putas esse vestrum regem,  
Vulgari, miserande, de fabella:  
Si verum putas esse, non irascor:  
Tantum tu comedas velim lepusculos,  
Ut fias, animi malis repulsis,  
Pulcher, ne invidias livore mentis.

Ep. XCI. *Iulius Capitolianus in Maximino.*

Et qui ab uno non potest occidi, a multis occiditur.  
Elephas grandis est, & occiditur.  
Leo fortis est, & occiditur:  
Tigris fortis est, & occiditur:  
Cave multos, si singulos non times.

Ep. XCII. *Spartianus in Pescennio Nigro Imp.*

Terror Egyptiaci Niger adstat limitis ingens,  
Thebaidos socius aurea secla volens.  
Hunc reges, hunc gentes amant, hunc aurea Roma.  
Hic Antoninis carus & imperio.  
Nigrum nomen habet. Nigrum formavimus ipsi,

Ut consentirent forma metalla tibi.

Ep. XCIII. *Capit. in Opil Macrin. In Diadumenum*

Vidimus in somnis cives ( nisi fallor ) & illud,  
Antoninorum nomen puer ille gerebat,  
Qui patre venali genitus, sed matre pudica:  
( Centum nam mœchos passa est, centumque rogavit )  
Ipse etiam calvus mœcus fuit, inde maritus.  
En Pius, en Marcus. Verus nam non fuit ille.

Ep. XCIV. *Idem. In Opilium.*

Histrionum jam senior turpis, gravis, asper, iniquus,  
Impius, & felix sic simul esse cupit:  
Ut nolit Pius esse, velit tamen esse Beatus:  
Quod natura negat, nec recipit ratio.  
Nam Pius & Felix poterat dici atque videri:  
Cui imperium intelix est, erit ille sibi.

Ep. XCV. *Idem. Macrinus respondet.*

Si talem Grajum retulissent fata poetam,  
Qualis Latinus Gabalus iste fuit,  
Nil populus nosset, nil nosset curia, magno  
Nullus scripsisset carmina tætra mihi.

Ep. XCVI. *Trebellius Pollio in Aureolo.*

Dona sepulcrorum victor post multa tyranni  
Prælia, jam felix Claudius Aureolum  
Munere prosequitur mortali, & jure superstes.  
Vivere quem vellet, si pateretur amor.  
Militis egregii vitam qui jure negavit  
Omnibus indignis, & magis Aureolo,  
Ille tamen clemens, qui corporis ultima servans,  
Et pontem Aureoli dedicat & tumulum.

XCVII. *Burmannus. Supra portam auream Constantinopoli.*

Hæc loca Theodosius decorat post fata Tyranni,  
Aurea secla gerit, qui portam construit auro.

Ep. XCVIII. *Idem. Inscriptum basi Obelisci Constantiani in Circo Maximo Ro.*

Patris opus munusque suum tibi, Roma, dicavit  
Augustus toto Constantius orbe recepto:  
Et quod nulla tulit tellus, nec viderat ætas,  
Condidit, ut claris exæquet dona triumphis.  
Hoc decus, ornatum genitor cognominis urbis  
Esse volens, cæsa Thebis de rupe revellit:  
Sed gravior Divum tangebatur cura vehendi,  
Quod nullo ingenio, nisuque, manuque, moveri  
Caucasæam molem discurrens fama moneret.  
At dominus mundi Constantius, omnia fretus  
Cedere virtuti, terris incedere jussit  
Haud parvæ exiguam montis, pontoque tumentis  
Credidit, & placido vecta est velocius Euro  
Litus ad Hesperium, populo mirante carinam.  
Interea, Romam tæstro vastante tyranno,  
Augusti jacuit donum, studiumque locandi,  
Non fastu spreto, sed quod non crederet ullus  
Tantæ molis opus superas consurgere in auras.  
Nunc veluti rursus rufis avulsa metallis  
Emicuit, pulsatque polos. hæc gloria dudum



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Ep. CVII. *Idem. M. Petilii Processii, Caussidici Romani, sedis Prætorianæ Togati.*

Post mortem si vivit amor, si gratia pristæ  
Durat in arcanum mentis adacta bonum;  
Quamvis iustificum, fratris tamen accipe carmen;  
Ne male sit tumulis externa lingua tuis.  
Te Natura parens omni depinxerat arte,  
Moribus, ingenio, corpore, mente, fide.  
Purus amicitiaæ cultor, servator honesti,  
Eloquio miseros vel pietate fovens.  
Hinc est quod toto semper te flebimus ævo,  
Quod fuerit juveni vis tibi multa senis.  
Te genitrix, fratresque simul, te compare luctu  
Perpetuis lacrimis plangit amata domus.

Ep. CVIII. *Idem. Valerio Proculo V. C. Præsidi provincie Val. Byzac.*

Hic bis Præfectus patriæ, Præfectus & idem  
Hic Libyæ, atque idem Libyæ Proconsul, & ante  
Ter vice qui sacra discinxit iurgia iudex,  
Consul & æterno decoravit nomine fastos.  
Cetera quid memorem tanto sua iudice gesta,  
Cum Proculum videas, totus qui natus honori est?

Ep. CIX. *Idem.*

Ille ego sum Proculus, totus qui natus honori,  
Aut dic quis sit honos, quem mihi inesse negas.

Ep. CX. *Idem. Valeriani, de Cicerone.*

Par scelus admisit Phariis Antonius armis:  
Abscidit vultus ensis uterque sacros.  
Illud, laurigeros ageres cum læta triumphos;  
Hoc tibi, Roma, caput, cum loquereris, erat.  
Quid profunt sacra præcisa silentia linguæ?  
Incipiunt omnes pro Cicerone loqui.

Ep. CXI. *Idem. M. Tullii Ciceronis Tumulus per XII. Scholasticos Poetas. Euphorbus I.*

Hic jacet Arpinas, manibus tumulatus amicis,  
Qui fuit orator summus & eximius.  
Quem nece crudeli mactavit civis, & hostis.  
Nil agis, Antoni: scripta diserta manent.  
Vulnere nempe uno Ciceronem conficis: at te  
Tullius æternis vulneribus lacerat.

Ep. CXII. JULIANUS. II.

Corpus in hoc tumulo magni Ciceronis humatum  
Contegitur, claro qui fuit ingenio.  
Quique malis gravis hostis erat, tutorque bonorum,  
Quo pæne indigne Consule Roma perit.  
Sed vigili cura detectis hostibus, urbem,  
Supplicioque datis, præstitit incolumem.

Ep. CXIII. HILASIVS III.

Unicus orator, lumenque decusque Senatus,  
Servator patriæ, conditor eloquii.  
Cuius ab ingenio tandem illustrata perenni  
Lumine præclaro lingua Latina viget:  
Occidit insane manibus laceratus iniquis

Tullius, ac tumulo subditus exiguo est.

Ep. CXIV. PALLADIUS IV.

Quicumque in libris nomen Ciceronis adoras,  
Adspice quo jaceat conditus ille loco.  
Ille vel orator, vel civis maximus: idem  
Clarus erat factis, clarior eloquio.  
Ac, ne quid Fortuna viro nocuisse putetur,  
Vivus in æternum docta per ora volat.

Ep. CXV. ASCLEPIADIUS V.

Marcus eram Cicero, toto notissimus orbe,  
Cujus reliquias occulit urna brevis.  
Dextera me patriæ nuper civilis ademit,  
Eripui patriam qui prius exitio.  
Si quis in hoc saxo Tulli legis advena nomen,  
Non dedigneris dicere, Marce vale.

Ep. CXVI. EUSTHENIUS VI.

Tullius Arpinas ex ordine natus equestri,  
Sed virtute sua Consul in urbe fuit.  
Quem Catilina malus, conjurati que nocentes  
Senserunt vigilem civibus esse suis.  
Hunc tamen, o pietas, tres occidere tyranni:  
At Lamia ille pio supposuit titulo.

Ep. CXVII. POMPEJANUS. VII.

Qui tenet eloquii fastigia summa Latini:  
Qui Consul patriam cædibus eripuit:  
Quique trium sævo vitam dedit ense Virorum,  
Tullius, en! hac est ipse sepultus humo.  
Sed vitæ brevitatis pensatur laude perenni.  
Quod mors eripuit, gloria restituit.

Ep. CXVIII. MAXIMIANUS VIII.

Tullius hic situs est, venerabile nomen in ævum:  
Clarus honore simul, clarus & ingenio.  
Quem scelerata neci crudeliter arma dederunt,  
Quod patriæ vindex ille fidelis erat.  
Sed nihil infanda profecit cæde tyrannus.  
Ingenium vivit, corpus inane perit.

Ep. CXIX. VITALIS. IX.

Romani princeps populi, decus ordinis ampli,  
Maximus orator, civis & egregius:  
Conjuratorum vindex, hostisque malorum,  
Proscriptus perlit a tribus ille Viris.  
Qui cæsus graviter, qui detruncatus acerbe,  
Hoc Lamiæ debet, quod jacet in tumulo.

Ep. CXX. VOMANUS. X.

Doctrinæ antistes, rerum mirabilis auctor  
Tullius, existens nobilis ex humili:  
Cui dedit excellens ars oratoria nomen:  
Virtute ingenii venit in astra sui.  
Sed Fortuna nocens miserando funere raptum  
Carpsit, & hoc voluit membra jacere loco.



## Ep. CXXI. ASMENUS. XI.

Eloquii princeps, magnis memorabilis actis,  
Tullius, indigna cæde peremptus obit.  
Sed terras omnes implevit nomine claro,  
Ingenium, cæso corpore, morte caret:  
Vivit, & ingenti pollet cum laude per orbem.  
Cujus in hoc tumulo membra sepulta jacent.

## Ep. CXXII. BASILIUS. XII.

Inclutus hic Cicero est Lamix pietate sepultus,  
Quem Fortuna neci tradidit immeritæ:  
Maximus eloquio, civis bonus, urbis amator,  
Perniciesque malis, profugiumque bonis.  
Qui sexaginta completis ac tribus annis  
Servitio pressam destituit patriam.

## Ep. CXXIII. Idem. Epitaphium Ciceronis.

Ille Oratorum princeps, & gloria linguæ  
Romanæ, jacet hac cum conjugè Tullius urna:  
Tullius ille, inquam, de se qui scripserat olim,  
O fortunatam natam me Consule Romam!

## Ep. CXXIV. Idem. De Lucretia. Modesti.

Roma, tibi ambiguum mea mors sine teste dedisset,  
Esset utrum, ut corpus, sic scelerata anima.  
Proin animam testor scelus haud retigisse, sed ecce,  
Ut solum scædum est corpus, & id fodio:  
Qua cruor infictam labem lavet, & per aperta  
Pectora ab iavisâ sit fuga sede animæ.

## Ep. CXXV. Idem.

Cum foderet ferro castum Lucretia pectus,  
Sanguinis & torrens egereretur, ait:  
Procedant telles, me non favisse tyranno,  
Ante virum sanguis, spiritus ante Deos.  
Quam bene producti pro me post fata loquentur,  
Alter apud Manes, alter apud Superos.

## Ep. CXXVI. Idem. De Operibus Virgilii.

Mænonium quisquis Romanus nescit Homerum,  
Me legat, & lectum credat utrumque sibi.  
Illius immensos miratur Græcia campos,  
Ast minor est nobis, sed bene cultus ager.  
Non pastor, miles, nec carvus deerit atarot.  
Hæc Græjis constant singula, trina mihi.

Ep. CXXVII. Donatus in Vita Virgilii. C. Sulpicii  
Apollinaris Grammatici, in Æneidem Virgilianam.

Jusserat hæc rapidis aboleri carmina flammis  
Virgilius. Phrygium quæ cecinere ducem.  
Tucca vetat Varusque simul, tu maxime Cæsar  
Non sinis, & Latix consulis historix.  
Infelix gemino cecidit prope Pergamon igni,  
Et pæne est alio Troja cremata rogo.

Ep. CXXVIII. Burmannus. Imitatio ejusdem: Phocæ  
Grammatici, ex fragmento vite Virgilii.

Carmina Virgilius Phrygium proventia Martem

Secum fatali jusserat igne mori.  
Tucca negat: Varus prohibet: superaddite Cæsar  
Nomen, in Ænea non sinis esse nefas.  
O quam pæne iterum geminasti funere funus  
Troja bis interitus causa futura tui.

Ep. CXXIX. Idem. De morte Virgilii & Æneide versus  
adtributi Cornelio Gallo, sed Scholastici poeta: imi-  
tati ex Sulpicio Carthaginensi.

Temporibus lætis tristamur, maxime Cæsar,  
Hoc uno amisso, quem fleo Virgilium.  
Sed vetuit telegi, si tu patiere, libellos,  
In quibus Æneam condidit ore sacro.  
Roma rogat: precibus totus tibi supplicat orbis,  
Ne pereant flammis tot monumenta ducum.  
Atque iterum Trojam, sed major, flamma cremabit.  
Fac laudes Italum, fac tua facta legi.  
Æneamque suum fac major nuncius ornet.  
Plus fatis possunt Cæsar's ora Dei.

## Ep. CXXX. Idem. Alcimi de Virgilio &amp; Homero.

Mænonio vati qui par aut proximus esset,  
Consultus Pæan tistit, & hæc cecinit.  
Si potuit nasci quem tu sequereris, Homere,  
Nascetur qui te possit, Homere, sequi.

## Ep. CXXXI. Idem. Alcinoi de Virgilio.

De numero vatum si quis seponat Homerum,  
Proximus a primo tum Maro primus erit.  
Et si post primum Maro seponatur Homerum:  
Longe erit a primo, quisque secundus erit.

## Ep. CXXXII. Idem. Laus Virgilii.

Alter Homerus ero, vel eodem major Homero,  
Tot clades numero scribere si potero.

## Ep. CXXXIII. Idem.

Virgilium vatem melius sua carmina laudant.  
In freta dum fluvii current, dum montibus umbræ  
Lustrabant convexa, polus dum sidera pascet,  
Semper honos, nomenque tuum laudesque manebunt.

## Ep. CXXXIV. Idem. De Homero &amp; Virgilio.

Argumenta, locos, versus, totumque poema  
Virgilius rapuit Grajo Romanus Homero,  
Æneasque locum magni sibi sumsit Ulyxis.  
Carthagoque fuit captis Phæacia terris  
Barbatus interimit Pallanta hic Turnus, at illic  
Dat leto insignem Patroclum maximus Hector.  
At Turnum Æneas Stygias dedit ire sub umbras.  
Hectora magnanimum leto dat magnus Achilles.  
Jurgia Drancis enim & Turni, lis illa molesta  
Pelidæ magni & late regnantis Atridæ.  
Singula ludorum posuit certamina uterque;  
Nec mutavit enim quidquam, nisi forte, quod alter  
Quatuor in currus pandas dat ire carinas.

## Ep. CXXXV. Idem. De Virgilio.

Vate Syracosio qui dulcior, Hesiodoque



Major, Homero non minor ore fuit.  
Illius hæc quoque sunt divini elementa poetæ,  
Et rudit in vario carmine Calliope.

Ep. CXXXVI. Idem. De Asino, qui Æneidem dentibus discerpit.

Carminis Iliaci libros consumsit asellus,  
Hoc fatum Trojæ est, aut equus, aut asinus.

Ep. CXXXVII. Idem. De Æneide, veteris Scholastici Poetæ versus, sub nomine Augusti Cesaris.

Ergone supremis potuit vox improba verbis  
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes,  
Magnaque doctiloqui morietur Musa Matonis?  
Ah scelus indignum! solvetur litera dives?  
Et poterunt spectare oculi? nec parcere honori  
Flamma suo? dignumque operi servare decorem?  
Noster Apollo veta. Musæ prohibete Latinæ.  
Liber, & alma Ceres succurrite. vester in armis  
Miles erat: vester docilis per rura colonus.  
Nam docuit, quid Ver ageret, quid cogeret Æstas:  
Quid daret Autumnus, quid Bruma novissima ferret.  
Arva reformavit: sociavit vitibus ulmos:  
Curavit pecudes: apibus sua castra dicavit.  
Hæc dedit, ut pereant? ipsum si dicere fas est.  
Sed legum est servanda fides. suprema voluntas  
Quod mandat, fierique jubet, parere necesse est.  
Frangatur potius legum veneranda potestas  
Quam tot congestos noctesque diesque labores  
Hauserit una dies, supremaque iussa parentis  
Amittant vigilasse suum. si forte furenti  
Erravit in morte dolor: si lingua locuta est  
Nescio quid, titubante animo, non sponte, sed altis  
Expugnata malis, odio languoris iniqui:  
Si mens cæca fuit: iterum sentire ruinas  
Troja suas, iterum cogetur reddere voces?  
Ardebit miseræ post vulnera vulnus Elisæ?  
Hoc opus æternum ruet? & tot bella, tot enses  
Cineres dabit hora nocens, & perfidus error?  
Nunc Pierides nemorum per lustra loquaces  
& ardentes ignes fluvialibus undis  
Nunc pereat tam clari Musa poetæ,  
Nunc nescat. vivat Maro clarus in orbe,  
Iam sed quod male jusserat ipse,  
Huc n. sacer est post tempora vitæ.  
Tendite. a resonante Camena  
Mergite: n. sub nomine vivat.  
Flammaque va telegatur, ametur.  
Ingratusque sibi.  
Sit vetuisse meum.  
Sicque erit æternum tot.  
Carmen, & imperii vivi.  
Laudetur, vigeat, placeat.

Ep. CXXXVIII. Idem. Argum. Virgili.  
Pastorum Musam vario certamine pro.  
Ruris item docilis culturam carmine mon.  
Arboribus vitem, prolem quoque jungis o.  
Pastorumque Palen, & curam tradit equoru.  
Tunc apium seriem, & quæ mellis dona, rest.  
Æneas intrat profugus Carthaginis or.  
Convivis series narratur Troica belli.  
Tertius at complet narrantis in ordine gesta.  
Ardet amans Dido, fatum sortita supremum.  
Quintus habet varia tumuli spectacula patris.  
Infernos Diris Manes, & regna pererrat.  
In Latium Æneas, Italas simul intrat in oras.  
Intonat hinc bellum recti de culmine Turnus.

Euryalum, & Nisum desset cum matre juvenus.  
Mezenti interitus canitur, post funera Lausi.  
Ultraque dehinc fertur telo mactata Camilla.  
Turni vita fugit infernas mœsta sub umbras.

Ep. CXXXIX. Idem. Inerti postea Tetraſticha in Geor- gica. Prefatio.

Qualis Bucolicis: quantus tellure domanda  
Vitibus, arboribusque, apibus, pecorique, satisque;  
Æneadum fuerit vates, Tetraſticha dicent.  
Contineat quæ quisque liber, lege carmina nostra.

## LIBRI PRIMI.

Quid faciat lætas segetes: quæ sidera servet  
Agricola, ut facilem terram prosciadat aratris,  
Semina quo jacienda modo, cultusque locorum,  
Et messes docuit magno olim sænore reddi.

## SECUNDI.

Hæstenus arborum cultus, & sidera cæli:  
Pampineas canit inde comas, collesque virentes,  
Descriptasque locis vites, & dona Lyæi,  
Atque oleæ ramos pomorum ex ordine lectos.

## TERTII.

Teque Pales, & te pastor memorande per orbem,  
Et pecorum cultus, & gramine pascua læta.  
Queis habitent armenta locis, stabulentur & agni,  
Omnia divino monstravit carmine vates.

## QUARTI.

Protinus aërii mellis redolentia regna,  
Hyblæas & apes, alveorum cerea tecta.  
Quique apibus flores, exanima quæque legenda,  
Indicat, humentesque favos, cælestia dona.

Ep. CXXXIX. Idem. In Æneidem Monosticha Basilii.

Primus habet, Libycam veniunt ut Troes in urbem.  
Edocet excidium Trojæ clademque secundus.  
Tertius a Troja vestos canit æquore Teucros.  
Quartus item miseræ duo vulnera narrat Elisæ.  
Manibus ad tumulum quinto celebrantur honores.  
Æneam memorat visentem Tartara sextus.  
In Phrygas Italiam bello jam septimus armat.  
Dat simul Æneæ socios octavus, & arma.  
Daunius expugnat nono nova mœnia Trojæ.  
Exponit decimus Thuscorum in litore pugnas.  
Undecimo Rutuli superantur morte Camillæ.  
Ultimus imponit bello Turni nece finem.

Ep. CXXX. Idem. Alia Monosticha in XII. libros Æneidos.

Æneas primo Libyes adpellitur oris.  
Furor Dardaniæ narrat sterusque secundo.  
Tertius errores canit, amissumque parentem.  
Uritur in quarto Dido, flammæque faterur.  
Quintus habet ludos, & classem corripit ignis.  
Quærentur sexto Manes, & Tartara Ditis.  
Septimus æneæ reddit fatalibus arvis.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Euryali, & Nisi cœptis fuit exitus impar.  
Pugnatur. castra Æneadæ, vallumque tœnentur.  
Audacem Rutulum dat leto pulcher Iulus.  
Fit via vi. Turnus Bitian, & Pandaron altum  
Dejicit, & totis victor dat funera castris.  
Jamque fatigatus recipit se in castra suorum.

## DECIMI.

Concilium Divis hominum de rebus habetur.  
Interea Rutuli portis circum omnibus instat.  
Advenit Æneas multis cum millibus hæros.  
Mars vocat, & totis in pugnam viribus itur.  
Interimit Pallanta potens in prælia Iurnus.  
Cædunturque duces, cadit & sine nominæ vulgus.  
Subtrahitur pugnæ Junonis numine Turnus.  
Æneas perstat Mezenti cæde piata:  
Et Laufum invicta perimit per vulnera dextra.  
Mox ultor nati Mezentius occidit ipse.

## UNDECIMI.

Constituit Marti spoliolum ex hoste tropæum.  
Exanimumque patri natum Pallanta remittit.  
Jura sepulturæ tribuit, tempusque, Latinis,  
Evander patrios affectus edit in urbe.  
Corpora cæsa virum passim digesta cremantur.  
Legati referunt Diomedem arma negasse.  
Drances, & Turnus, leges æquante Latino,  
Concurrunt dictis. Æneas imminet urbi.  
Pugnatur. vincunt Troes. cadit ista Camilla,  
Deinde duces castris, donec cessere, minantur.

## DUODECIMI.

Turnus jam fractis adverso Marte Latinis  
Semet in arma parat, pacem cupiente Latino.  
Fœdus percutitur passuris omnia victis.  
Hoc Turni Juturna soror confundit: & ambos  
In pugnam populos agit, ementita Camertem.  
Æneas volucris tardatur membra sagitta.  
Anxia pro nato servavit cura parentis.  
Urbs capitur. vitam laqueo sibi finit Amata.  
Æneas Turnum, campo congressus, utrimque  
Circumsusa acie, vita spoliavit, & armis.

Ep. CXXXII. Idem. *Tetrasticha in omnia Virgilit Opera.*

## IN BUCOLICA.

Tityrus agresti modulatus carmen avena.  
Formosum pastor Corydon dilexit Alexin.  
Silenumque senem fertisque meroque ligavit.  
Pastorumque melos facili deduxit avena.

## IN GEORGICA.

Sidera deinde canit, segetes, & dona Lyxi,  
Et pecorum cultus, Hyblæi mella saporis.  
Principio breviter ventura volumina dixit,  
Intercidit opus, cœpitque referre secunda.

## IN ÆNEIDEM.

## LIBRI PRIMI.

Arma virumque canit nixta virtute potentem;

Junonis odio disjectas æquote puppes;  
Hospitium Didus, classein sociosque receptos:  
Utque epulas inter casus regina requirat.

## SECUNDI.

Conticuere omnes. infandos ille labores,  
Deceptamque dolis Trojam, patriæque ruinas,  
Et casus Priami docet, & flagrantia regna;  
Ignibus e mediis raprum deque holte parentem.

## TERTII.

Postquam res Asiæ, deceptaque Pergama, dixit;  
Tum, Polidoro, tuos tumulos, tum Gnosa regna,  
Andromachen, Helenumque, & valla mole Cyclopas,  
Amissumque patrem Siculis narravit in oris.

## QUARTI.

At regina gravi Veneris jam carpitur igni,  
Venatulusque petit, capitur venaribus ipsis;  
Et tædas, Hymenæe, tuas ad funera vertit,  
Postquam Anchisiades fatorum est iussa secutus.

## QUINTI.

Interea Æneas pelagus jam classe tenebat,  
Ludorumque patris tumulum celebrabat honore:  
Puppibus ambustis fundavit mœnia Acestæ,  
Destituitque ratem media Palinurus in unda.

## SEXTI.

Sic lacrimans tandem Cumarum adlabitur oris,  
Descenditque domus Ditis, comitante Sibylla.  
Agnoscit Troas cæcos, agnoscit Achivos,  
Et docet Anchises venturam ad sidera prolem.

## SEPTIMI.

Tu quoque litoribus famam, Cajeta, dedisti.  
Impetrat Æneas Latium, regnumque Latinis,  
Fœdus agens; sævit Juno, bellumque laceffit,  
Finitimosque viros, Turnumque in prælia mittit.

## OCTAVI.

Ut belli signum Turnus, Mezentiaque arma,  
Concivitque duces; tum mœnia Pallantea  
Æneas adit, Evandri socia agmina quærens.  
Arma Venus portat proprio Vulcania nato.

## NONI.

Atque ea diversa dum parte; hic diva Cybebe  
Puppes esse suas Nympharum numina jussit.  
Euryali & Nisi cædes & fata canuntur;  
Fecerit inclusus castris quæ funera Turnus.

## DECIMI.

Panditur interea cælum cœtusque Deorum.  
Jam redit Æneas, & Pallas sternitur acer.  
Eripuit Juno Turnum, Laufique patentem  
Adjecit comitem mortis Cythereia proles.

UNDE-



Hic primum mæstos videt inter cetera Troas,  
Tum patrem agnoscit . discit reditura sub ortus  
Corpora, Romanosque duces, seriemque nepotum .

## S E P T I M I .

Tu quoque litoribus nostris, Cajeta, manebis,  
Servat honos nomen, pietas testatur honorem .  
Causa opus insequitur : bellum namque incipit esse,  
Tyrrhidæ juvenum quod tunc conflaverat ira .  
Turnus adest; monet, arma sibi contraria sumat .  
Tum gentes socia arma ferunt, fremit arma juventus .

## O C T A V I .

ba .

Ut belli signum cecinit, sociosque vocavit  
Turnus, & in varias turbatus pectora mentes,  
Æneas Evandron adit; facit hospitis usum,  
Atque operum causas urbis cognoscit honores :  
Arma rogat, Cytherea rogat, mox accipit heros :  
Tumque opere obstupuit, factis labor addidit artem .

## N O N I .

Atque ea diversa penitus dum parte geruntur,  
Iris adest, monet arma sibi contraria sumat :  
Cæduntur vigiles, & mutua corpora frantum .  
Nisus & Eurialus morte & pietate fideles .  
Dumque petit laudem, vincunt contraria fata .  
Audacem Remulum leto dat pulcher Iulus .

## D E C I M I .

Panditur interea cælum, sedesque Tonantis,  
Alternos questus Venus ac Saturnia promunt .  
Illa dolos, hæc bella movet; sed vincitur ira  
Mater. at Æneas bello non segnior inflat .  
Vulnere Mezentis Lauso nam fecerat iram,  
Quem tetigit virtus, superat per fata periculum .

## U N D E C I M I .

Oceanum interea Phœbus superaverat ortu .  
Exstitit Æneas dextra quæsitæ tropæa,  
Condit humi socios, fatum quos condidit ante .  
Legati responsa ferunt . veniamque petitam  
Non negat, & contra pugnat secunda Camilla,  
Femina cæde potens, casu temeraria tanto .

## D U O D E C I M I .

Turnus ut infractos vidit cessisse Latinos,  
Instat atrox, pugnaeque vices sibi percipit hostis,  
Pectore secreto violatur vulnere teli,  
Æneas causa est . illi Juturna neganti  
Adfuit obsequio, quum mors finiverat iram :  
Sed sua fata virum traxerunt querere mortem .

Ep. CXX. Idem. XII. *Scholasticorum Poetarum Argu-  
menta in Æneidem .*

## L I B R I P R I M I .

## V O M A N U S I .

Æolus immittit ventos, Junone precante,

Tro-



Trojanosque vagos Libycas expellit in oras.  
Solatur Venerem dictis pater ipse dolentem.  
Æneam recipit pulchra Carthagine Dido.  
Cui Venus Ascanii sub imagine mittit amorem.

## S E C U N D I.

## EUFORBUS. II.

Cogitur Æneas bellorum exponere casus,  
Grajorumque dolos, & equum, fraudemque Sinonis,  
Excisamque urbem, Priamique miserrima fata;  
Utque patrem impositum forti cervice per ignes  
Extulerit, caramque amiserit ipse Creusam.

## T E R T I I.

## JULIANUS. III.

Post casum Trojæ fabricata classe superstes,  
Vela dat Æneas, urbemque in litore Thracum,  
Mox aliam pulsus Cretæis condidit oris,  
Cedit & hinc, Helenumque videt, præceptaque discit,  
Ætneum Cyclopa fugit, sepeliturque parentem.

## Q U A R T I.

## HILASIVS. IV.

Ardet amore gravi Dido, soror Annaque suadet  
Nubere. junguntur, nimbo cogente, sub antro.  
Incusat precibus patrem contemptus Iarbas.  
Navigat Æneas jussu Jovis. illa dolore  
Impatiens, & amore, necem sibi protinus infert.

## Q U I N T I.

## PALLADIUS. V.

In Siculas iterum terras Fortuna reducit  
Æneam, tumuloque patris persolvit honorem.  
Tum cogit naves incendere Troadas Iris.  
Troes ibi linquunt socios. Venus anxiosa placat  
Neptunum. somnus Palinurum mergit in undis.

## S E X T I.

## ASCLEPIADIVS. VI.

Sacratam Phœbo Cumarum fertur in urbem  
Rex Phrygius, vatisque petit responsa Sibyllæ.  
Miserum sepelit. post hæc adit infera regna;  
Congressusque patri, discit genus omne suorum.  
Quoque modo casus valeat superare futuros.

## S E P T I M I.

## EUSTHENIVS. VII.

Tandem deveniunt Laurentia Troes in arva:  
Et pace accepta læti nova mœnia condunt.  
Nocte satam Juno Furiam evocat. illa Latinos  
Inter, & Æneas bellum serit, & ciet arma.  
Protinus auxiliis terra instruit Itala Turnum.

## POMPEJANUS. VIII.

Vidit ut Æneas summa vi bella parari:  
Arcadas, Evandrumque senem libi sœdere jungit.  
Dardanioque duci sœciatur Hetturia tota.  
Anna petit genetrix, dat Mulciber: in clypeoque  
Res pingit Latias, & fortia facta nepotum.

## N O N I.

## MAXIMIANUS. IX.

Ad Turnum propere Junonia mittitur Iris,  
Instigatque animos. acies movet ille, Phrygasque  
Obsidet. in Nymphas versa est Æneia classis.  
Euryalus, Nisusque luunt nece prælia noctis.  
Vi Turnus potitur castris. vi pellitur inde.

## D E C I M I.

## VITALIS. X.

Placat & uxoris dictis, & jurgia natæ  
Jupiter. auxiliis instructus Troius heros  
Advenit. occurrunt Rutuli, atque in litore pugnant.  
Occidit a Turno Pallas, victorque superbus  
Æneæ eripitur. Mezentius interit acer.

## U N D E C I M I.

## BASILIUS. XI.

Occisus proprium pars utraque reddit honorem.  
Supplicibus Calydone fatus negat arma Latinis.  
Cum Drance alterno jurgat certamine Turnus.  
Æneas equitem præmittit, & obvia virgo  
Excipit. extincta Rutuli dant terga Camilla.

## D U O D E C I M I.

## ASMENUS. XII.

Trojanis, Rutulisque placet conjungere sœdus.  
Id Rutuli rumpunt. nato Venus alma medetur  
Dictamno, Rutulique luunt perjuria victi.  
Cogitur Æneæ Dauni concurrere proles.  
Pallantea necem misero dant cingula Turno.

Ep. CXXXV. *Idem. De Æneide Virgilio.*

Diruta quæ flammis olim Maro Pergama dixit,  
In flammis moriens jussit & igne dari.  
Non tulit Augustus, rapuitque ex ignibus ignes,  
Et tristi e busto tot sacra busta Ducum.  
Quæ vestra, o Teucris, Vulcanum injuria læsit?  
Neptunus certe dignior ultor erat.

Ep. CXXXVI. *Eorundem XII. Scholasticorum Epitaphia P. Virgilio Maronis, per Terrasticha.*

## VITALIS. I.

Prima mihi Musa est sub fagi Tityrus umbra.  
Ad mea navus humum jussa colonus arat.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



## JULIANUS X.

Hic data Virgilio requies, qui carmine dulci  
Et Pana, & segetes, & fera bella canit.

## HILASIVS XI.

Pastores cecini: docui qui cultus in agris:  
Prælia descripsi. contegor hoc tumulto.

## PALLADIUS XII.

Conditus hic ego sum, cuius modo rustica Musa  
Per silvas, per rus, venit ad arma virum.

Ep. CXXXVIII. *Idem. Epitaphium ejusdem Virgilii.*

Quæ cineris tumulto hoc vestigia? conditur, olim,  
Ille hoc, qui cecinit pascua, rura, duces.

Ep. CXXXIX. *Idem. Subscriptum imagini Virgilianæ  
Hilastii.*

Subduxit morti vivax pictura Maronem.  
Et quem Parca tulit, reddit imago virum.

Ep. CXL. *Idem. Ejusdem.*

Lucis damna nihil tanto nocuere poetæ,  
Quem præsentat honos carminis, & plutei.

Ep. CXLI. *Idem. In Virgilium.*

Tristia fata tui dum fles in Daphnide Flacci,  
Docte Maro, fratrem Dis immortalibus æquas.

Ep. CXLII. *Idem. In eundem, Pentadii.*

Pastor, atator, eques, pavi, colui, superavi  
Capras, rus, hostes, fronde, ligone, manu.

Ep. CXLIII. *Idem. In eundem.*

De grege pasto, rure satò, duce nempe subacto  
Nec lac, nec segetes, nec spolia ulla tuli.

Ep. CXLIV. *Idem. Aliud.*

Pascua rusque canens peragraram, bella sequebar,  
Nondum finieram Virgilius, perii.

Ep. CXLV. *Idem. Aliud.*

Silvas, rura, acies cecini. mihi Mantua mater,  
Nomen Virgilius, Parthenope tumulus.

Ep. CXLVI. *Idem. Stefichori.*  
Ops ego Stefichori Aetnæis hic ossibus ossa  
Causa te go vatis, cetera mundus habet.

Ep. CXLVII. *Idem. Euripidis.*

Siste. quid ipse velim rogitas? cognosce viator.  
Euripides tragico carmine clarus homo  
Hic jaceo: istud erat quod te novisse volebam.  
Ergo diu felix, care viator, abi.

Ep. CXLVIII. *Idem. Sapphus.*

Tantum ego carminibus superavi Sappho puellas,  
Mæzonides quantum vicerat ante viros.

Ep. CXLIX. *Acron. ad Horat. Lib. I. Epist. I. v. 67.  
Puppii Poetæ Tragædiographi.*

Flebunt amici, & bene noti morte in mea.  
Nam populus etiam vivo me lacrumatus est.

Ep. CL. *Gellius Lib. I. Cap. XXIV. M. Attii Plantæ  
Sarsinatis.*

Postquam est mortem aptus Plautus, Comœdia luget:  
Scena est deserta. hinc ludus, risusque, jocusque,  
Et numeri innumeri simul omnes collacrumarunt.

Ep. CLI. *Gellius ibidem. M. Pacuvii.*

Adolescens, tametsi properas, te hoc saxum rogat,  
Uti se adspicias: deinde quod scriptum est, legas.  
Hæc sunt poetæ Marcei Pacuviei sita  
Ossa. hoc volebam, nescius ne esses. vale.

Ep. CLII. *Gellius ibidem. Cn. Nævii.*

Mortales immortales flere si foret fas,  
Flerent divæ Camenæ Nævium poetam.  
Itaque postquam est Orcino traditus thesauro,  
Oblitei sunt Romæ loquies lingua Latina.

Ep. CLIII. *Burmannus. P. Terentii.*

Natus in excelsis tectis Carthaginis altæ,  
Romanis ducibus bellica præda fui.  
Descripsi mores hominum juvenumque senumque,  
Qualiter & servi decipiant dominos.  
Quid meretrix, quid leno doli, quid fingat avarus.  
Hæc quicumque legit, sic, puto, cautus erit.

Ep. CLIV. *Idem. Ovidii Epitaphium.*

Hic situs est vates, quem divi Cæsaris ira  
Augusti Latia cedere jussit humo.  
Sæpe miser voluit patriis occumbere terris:  
Sed frustra. hunc illi fata dedere locum.

Ep.



Ep. CLV. *Idem . M. Annei Lucani .*

Corduba me genuit , rapuit Nero , prælia dixi ,  
Quæ gessere pares , hinc socer , inde gener .  
Continuo numquam direxi carmina ducta :  
Quæ tractim serpit , plus mihi comma placet .  
Fulminis in morem quæ sunt miranda citentur .  
Hæc vere sapiat dictio , quæ feriet .

Ep. CLVI. *Idem . Cæsaris de libris Lucani .*

Mantua da veniam , fama sacrata perenni ,  
Sit fas Theſſaliam poſt Simoenta legi .

Ep. CLVII. *Idem . De Lucano .*

Grandia qui exiguis deducit facta figuris ,  
Ad Veneres abeat , nos tuba læva iuvat .  
Sanguine quæ rubeant , Gradivum carmina placant ,  
De magnis nolim dicere parva viris .  
Quos timeat clypeus , depolcunt prælia verſus ,  
Ictus qui nullum vulnerat , hunc repero :  
Sed variis armis nunc ſervio Cæsaris actis ,  
Nunc Magnum laudo , nunc Cato ſolus adelt .  
Sic volui Patriæ ſervire , domeſtica bella  
Qui vincit , laudis deterioris erit .

Ep. CLVIII. *Quintilianus Lib. VIII. Cap. III.  
De Salluſtio .*

Et verba antiqui multum furate Catonis  
Crispe , Jugurthinæ conditot hitorix .

Ep. CLIX. *Burmannus . Stati .*

Qui primo eecinit Thebas , mox casus Achillem  
Occidit , hæc colitur Statius in ſtatua .  
Hunc genuit tali gaviſa Neapolis ortu ,  
Ipa Tholoſa licet blateret eſſe ſuum .  
Quod ſi vana ſuum contendat Gallia vatem ,  
ſilvarum relegas , candide lector , opus .  
Hæc etiam genuit Stellam \* paritura poetam ,  
Ne ſit in hoc uno ſplendida Parthenope .

Ep. CLX. *Bonada . Stati Epitaphium .*

Statius hic ſirus eſt , juvenem quem Cypris ademit ,  
Præconem Aeneæ carmine quod premeret .

Ep. CLXI. *Burmannus . De Petronio Arbitro .*

Petroni carmen divino pondere currit ,  
Quo juvenum mores arguit atque ſenum :  
Quare ille \* præſa gaudet laſciva puella ,  
At quoque delicias frigida ſentit anus .  
Nam \* iter diri ſcripſitque Neronis amiſtu  
Arbitræ , arbitrio dictus & ipſe ſuo .

Ep. CLXII. *Idem . C. Aurelii Romuli de A. Gellio .*

Cecropias noctes doctorum exempla virorum  
Donat habere mihi nobilis Euftochius .  
Vivat , & æternum lætus bona tempora ducat ,  
Qui ſic dilecto tanta docenda dedit .

Ep. CLXIII. *Maurus Terentianus .*

Adeſſo Jambe præceps , & tui tenax  
Vigoris , adde concitum celer pedem .  
Nec alterius indigens opis veni ,  
Sed ipſe vetus , integerque , geſtiens :  
Adulta felle qualis ante carmina  
Dabas amarus , ultor imperus tui .

Ep. CLXIV. *Burmannus . De Serrano , Vegeto , & Herogenæ .*

Serranum , Vegetumque ſimul , junctumque duobus  
Herogenem , caros adſpice Geryonas .  
Eſſe putes fratres , tanta pietate fruuntur .  
Immo neges , ſic eſt in tribus unus amor .  
Triga mihi paucos inter dilecta ſodales .  
Triga ſodalitii pars bene magna mei .

Ep. CLXV. *Idem . De Criſpo .*

Ablatus mihi Criſpus eſt , amici .  
Pro quo ſi pretium dari liceret ,  
Noſtros dividerem libenter annos .  
Nunc pars optima me mei reliquit .  
Criſpus , præſidium meum , voluptas ,  
Pectus , deliciæ . nihil ſine illo  
Lætum mens mea jam putabit eſſe .  
Conſumtus male , debiliſque vivam .  
Plus quam dimidium mei reſceſſit .

Ep. CLXVI. *Idem . De Cornelio Celſo .*

Diſtantes medici quandoque & Apollinis artes  
Muſas Romano juſſimus ore loqui .  
Nec minus eſt nobis per pauca volumina famæ ,  
Quam quos nulla ſatis bibliotheca capit .

Ep. CLXVII. *Idem . In Curii Fortunatiani Rhetoricam .*

Quiſquis Rhetorico feſtinat tramite doctus  
Ad leges & jura trahi , bene perlegat artis  
Hoc opus , & notum faciet per compita callem .

Ep. CLXVIII. *Idem . Phocæ Grammatici de Arte ſua .*

Ars mea , multorum eſt , quos ſecula præſca tulerunt :  
Sed nova te brevitæ adſerit eſſe meam .  
Omnia quum veterum ſint explorata libellis ,  
Multæ loqui breviter ſit novitatis opus .  
Te relegant juvenes , quos garrula pagina terret :  
Aut ſi quem paucis ſeria noſſe iuvat .  
Te longinqua petens comitem ſibi ferre viator  
Ne dubitet , parvo pondere multa vehis .



Te si quis scripsisse volet, non ulla queretur  
 Dæmona, nec ingrati triste laboris onus.  
 Est quod quisque petat, numquam censura disertis  
 Hoc contemnet opus, si modo livor abest.

Ep. CLXIX. *Idem. Citerii Sidonii Syracusani,  
 de tribus Pastoribus.*

Almo, Theon, Thyrsis, orti sub monte Peloti,  
 Semine disparili, Laurente, Lacone, Sabino.  
 Vite Sabine, Lacon sulco, sue cognite Laurens.  
 Thyrsis oves, vitulos Theon egerat, Almo capellas.  
 Almo puer, pubesque Theon, at Thyrsis ephebus.  
 Canna Almo, Thyrsis stipula, Theon ore melodus.  
 Nais amat Thyrsin, Glauce Almona, Nisa Theonem.  
 Nisa rosas, Glauce violas dat, lilia Nais.

Ep. CLXX. *Idem. In Commentarium E. Crassitii  
 Grammatici in Smyrnæ C. Helvii Cinna.*

Uni Crassitio se credere Smyrna probavit.  
 Desinite indocti conjugio hanc petere.  
 Soli Crassitio se dixit nubere velle,  
 Intima cui soli nota sua extiterint.

Ep. CLXXI. *Idem. De Scaeva,  
 Rufino, Atis.*

Occumbunt fixi jaculo, mucrone, sagitta,  
 Ora, latus, jugulum, Scaeva, Rufinus, Atis.  
 Brutus Atim perimit, Milo Scaevam, Cotta Rufinum,  
 Græcus Atis, Medus Scaeva, Rufinus Arabs.  
 Jam vir Atis, sed Scaeva puer, juvenisque Rufinus,  
 Dux Atis, armiger at Scaeva, Rufinus eques.  
 Scaeva nothus, generosus Atis, de plebe Rufinus,  
 Magnus eques, medius dux, famulusque minor.  
 Flavus Scaeva, niger Atis, inter utrumque Rufinus,  
 Blandus Atis, patiens Scaeva, Rufinus atrox.  
 Absque modo largus, lascivus, patrus, avarus.  
 Laudis Atis, formæ Scaeva, Rufinus opum.  
 Arcu Scaeva bonus, Atis armis, jure Rufinus,  
 Voce Rufinus, Atis carmine, Scaeva lyra.  
 Scaeva pila, cursuque Rufinus, Atisque palæstra,  
 Ore Rufinus, Atis corpore, Scaeva coma.

Ep. CLXXII. *Idem. Inscriptum statuae Viri Illustri.*

Hic nunc Campanas moderator sublevat urbes,  
 Unde ergo & populis statuam tribuere Suescæ.

Ep. CLXXIII. *Idem. Scipioni.*

Viribus, ingenio, forma, vel sanguine, si te  
 Extulero in turba, Scipio, clarus eris.  
 At si quod juvenem formosam, aurumque marito  
 Miseris intactum, dixero, solus eris.

Ep. CLXXIV. *Idem. Leti Aviani, in opus Martiani  
 Capelle de Nuptiis Mercurii.*

Qui dubias artes per mystica dicta subibis,  
 Mercurii doctos volvere disce toros.  
 Ille brevi ductu scandet sublime cathedram,  
 Qui lychnos discet, docte Capella, tuos.  
 Canicem auctoris auget gravitasque magistri,  
 Qui discet libris, hinc cito proficiet.

Ep. CLXXV. *Inter Grammaticos Putschii. Valeriana  
 Probus ad Cælestinum.*

Accipe nostra tuis audacius edita jussis,  
 Cælestine potens, & mentibus insere dicta.  
 Quo cumulante, mihi semper fortuna favore  
 Haud invita dedit sese comitante benigno,  
 Quem Superi voluere virum mihi condere famam.  
 Ausus enim incipio, (quoniam tua jussa fatigant)  
 Tempora, vel numeros verborum & commata, verbis;  
 Ut possum, monstrare meis: licet alto subire  
 Mens humilis vetet, & lex metri fortius arcet.  
 Aptius esse tamen conantes jussa fatemur  
 Arcta subire nimis, quam voce animoque filere.

Ep. CLXXVI. *Burmannus. Q. Ennii Rudini.*

Adspicite, o civeis, senis Ennii imagini' formam.  
 Hic vestrum panxit maxuma facta partum.  
 Nemo me lacrumis decoret, neque funera fletu  
 Facit, quare? volito vivu' per ora virum.

Ep. CLXXVII. *Bonada.*

Principis hanc statuam Marciani cerne torumque,  
 Ter ejus vovit quod Tatianus opus.

Ep. CLXXVIII. *Idem. Regis Misbridatis.*

Uranos es Manili; vive inquam: nam hæc manet in te  
 Præteritis horis nuda hæc effigies.  
 Hæc est effigies regis magni Misbridatis  
 Divitis, & summi, pauperis, & tenuis.  
 Hic positum horarum rationes reddere cogit;  
 Post obitum nullum tempus habere doces.

Ep. CLXXIX. *Idem. M. Livio  
 Salinatori.*

Livius ecce sui Romanus conditor urbis  
 Hujus, & hanc volui terram coluisse Quirites  
 Magnanimos, populisque dedi cognomina victor.

Ep. CLXXIX. *Idem. Cuidam.*

O Patriæ rector, Cato pectore, viribus Hector,  
 Heu decus antiquum vie Cynea palma Quiritum,  
 Ottus Roma tui locus est, Papia sepulchri.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Ep. CLXXXVIII. *Idem. A. Acilio Fontano.*

Eripuit nobis . . . undevigesimus annus  
Ingressum juvenem militiam cupide .  
Parcæ falluntur, Fontanum quæ rapuerunt,  
Cum sit perpetua fama futura viri .

Ep. CLXXXIX. *Idem. Q. Catronio.*

Vixi quod volui semper bene pauper honeste,  
Fraudavi nullum, quod juvat ossa mea .

Ep. CXC. *Idem.*

Fluminis in morem quæ sunt miranda citentur.  
Hæc vere sapiat dictio, quæ feriet .

Ep. CXCII. *Idem. Nicephori cujusdam Filio.*

Ut te, Palladi, raptum flevit Camænz,  
Fleverunt populi, quos continet Ostia dia .

CXCIII. *Idem. Cuidam Medico.*

Accipe supremos, quæ te donamus, honores,  
Care Macre, & longum me cariture, vale .  
Felix qui commune malum, nec tanta videbis  
Funera, quæ nostra barbatus in patria  
Patrabit felix, tribuit cui Roma sepulcrum,  
Cui tot amicorum justa dedere manus .  
Te Græcæ Latineque simul flevit Camænz,  
Et medicina tuo mæsta sedet tumulo .

Ep. CXCIV. *Idem. L. Sabino L. Liberto Primi-  
genio Medico.*

Ortus ab Iguvio medicus fora multa secutus  
Arte feror nota, nobiliore fide .  
Me confurgentem valida fortuna juvença  
Destituit, rapidis imposuitque rogis .  
Clusino cineres flammæ cessere sepulcro,  
Patronus Patrio condidit ossa solo .

Ep. CXCV. *Idem. Cuidam Servo Lectori.*

Grammaticus, lectorque sui, sed lector eorum,  
More, incorrupto qui placere sono .  
Conjugis exiguo, natæ pietate sepultus,  
Hoc Marius Fidens contegor a tumulo .

Ep. CXCVI. *Idem. P. Atilio Septiciano Gramma-  
tico Latino.*

Morborum vitia, & vitæ mala maxima fugi,  
Nunc careo pœnis, pace fruor placida .

Ep. CXCVII. *Idem. Docta erudita omnes attes  
virgo vixit A. XIII.*

Heus oculo errante quei aspicias leti domus,  
Morare gressum, & titulum nostrum perlege;  
Amor parentis quem dedit gnatae suæ,  
Ubi te reliquæ conlocarent corporis .  
Hæc viridis ætas cum floreret artibus,  
Crescente & ævo gloriam conscenderet,  
Properavit hora tristis fatalis mea,  
Et denegavit ultra vitæ spiritum .  
Docta erudita pæne Musarum manu,  
Quæ modo nobilium ludos decoravi choris,  
Et Græca in scæna prima populo apparui,  
En hoc in tumulo cinerem nostri corporis  
Infestæ Parcæ deposierunt carmine.  
Studium Patronæ, cura, an or, laudes, decus  
Silent ambusto corpore, & leto tacent .  
Reliqui fletum genitori meo,  
Et antecessi genita post leti diem .  
Bis hic septem mecum natales dies  
Inebris tenentur Ditis æterna domu .  
Rogo, ut discedens terram mihi dicas levem .

Ep. CXCVIII. *Idem. M. Lelio Africana Musico.*

Musicus in scæna docte cantare solebat,  
Acceptusque nimis multis magnifico ingenio,  
Receptus inter vina jocosque prior,  
Celebri favore artem exponens suam,  
Ut quemvis raperet mirifico ingenio,  
Leniretque animum carmine dictiloquo .

Ep. CXCIX. *Cl. Oliverius in Marmor. Pisaur. p. 74  
Petronii Antigenidis.*

Tu pede qui stricto vadis per senta, Viator,  
Siste, rogo, titulumque meum ne spreveris, oro .  
Bis quinos annos, mensesque duos, duo soles  
In superos feci, tenere nutritus, amatus .  
Dogmata Pithagoræ sensi, studiumque sophorum,  
Et libros legi, legi pia carmina Homeris,  
Sive quot Euclides abaco præscripta tulisset .  
Delicias habui pariter, lususque procaces .  
Hæc Hilarus mihi contulerat Pater ipse Patronus,  
Si non infelix contraria fata habuissem .  
Nunc vero infernas sedes Acherontis ad undas,  
Tetraque Tariatei per funera tendo profundi .  
Effugi tumidam vitam, spes, forma, valete .  
Nil mihi vobiscum est, alios deludite, quæso .  
Hæc domus æterna est, hic sum situs, hic ero semper .

Ep. CC. *Bonada. Æmilie Lepidæ Sponse L. Caesaris.*

Procurator eram, Lepidæ moresque regebam .  
Dum vixi, mansit Cæsaris illa nurus .

Ep. CCI. *Idem.*

Ille ego qui quondam pre . . . paucisque diebus  
Prætextatus agri iudex finisque regendi,  
Justitiam colui matremque æqualiter ambas,  
Hic sum quem cernis nunc Cassius Agrippinus .

Ep.

quid defunctis pro  
Hoc potius ritu vive

F

Hæpæ, quod deico, p  
Hæc est sepulcrum, he  
Nomen  
Hæpæ  
Hæpæ duos creavit t  
Hæc terra linoit, aliur  
Hæpæ servavit, lar

Ej

Hæpæ sta, & lacrum  
Ossa dum cernis ce  
Quos laudati mores  
Anchialo, quem cu  
Læbia sum, quæ dule  
Quod vitam vivens  
Hæc comen queris, su



Ep. CCII. *Idem.*

Hic jacet Helvidius fatis extinctus iniquis,  
Egregius juvenis, causarum Orator honestus .

Ep. CCIII. *Idem.*

Zoicus hic nomen nudum vanumque reliqui :  
In cineres corpus & in æthera vita soluta est .

Ep. CCIV. *Idem.*

Finitum Euhodiz fatum qui conspicias hospes ,  
Desine mirari . corpus inane jacet .

Euhodus ut valeat pater optumus opto .

Ep. CCVI. *Franciscus Aligerius in Antiq. Valent.*

Defuncta Chelidone Pomponia est hic sita,  
Ætatis quinto decimo anno infeliciter abiit :  
Quæ dulcem vitam , & lucem reddere morte mea  
Lubet , nec licitum est : Misera siccine taces ?  
Nec lacrumis meis refers lacrumulam ? metu  
An cessas : Conjux verum me mors acerba fatis  
Sit , quod & immatura abstulit complexu tuo :  
Nec te macera : dulcissima autem , & suavissima  
Uxor tui Pomponi memot æternum vale .



# CLASSIS QUARTA

CONTINENS EPIGRAMMATA ET FRAGMENTA AD VIROS;  
UXORESQUE PERTINENTIA , CUM INDICIIS AUCTO-  
RUM REFERENTIUM .

Ep. I. *Bonada.*



Ui, dum vita data est , semper vivebat avarus ,  
Heredi parcens , invidus ipse sibi ;  
Hic accumbentem sculpi genialiter arte  
Se jussit docta post sua fata manu ;  
Ut saltem recubans in morte quiescere  
posset ,

Securaque jacens ille quiete frui .  
Filius a dextra residet , qui castra lecutus .  
Occidit ante patris funera mœsta sui .  
Sed quid defunctis prodest genialis imago ?  
Hoc potius ritu vivere debuerant .

Ep. II. *Idem.*

Hospes , quod deico , paulum est . asta , ac pellege .  
Heic est sepulcrum , heu pulcrum pulcraï feminai .  
Nomen parentes nominant Claudiam .  
Sovom mareitum corde dilexit sovo .  
Gnatos duos creavit horunc alterum  
In terra linquit , alium sub terra locat :  
Domum servavit , lanam fecit , dixi , abei .

Ep. III. *Idem.*

Hospes sta , & lacruma , si quidquam humanitus in te est ,  
Ossua dum cernis consita mœsta mihi ;  
Quoius laudati mores , & forma probata est  
Anchialo , quem cura anxia debilitat .  
Lesbia sum , quæ dulces mores sola reliqui ,  
Quod vitam vivens parui in officiis .  
Sei nomen quæris , sum Lesbia : si duo amantes ,

Anchialus dulcis cum suave homine spurio .  
Sed quid ego hoc cerno ? mea sunt hic ossua in olla  
Consita . vive hospes , dum licet , atque vale ?

Ep. IV. *Idem.*

Sic piã , sic felix , sic quod tibi vita beata  
Contigit , & cunctis auxilians bonitas .  
Nos tamen hic cruciat dolor intimus , & pia cura ,  
Quod te festinans abstulit atra dies .  
Numina nunc inferna precor , patri date lucos ,  
Queis est purpureus , perpetuusque dies .  
Hic certe , ut meruit , cuncta est data cura sepulcro ,  
Texeruntque favi de Siculis apibus .

Ep. V. *Idem.*

Functus honorato senio , plenusque dierum  
Evocor ad superos . Pignora quid gemitis ?

Ep. VI. *Idem.*

Functa jaces hic , sed vivis , vivesque Secundo  
Lesia tuo , debent nec benefacta mori .  
Te , Tellus , sanctosque precor pro conjuge manes ,  
Vos ite placidi , tu levis ossa tegas .

Ep. VII. *Idem.*

Jam datus est finis vitæ , jam caussa malorum  
Vobis , quas habet hoc gnatam , matremque sepulcrum  
Litore Phocaico pelagi vi exanimatas :  
Illic unde Tagus , & nobile flumen Hiberus



Vorsum ortus vorsum occasus fuit alter, & alter,  
 Stagna sub Oceani Tagus, & Tyrrhenica Iberus.  
 Sic etenim duxere olim primordia Parca,  
 Et nevere super vobis vitalia fila,  
 Cum primum Lucina daret lucemque, animasque,  
 Ut vitæ diversa dies foret unaque lethi.  
 Nobis porro alia est trino de numine fati  
 Dicta dies lethi, quam propagare suopti  
 Visum ollis tacito arbitrio cum lege perenni,  
 Sisti quæ cunctos jubet ad vadimonia mortis.

Ep. VIII. *Idem.*

Nam fuit æximia specie miraque decore,  
 Membraque erant vere pectore digna suo.

Ep. IX. *Idem.*

Invida florentem rapuerunt fata juventam,  
 Nec licuit misero me superare viro.  
 Flevit præsentem Pater, & flere sorores  
 Et Mater tepido condidit ossa rogo,  
 Quæ prius hoc titulo debuit ipsa legi.

Ep. X. *Idem.*

Livia me tellus aluit, geminamque sororem  
 Egregio de patre satam, sancta Genitrice.  
 Kara fuit casto bene juncta pudica marito,  
 Invida sed fati lex reddidit irrita vota,  
 Et tantum miseræ solatia liquit amanti,  
 Conjugis in manibus licuit quod reddere vitam.

Ep. XI. *Idem.*

Julia, quæ longa fueras dignissima vita,  
 Occidis e nostro rapta puella sinu.  
 Sed comes ardenti nunc degis juncta Coronæ,  
 Nunc Helicem propius cernis & Andromeden.  
 Me cruciat, conjux, miserumque absumit amantem,  
 Servus amor nullis ignibus inferior.  
 Namque ego seu rebus fuerim districtus agendis,  
 Seu dederim vacuo languida membra thoro.  
 Tu mihi semper ades, tua præsens semper imago est,  
 Quæ misero movear flebile cordolium,  
 Impia cur teneros o mors disjungis amantes,  
 Quos bene conveniens conciliavit amor?

Ep. XII. *Idem.*

Meja fuit felix septem circumdata natis,  
 Dum vixi, adstabat turba tenella mihi:  
 Ut mihi grata vicem natorum turba refertet,  
 Hoc mihi de Pario marmore struxit opus.  
 Manibus atque meis nati pia vota dedere,  
 Persolvere meis manibus inferias.  
 Postquam nulla mei, Superi, vos cura fatigat,  
 Natorum memores este precor Superi.

Ep. XIII. *Idem.*

Hoc castæ in tumulo jacet pars magna puellæ,  
 Orbati dolor infelix utriusque parentis.  
 Conjugis æternum lacrimoso crimen amore,  
 Et cito defectæ sobolis miserabile fatum.  
 Da quicumque legis fletus, & parce sepulcro.

Ep. XIV. *Idem.*

Per hæc sepulcra, perque quos colis manes,  
 His parce tumulis ingredi pedem sæpe.  
 Sic numquam doleas, atque triste suspires,  
 Quantum doloris titulus ille testatur.

Ep. XV. *Idem.*

Uxor cara viro monumentum fecit amanti,  
 Optaram in manibus conjugis occidere;  
 Quem quia fata nimis rapuerunt tempore iniquo,  
 Ossibus opto tuis sit pia terra levis.

Ep. XVI. *Idem.*

Lævitæ conjux Petronia forma pudoris  
 His mea discedens sedibus ossa loco.  
 Parcite vos lacrymis dulces cum conjugis nati  
 Viventemque Deo credite flere nefas.

Ep. XVII. *Idem.*

Quisquis amore volens solido tranquillus, & alta  
 Pace frui, majora fuge, & nimis alta caveto.  
 Quinetiam vitare parem, licet obstrepat error  
 Publicus, admoneo. fidum tibi junge minoris  
 Pectus, ubi obsequium pernox, humilesque vicissim  
 Blanditiæ, dulcisque timor. res cognita paucis.  
 Alta perunt omnes. utinam mihi tale dedissem  
 Consilium, sed cogit amor, perque ardua vinculum,  
 Luctantemque rapit victor. fuit ille Deorum,  
 Mollia qui Herculeis aptavit pensa lacertis.  
 Tu, cui libertas salva est, tibi consule eorum.

Ep. XVIII. *Idem.*

Hic pietatis honos, hæc sunt pia dona Mariti.

Ep. XIX. *Idem.*

Apollonia, quæ vocitabar,  
 Lapide hoc inclusa quiesco:  
 Ipso mihi flore juventæ  
 Ruperunt fila sorores:  
 Annos post decem & octo  
 Vetuerunt visere lumen:  
 Unum lortita maritum  
 Servavi casta pudorem:  
 Mater misera hoc monumentum  
 Extruxit Olympias amens.  
 Hæc sunt bene. vive viator.

Deona conjugio m  
 Quam rapuit m  
 Hæc debent memo  
 Ob requiem grat  
 Conjugis officium t  
 Extremumque ti  
 Dulcis, casta, vitæ  
 Tot damna am  
 Te lapis obtestor  
 Et media ætati

me rapuit cr  
 m foveo afflic

Hic matris cineres  
 Quæ genuit telli

Immitis ferro secu  
 Dum propero st  
 Dnus & ante tho  
 Quo cecidit noi

Ep.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Ep. XXXI. *Idem.*

Servavi thalamum genio, dulcissime conjux:  
Servandus nunc est pro thalamo tumulus.

Ep. XXXII. *Idem.*

Ornasti & manes lacrimis miserabilis uxor,  
Haud optare alias fas erat inferias.

Ep. XXXIII. *Idem.*

Detrahe farta comis & amorum oblita tuorum,  
Tristis, inops palla veste Thalia veni.  
Non manus Idalia lasciviat improba virga,  
Nec fluat ante tuos lucida palla pedes.  
Julius hæc feci Mellitus qui vocor olim  
Cupito Patri, Matri & iusta meæ.  
Deposui conjugemque meam mihi juncta rogatam,  
Ut sit in æternum condita fama loci.

Ep. XXXIV. *Idem.*

Viximus ad tatum, pietatem implevimus ambo,  
Præstitimus sobolem femineam duplicem.  
Vos quoque qui legitis versus, & facta probatis,  
Discite sic vestros merito sancire parentes.  
Hos ut ego pius excolerem, titulosque relinquam,  
Vivū' ut ego facerem, fata dedere mihi.  
Julius hoc peto nunc a te, dominator Averni,  
Cum moriar, jaceant ossa quieta mihi.

Ep. XXXV. *Idem.*

Hic lapis & tutamen erit post morte sepulcro,  
Et dabit indicium obitos hic esse sepultos,  
Si tamen ad manes credimus esse aliquid.  
Vivere quid prodest, nisi si post morte cavemus?  
Nomen, fama volat, tantum corpusque crematur,  
Æternamque domum petimus, & sine laborum.  
Dum legis hoc, discere ponere & ipse tibi.

Ep. XXVVI. *Idem.*

Vibia Phryne vixit ter senos annos.  
Cara meis vixi: subita fatale rapina  
Florentem vitam sustulit atra dies.  
Hoc tumulo nunc sum, cineres simul namqua sacra  
Per matrem caram sunt positique mei.  
Quos pius sæpe colit fraterque, conjuxque puellæ,  
Atque obitum nostrum steribus usque fluunt.  
Di Manes me unam retinete, ut vivere possint,  
Quos semper colui viva libente animo.  
Ut sint qui cineres nostris bene floribus fertis  
Sæpe ornent, dicas; sit mihi terra levis.

Ep. XXXVII. *Idem.*

Castâ, pudicâ, decens, sapiens, generosa, probata.

Ep. XXXVIII. *Idem.*

Urbis alumna graves casus huc usque secuta;  
Conjugis infelix Atilia cura Philippi,  
Hic sita sum manibus gratis sacrata mariti,  
Pro cuius vita vitam pensare precanti  
Indulserè Dii. ne cesset fama, meremur.  
Quod credis templum, quod forte viator adoras,  
Pomptillæ cineres ossaque parva tegit.  
Sardoa tellure premor comitata maritum,  
Proque viro fama est me voluisse mori.

Ep. XXXIX. *Idem.*

Hic Pomptilla jacet cineri conjuncta Philippi.  
Junonis ledes internæ cernite cuncti.  
Namine mutato fulget Pomptilla per ævum.  
Unam & viginti bis juncti viximus annos,  
Una fides nobis gaudia multa dedit.  
Et prior ad lectam cum sum Pomptilla recepta,  
I tempore tu, dixi, vive Philippe meo.  
Nunc æterna quies, Ditisque silentia mœsta  
Hanc statuere mihi pro pietate domum.  
Languentem tristis dum flet Pomptilla maritum,  
Pro vita voluit conjugis ipsa mori.  
Protinus in placidam delabi visa quietem  
Occidit. o celeres in mala vota Dei!  
Has audite preces vitam servare marito,  
Ne pereat vita dulcior ille mihi.

Ep. XL. *Idem.*

Semicapti quicumque subis sacraria Fauni,  
Hæc lege Romana verba notata manu.  
Hersilus hic jaceo, mecum Marcella quiescit:  
Hæc soror, hæc genetrix, hæc mihi sponsa fuit.  
Vera negas, frontem trahis, ac ænigmata sphingis  
Credis? sunt Pythio vera magis tripode.  
Me pater e nata genuit, mihi jungitur illa:  
Sic mihi sponsa, parens, sic fuit illa soror.

Ep. XLI. *Idem.*

Hic pietatis honos, hæc sunt pia dona mariti,  
Cui multum dilecta fui ego Marcellina  
Pro meritis, cernisque mihi solus conjux Ælius  
Quoque post obitum memor amoris dicat.

Ep. XLII. *Idem.*

Invide quid gaudes? illa hic mihi mortua vivet,  
Illa meis oculis aurea semper erit.

Ep. XLIV. *Idem.*

Ver tibi contribuat sua munera florea grata,  
Et tibi grata comis nuret æstiva voluptas.  
Reddat & Autumnus Bacchi tibi munera semper,  
Ac leve hiberni tempus tellure dicetur.

Ep.



Ep. XLIV. *Idem.*

Hic sita, quæ vixit duo de triginta per annos,  
Unanimes Calpurniano sociata marito.  
Nomina matura. Tuder est mihi nota propago,  
Aufidius genitor, genuit me Plania mater.  
Quadraginta duos mecum fere flebilis annos  
Rapta meis fatiis, Superi sic namque jubebant  
Ima penetrali Lucinæ sacra petenti.

Ep. XLV. *Idem.*

Ille ego, qui varios casus, variosque labores  
Sustinui, ut multas conciliarem opes.  
Amisi moriens rerum quæcumque paravi,  
Et satis ad manes sufficit urna mihi.

At iusta conjux meritos testatur honores,  
Æternum retinens consociata torum.  
Nos ætate pares, dulcis dum vita manebat,  
Unus amor junxit, nunc premit una quies.  
Discite qui legitis factis acquirere famam,  
Ut probat hic tumulus, non perit esse bonos.

Ep. XLVI. *Idem.*

Salve care mihi conjunx, dilecta propago,  
Condite perpetuis tumulis sine lucis hiatu,  
Desseo te puto, nec satis est decerpere crines:  
Nunc neque te video, nec amor satiatur amantis.  
Descent & gemini genitoris imagine capti,  
Et conjux misera finem deposco dolori.



# CLASSIS QUINTA

CONTINENS EPIGRAMMATA ET FRAGMENTA AD JUVENES  
PUELLASQUE INGENUAS PERTINENTIA, CUM INDICIIS  
AUCTORUM REFERENTIUM.

Ep. I. *Bonada.*



Si non fatorum constantia jura fuissent,  
Mater in hoc tumulo debuit ante legi.  
Quæ rogat, ut dicas motus fatalibus an-  
nis,  
Terra sit hæc Petalo non onerosa, pre-  
cor.

Ep. II. *Idem.*

Quisquis es, huc oculos paulum converte, Viator,  
Et lege, quod nomen hic titulus teneat.  
Antonii fratres vivorum plaga parentum  
Perfuncti fato hic tenere locum.  
Ambo per invidiam crudeli funere rapti,  
Ruffinus prior, & Ruffinilla dehinc.

Ep. III. *Idem.*

Nil profunt gemitus: lacrimis corrumpere ocellos  
Desine, nec duro jam doleas obitu.  
Nec tibi, nec nobis æternum vivere jussit:  
Quod pueri occidimus, fata querenda putas?  
Dum sis in vita, dolor est amittere vitam,  
Dum semel occidimus, omnia despicias.  
Orbem sub legem si habeas, num vivis ad Orchum?  
Quid valet hic nulla est divitis ambitio.

Ep. IV. *Idem.*

Me miserum! fraternus amor persolvere cogit  
Has, puer, exequias, has, puer, inferias.  
Belle puer, formosè puer, puer unice, dico:  
Quid puer, imo infans: quid puer, imo cinis.  
Vix dum natus eras, Lachesis tua fila recidit,  
Sic lux, quæ fuerat prima, suprema fuit.  
Nam quasi momento sub eodem temporis ad te  
Torva juvena venit, torva senecta venit.  
Mater abortivum cum te produxit in auras,  
Parturiit puerum, parturiitque senem.  
Mors & abortivum quæ te produxit in auras,  
Sustulit & puerum, sustulit atque senem.  
At puto non rapuit te mors, sed filia magni  
Cara Jovis Stygio nupta puella Jovi.  
Hæc rapuit, paucos ut quum te adoleverit annos,  
Inter delicias te beet illa suas.  
Cresce puer, tu cresce infans, infantule cresce,  
Cresce puer, crescas bellule, cresce puer.  
Nec desiderium bellæ remorate puellæ,  
Cresce puella cito, bella puella rogat.  
Cresce cito. interea manibus dabo lilia plenis,  
Misceboque tuis balsama in ossiculis.  
Tu modo non fratris donum aspernabere nardum:  
Suscipe cum nardo, suscipe & has lacrimas.  
Suscipe & hos gemitus frarris, cape & alba ligustra,  
Albe puer, simulant alba ligustra tibi.  
Tu pia verba refer nunc iusta, & iusta sacerdos:  
Eja age condentur ustaque, bustaque humo.

Ep. V. *Idem.*

Di Manes, Manes sitis, jam morte misellis



Præpropera senibus sero datum rapitis.  
 Hic etenim puer est Umbri de sanguine cretus,  
 invida quem tenerum Larca tenax rapuit;  
 Quo matri multos scripsit, multos quoque patri  
 Ingratis annos. vota satis misera.  
 Nam solos septem proles quos duxerit orbes,  
 Septuaginta forent, ni miseros cuperet.  
 Qui pro vinetis, fundis, terraque marique  
 Hoc solum proli, hoc peperete solum.

Ep. VI. *Idem.*

Hanc tibi dat tumulum pietatis nomine mater,  
 Et properat intro solvere iusta. vale.

Ep. VII. *Idem. In prima columna.*

Quum præmatura raptum mihi morte nepotem  
 Flerem, Parcarum putia fila querens;  
 Et gemerem trisli damnatam sorte juventam,  
 Versaretque novus viscera tota dolor;  
 Me desolatum, me desertum, ac spoliatum  
 Clamans, & largis saxa movens lacrimis;  
 Exacta prope nocte, suos cum Lucifer ignes  
 Spargeret, & volucris ræscidus iret equo;  
 Vidi sidereo radiantem lumine formam  
 Æthere delabi, non fuit illa quies.  
 Sed verus juveni color, & sonus, & status ipse  
 Major erat nota corporis effigie.  
 Ardentes oculorum orbes, humerosque nitentes  
 Ostendens roseo reddidit ore sonos.  
 Adfinis memorande, quid o me ad sidera Cæli  
 Ablatum quereris? desine flere Deum.

Ep. VIII. *Idem. In secunda columna.*

Ne pietas ignara superna sede receptum  
 Lugeat, & lædat lumina tristitia;  
 Non ego tartareas penetrabo tristis ad umbras,  
 Non Acheronteis transvehar umbra vadis.  
 Non ego caruleam remo pulsabo carinam,  
 Nec te terribilem fronte timebo, Charon.  
 Nec Minos mihi jura dabit grandævus, & atris  
 Non errabo locis, ne cohibebor aquis.  
 Surge, refer matri, nec me noctesque, diesque  
 Deseat, ut mærens Attica mater Ityn.  
 Nam me sancta Venus sedes non nosse silentum  
 Jussit, & in Cæli lucida templa tulit.  
 Erigor: & gelidos horror perfuderat artus,  
 Spirabat suavi tinctus odore locus.  
 Dic nepos, seu tu turba stipatus amorum,  
 Lætus Adoneis lusibus infereris;

Ep. IX. *Idem. In tertia columna.*

Seu grege Pieridum gaudes, divisque Camænis,  
 Omnis cælicolum te chorus insequitur.  
 Si libeat thyrsum gravidis onerare cotymbis,  
 Et velare comam palmitibus, Liber eris.  
 Pascere si crines, & lauro redimitus ovanti  
 Arcum cum pharetra sumere, Phæbus eris.  
 Indueris teretes manicas, Phrygiamque tyaram,

Non unus Cybeles pectore vivat Atys.  
 Si spumantis equi libeat quaterere ora lupatis,  
 Cillari formosus membra vehes equitis.  
 Sed quicumque Deus, quicumque vocaberis Heros,  
 Sic soror, & mater, sic puer incolumis.  
 Hæc dona unguentis, & sunt potiora corollis,  
 Quæ non tempus edax, non rapit ira Jovis.

Ep. X. *Idem.*

Bis binos vixit vixdum compleverat annos,  
 Et nimium fato citius depulsus in antro est:  
 Nec licuit lumen fato superare parentes.  
 Venit iniqua dies, & acerbæ terminus horæ,  
 Ut titulum miseri lacrimis impleret acerbis.  
 Vivite felices Superi, quorum fortuna beata est.

Ep. XI. *Idem.*

Parvulus hic situs est. vixit tres usque per annos,  
 Inque novem menses, invalidosque dies.  
 Nomine Chrysológus amabilis usque erat infans,  
 Flebilis & misere raptus ad inferias.

Ep. XII. *Idem.*

Hoc in sarcophago genitrix, duo corpora, natos  
 Condidit infelix, semper subitura dolore  
 Quos superat. vivet, vitamque miserrima ducet  
 Coniuge prærepro: genitor quibus ipse misellis,  
 Et tibi condiderat vivens commune sepulcrum.

Ep. XIII. *Idem.*

Funere non æquo puer immaturus obivi,  
 Marmoreisque meis hic jaceo tumulis.  
 Non potui parvus juvenilem implere juventam,  
 Nec vestire meam flore novo faciem.  
 Nec senior capiti niveos mutare capillos,  
 At fati victus sorte puer perii.  
 Heu crudele nefas! quæ me generaverat hora,  
 Hæc eadem vitæ terminus hora fuit.  
 Non ego quod perii doleo, sed parvulus infans  
 Quod, cum plus saperem, spem merui dubiam.  
 Si vita incolumis potuisset vincere fata,  
 Crevisset generis gloria magna mei.  
 Fortuna invisâ est, spes est frustrata jacentem:  
 Mors cuncta eripuit: dira quies hominum.

Ep. XIV. *Idem.*

Hic Aquilæ cineres miserabilis urna sepultos  
 Contegit, & satis exproperata nimis.  
 Occidit infelix cæpto modo flore juventæ,  
 Quam finiit annus septimus, & decimus.  
 Formosus, frugi, doctus, pius a patre mæsto  
 Accepit tumulos, quos dare debuerat.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Roma mihi patria: nomen meum: primus in ævum:  
Hos versus fraterque, soror, tumuloque dicarunt,  
Qui pietate sua merito laudem potuere.

Ep. XXX. *Idem.*

Camillus Aquilejus se vivo inscribi iussit sic.  
Non fui, deinde fui, modo non sum.  
Aspice, quam subito marcescit quod floruit ante,  
Aspice, quam subito quod lierit ante cadit.  
Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.  
Illa eadem vitam, quæ inchoat, hora rapit.

Ep. XXXI. *Idem.*

Desine jam mater lacrimis renovare querelas,  
Namque dolor talis non jam tibi contigit uni.

Ep. XXXII. *Idem.*

Florentes annos subito nox abstulit atra.  
Vivite felices, moneo. mors omnibus instat.

Ep. XXXIII. *Idem.*

Quem quoniam Manes ut alumnum Di rapuerunt,  
Ne calcare velis, nec gravis esse loco.

Ep. XXXIV. *Idem.*

Heu crudele nimis fatum! duo funera mœrens  
Plango, vir & genitor flebile mersa Deo.  
Sat fuerat, Portunus, cymba vexisse mantam,  
Abreptamque mihi lede jacere tua.  
Adjecit Clotho iteratum rumpere filum,  
Ut natum raperet tristis ut ante mihi.  
Me decuit morti prius occubuisse supremæ,  
Teque mihi tales, nate, dare obsequias.  
At tu ne propera, simili qui sorte teneris,  
Nunc annos titulo, nomina ut ipsa legas.  
Illa bis undenos vixit, natus quoque senos:  
Nomen huic Prorus est, huic quidem Athenaidis.  
Quas ego, quas genitor pro te dabo, nate, querelas,  
Raptum quem Stygio detinet unda lacu.  
Quam bene bis senos florebas nate per annos,  
Credebamque Deis vota placere mea.  
Stamina ruperunt subito tua candida Parcæ,  
Abstuleruntque simul vota precesque mihi.  
Cum te, nate, fleo, planctus dabit Attica Aedo,  
Et comes lacrimis veniet pro conjuge Siren:  
Semper & Alcyona flebit te voce suprema,  
Et tristis mecum resonabit carmen & Echo,  
Oebaliusque dabit mecum tibi murmura Cycnus.

Ep. XXXV. *Idem.*

Nomine quo genitor mihi dicitur, hoc ego vixi.  
Telephus est genitor, Telephus ipse fui.  
Augustina Parens quarto me flebilis anno,  
Ter decimoque die perdidit orba fatum.  
Non igitur lector lacrimas: decepit utrosque  
Maxima mendacis fama Mathematici.

Ep. XXXVI. *Idem.*

Quintum annum, & decimum Narcissus flore juventæ  
Hoc jacet abreptus conditus in tumulo.

Quisquis ades lector, fatum miserabile cernis,  
Parcæ nam impubem quem rapuere mihi.  
Mœret casta soror, quæ fratrem legit ademptum;  
Mater hebet. natum florem lux candida torquet.

Ep. XXXVII. *Idem.*

Vivite felices, moneo. mors omnibus instat.  
Exemplum a nobis dicitur, qui legitis.

Ep. XXXVIII. *Idem.*

Cajus Rutilius Rufinus nominor ille,  
Annos qui vitæ linquo novem atque decem.  
Heu scelus, heu crudele nefas, facinusque tremendum!  
Cum fateare vides, quam miser est genitor.  
Qui me conspexit moribundum, qui mea clausit  
Lumina diversis ætatis vicibus.  
Quos non ille prius, qua non ego voce rogavi  
Infelix Superos, nec valere preces.  
Sed vis major agit mortis jam jamque, parens, aut  
Mecum semper eris, aut dolor una obiet.

Ep. XXXIX. *Idem.*

Vervex & pueri, puer unus, sponsa, maritus  
Cultello, lympha, fune, dolore cadit.

Ep. XL. *Idem.*

Quod tu debueras frater post tempora no...  
Majorum ut faceres morte suprema mi...  
Feci ego cum miseris miseris quos den...  
Invida quod pietas lege sinistra tulit.

Ep. XLI. *Idem.*

Hic stirps Amphion ereptus prima juventa,  
Nondum terdenos numerabat temporis annos.  
Heus immatura mors properata sibi.

Ep. XLII. *Idem.*

Hospes, disce novum mortis genus. improba feles  
Dum trahitur, digitum mordet, & intereo.

Ep. XLIII. *Idem.*

Tu quicumque mei veheris prope limina busti,  
Supprime festinum quæso, Viator, iter.  
Perlege signum. quam doleas pro funere acerbo,  
Invenies titulo nomina fixa meo.  
Roma mihi patria est, media de plebe parentes,  
Vita fuit nullis tunc violata malis.  
Gratus eram populo quondam, notusque favore,  
Nunc sum defleti parva favilla rogi.  
Quis bona non hilari vidit convivium vulru,  
Atque meos mecum pervigilare jocos?  
Quondam ego Pierio varum monumenta canore  
Doctus Cygneis enumerare modis;  
Doctus Mæonio spirantia carmina versu,  
Dicere Cæsareo carmina nota foro.  
Nunc amor, & nomen superest de corpore toto,  
Quod spargit lacrimis mæstus uterque parens.  
Serra mihi, floreque novos mea gaudia ponunt:  
Fusus in Elysia sic ego valle moror.

Quod

Funeris arborum,  
lucem vidisse facti  
Vivere quæ nollet,

Ep.

Arbus ingenuis cura  
sortita egregium c  
Nondum bis septem  
Hic Corals casti c  
dite felices, patit  
Sæpe & formosus t

Ep.

Some fuit nomen. h  
Utraque hoc titulu  
parum, dulcissiq  
Hoc titulo tegeor,  
que legis titulum  
Hoc peto nunc dic

Ep.

ita sed in lacrimis  
Hic sita sum, vixi  
Acus erat nata prin  
Limnibus rapuit n

Ep.

sub hac lapidum  
sacra animam inn

Ep.

barum secura qu  
laudata, collis q  
dus infontem Mag  
Per memora & ca  
apta est octavo fa  
Carpebat vitæ te  
mola, & sensu  
Docta, decens, e  
pæpetuo talis gemi  
Infelix ævo tam  
ha felix ægræ poti  
Hic Hecuba flevi

Ep.

Es tu qui tran  
sile gradum, l  
illa hic jaceo  
is mihi cum i



Ep. LI. *Idem.*

Fœcundum novies Romæ natam obruit altæ  
 Post duo me natos Arcianense solum .  
 Sergia mi nomen fuerat, Volumnius inquam  
 Conjux, fata cujus fausta fuere parum .

Ep. LII. *Idem.*

Lucius ingenti Romana stirpe Volumnus,  
 Quo cerne ingentem fata tulere mea .

Ep. LIII. *Idem.*

Decipimur votis, & tempore fallimur, & mors  
 Deridet curas anxia vota nihil .

Ep. LIV. *Idem.*

Quod decuit natam patri præstare sepulto,  
 Hoc contra natæ præstitit ipse pater .

Ep. LV. *Idem.*

Verius hunc tumulum Matri tu nata dicasses,  
 Quem mater miseræ nunc tibi, nata, facit.  
 Bis tenos completam annos te, filia, matri  
 Eripuit miseræ mortis iniqua dies.  
 Obtestor manes meritæ, sanctæque Patronæ.  
 Comprecor, ut leni terra tegat tumulo .

Ep. LVI. *Idem.*

Have Septima. sit tibi terra levis,  
 Quisquis hoc tumulo posuit ardente lucernam,  
 Illius cineres aurea terra tegat .

Ep. LVII. *Idem.*

Hic sum Bassa sita pia filia,  
 Virgo pudica, excedens  
 Cunctas ingenio æquales.  
 Cum mihi bis quinos annos mea fata dedissent,  
 Undecimum me non licuit perducere annum,  
 Cumque pater materque Deos pro me adularent,  
 At sævos Pluto rapuit me ad infera templa:  
 Opside me Parcæ finem fecisse videntur,  
 Cum ante alios vernas tres rapuere mihi.  
 Si quis forte mea gaudet de morte iniqua,  
 Huic sit iniqua Ceres, perficiatque fame .

Ep. LVIII. *Idem.*

Quod dulces nati, quod cara pignora præstant,  
 Continet hic tumulus, membra qui parva retentat .  
 Dolorem sine fine dedit Felicitas. isto  
 Clauditur infelix falso cognomine dicta .  
 Nam cui prima dies in lucem protulit annos  
 Quatuor, & male cum quintum sumeret ortum,  
 Abstulit atra dies, & funere merfit acerbo:  
 Hæc mater, & genitor conscribunt carmina busto,  
 Quo legenti simul redeat sub corde figura,  
 Et siccato sæpe madescant lumina fletu .  
 Sic medicatur amor, nec curant carmina manes .



Ep. LIX. *Idem.*

Felix hæc vîla est nascendi lege puella,  
 Quæ non est mihi tum sortita lares.  
 Sed legem fati Parcæ dixere cruentam,  
 Primus natalis condant ut ossa sua.  
 Cognomen pater huic fuerat natale daturus,  
 Sustulit atra dies una cum corpore nomen.

Ep. LX. *Idem.*

Rapta sinu Matris jacet hic miserabilis infans,  
 Ante novem plenos lunæ quam viveret orbes;  
 Hunc pater & mater mœsti flere jacentem,  
 Parvaque marmoreo clausurunt ossa sepulcro.

Ep. LXI. *Idem.*

Cernis, ut orba meis hospes monumenta locavi.  
 Et tristis senior natos miseranda requiro.  
 Exemplis referenda mea est deserta senectus,  
 Ut steriles vere possint gaudere maritæ.

Ep. LXII. *Idem.*

Invida fors fati rapuisti utilem  
 Sanctam puellam bis quinos annos,  
 Nec patris ac matris es miserata preces.  
 Accepta, & cara suis mortua hic sita sum:  
 Cinis sum, cinis terra est, Terra Dea est:  
 Ergo ego mortua non sum.

Ep. LXIII. *Idem.*

Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.

Ep. LXIV. *Idem.*

Tu pater, & mater lacrimis retinete dolorem,  
 Nam fato raptam non potes eripere.

Ep. LXV. *Idem.*

Sum castæ eorum lapis puellæ  
 Custos. me relegens pius Viator,  
 Hujus cognita si tibi fuisset  
 Virtus, lacrimulis tuis rigares.

Ep. LXVI. *Idem.*

Quisquis ades, celeri gressu precor ito viator,  
 Ito procul, & linque nefas, tibi dico, viator.  
 Parce oculis, nec nostra velis cognoscere fata,  
 Sanguinea palla quæ textit prodiga Clotho,  
 Et pavit rupisse suas quoque fila sorores.

Ep. LXVII. *Idem.*

Lustifica properante manu jam siste viator,  
 Ne tibi sim penitus querenti causa doloris.  
 Sede sub hac parva titulo parvoque tenetur  
 Parva anima, dolor immensus, crudeleque funus,  
 Orbatuque parens geminus, spes dura trienni,  
 Diraque fors leti. placet hoc fortuna sepulcrum.

Ep. LXVIII. *Idem.*

Ummidæ manes tumulus tegit iste, simulque  
 Primigeni vernæ, quos tulit una dies.  
 Nam Capitolinæ compressi examine turbæ  
 Supremum fati competiere diem.

Ep. LXIX. *Idem.*

Hic jacet exanimis tumulis Ælia Sabina  
 Cum sua nata simul, sætu quem procreat ipsa.  
 O fortuna fidem quantam mutasti maligne!  
 Quem genuit genitrix, secum tenet in Lare Ditis,

Ep. LXX. *Idem.*

Ossa pia, cineresque sacri hic ecce quiescunt.

Ep. LXXI. *Idem.*

Hoc Anuline mei memorantur carmine manes,  
 Parvola, quæ vix denos . . . . . menses.  
 Sed mea divina non est itura sub umbras  
 Cælestis anima: mundus me sumpsit, & astra:  
 Corpus habet tellus, & saxum nomine inane.

Ep. LXXII. *Idem.*

Heu positæ gnatz tristes posuere parentes.

Ep. LXXIII. *Idem.*

Immatura quies, quos abstulit, hic siti sunt tres;  
 Mater cum parvis pignoribus geminis.  
 Pollia Saturnina parens triginta per annos  
 Vixit, & enituit docta sonare melos.  
 Octo puer Titius proles cito rapta Philippus,  
 Et fratri tenero carior una soror.  
 Ælia Saturnina obiit uno insuper anno,  
 Nec saltus vitam protulit, aut choreæ.

Ep. LXXIV. *Ex Tom. I. Spicilegii Bibliæ  
 ad Gen. 11. 17. pag. 35. Can. Mazzocchi.*

Una dies adimit crudeli clade preemptas,  
 Quis ara hæc posita est, pœna hominis miseri.  
 Filia namque perit, periit & mater, eundem  
 Deserit illa patrem, deserit illa virum.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Ep. VI. *Idem.*

Una juveniles domus hos produxit alumnos,  
 Libertatis opus contulit una dies.  
 Naufraga mors pariter rapuit, quos junxerat ante,  
 Et duplices luctus sic periniqua dedit.

Ep. VII. *Idem.*

Hoc mihi noster Herus sacravit inane sepulcrum,  
 Villæ recta suæ propter ut aspicerem:  
 Utque suis manibus flores mihi, vinaque sæpe  
 Funderet, & lacrimam, quod mihi pluris erit.  
 Nostros nam cineres Pollentia sæva subegit:  
 Est & ibi tumulus, nomen & ara mihi.  
 Nec tamen aut illic subter crudelia busta,  
 Aut istas sedes nostra subiit anima:  
 Sed petat Assyrios, petat ille licebit Hiberos,  
 Per mare, per terras subsequitur dominum.

Ep. VIII. *Idem.*

Quid sibi vult, quæris, tellus congesta, Viator?  
 Ossibus hic uxor miscuit ossa meis.  
 Nobilis Euphrosyne, facilis, formosa puella,  
 Docta, opulenta, pia, casta, pudica, proba.  
 Fortunam mirere meam, verum exitus hic est  
 Omnium: mecum uno composui tumulo.  
 I nunc, & quidquid votis melioribus opta:  
 Absumit tecum singula Sarcophagus.

Ep. IX. *Idem.*

Si pensare animas sinerent crudelia fata,  
 Et posset redimi morte aliena salus;  
 Quantulacumque meæ debentur tempora vitæ,  
 Pensarem pro te, o Homonœa libens.  
 At nunc, quod possum, fugiam lucemque, deosque,  
 Ut te matura per Styga morte sequar.  
 Parce tuam conjux fletu quassare juventam,  
 Fataque mœrendo sollicitare mea.  
 Nil profunt lacrimæ, nec possunt fata moveri.  
 Viximus. hic omnes exitus unus habet.  
 Parce: ita non unquam similem experiare dolorem,  
 Et saveant votis numina cuncta tuis.  
 Quodque mihi eripuit mors immatura juventæ,  
 Id tibi victuro proroget ulterius.

Ep. X. *Idem.*

Tu, qui secunda procedis mente, parumper  
 Siste gradum quæso, verbaque pauca lege.  
 Illa ego, quæ claris fueram prælata puellis,  
 Hoc Homonœa brevi condita sum tumulo.  
 Cui formam Paphiæ Charites tribuere decoram,  
 Quam Pallas cunctis artibus erudiit.  
 Nondum bis denos ætas meæ viderat annos,  
 Injecere manus invida fata mihi.  
 Nec pro me queror. hoc morte est mihi tristior ipsa  
 Mœror Atimeri conjugis ille mei.  
 Sit tibi terra levis, mulier dignissima vita,  
 Quaque tuis olim perfrueare bonis.

Ep. XI. *Idem.*

Quod viva merui, moriens quod & ipsa rogavi,  
 Conjugis hoc mœsti reddidit ecce fides.  
 Sit licet infernæ mortis tristissimus horror,  
 Me tamen illius credo jacere toris.  
 Conjugii memot umbra mei, dum testor amores;  
 Te, pie possessor, sive colone, precor,  
 Ne patiare meis tumulis increfcere silvas:  
 Sic tibi dona Ceres larga det, & Bromius.

Ep. XII. *Idem.*

Suetrius Hermes hic situs est, cui tertia conjux  
 Aram constituit digno meritoque marito,  
 Cum quo concordem vitam, multosque per annos  
 Vixit, & heu tenero casu subtrahita marito est.  
 De cujus fama multi cum laude loquuntur,  
 Quod fuerit cultor domini, rerumque & amator.  
 Tu, qui transis, dic, sit tibi terra levis.

Ep. XIII. *Idem.*

Cunctorum hæc soboli sedem post morte reliquit,  
 Ante tamen nato, conjuge & ante suo.  
 Nondum secunda dum stet mœstissima mente,  
 Occidit, & tristes decepit mæsta fovendi.  
 Sed nos solliciti, memoresque parentis amore  
 Matrem cum nato, conjuge cumque suo  
 Securos colimus memores de nomine nostro,  
 Et faciet soboles multos memorata per annos,  
 Sacra Deis, patribusque suis, memoresque priorum,  
 Et memores nostri, nostrorumque alta præpago,  
 Æterno servant semper memorabile nomen.  
 Quisquis es, aut olim nostra de stirpe futurus,  
 Sis memor antiqui nominis, & tituli.  
 In quorum titulo hic datur esse locus,  
 Et domus æternæ tu tueare focos.

Ep. XIV. *Idem.*

Quandocumque levis tellus mea conteget ossa;  
 Incisum & duro nomen erit lapide;  
 Quod si forte tibi fuerit factorum cura meorum,  
 Ne grave sit tumulum visere sæpe meum.  
 Et quicumque tuis humor labetur ocellis,  
 Protinus inde meos profluat in cineres.

Ep. XV. *Idem.*

Quid lacrimis opus est, Rusticelle carissime conjux,  
 Extinctos cineres sollicitare meos?  
 Una domus cunctis neu fugienda viris,  
 Ut quæ volui tempore tempus habet.  
 Nondum vixenos annos compleverat annus,  
 Supremam Parcæ sorte dedere mihi.

Ep. XVI. *Idem.*

Murria hoc titulo patronum pietatis honorat,  
 Quidquid id est gratum manibus officium.  
 Non iussa tamen, nec voce rogata  
 Hic aliis obiit, vivit libertæ suæ suavis patronus.



Maxima quadrupedum cura, studia quoque plura fuerunt,  
 Ingenio semper plenus, probitate beatus,  
 Ut quandoque simul partibus finito lumine vitæ  
 Manibus his quieti pariter sociabimur una.  
 Quisque legis, doleas, devites talia fata.

Ep. XXIV. *Idem.*

Florus ego hic jaceo bigarius infans,  
 Qui cito dum eupio currus, cito decido ad umbras.

Ep. XXV. *Idem.*

O utinam vivo potuissem præmia morum  
 Reddere: nunc lacrimas accipe pro meritis.  
 Nam semper, fateor, tacita te mente probavi,  
 Detexit sensus ultima flamma meos.  
 Tu columen rerum, semper tu cura mearum  
 Nunc eris, & luctus tu quoque causa mei.  
 Ossibus infundam quæ numquam vina bibisti.

Ep. XXVI. *Idem.*

Hic dormit Lucas Agathensis gentis alumnus,  
 Functus in hac aula cardinis officio.  
 Justitiæ fons, munditiæ vas, lex pietatis,  
 Lux fidei, at dominis devia spes miseris.  
 Ut voluit Deus hunc mundi finire laborem,  
 Sustulit ipse animam, & reddidit ossa mihi.

Ep. XXVII. *Idem.*

Lege æviterna traditus leto puer  
 Bis octo in annis hocce sub tumulo jacet,  
 Quem cuncta flevit turba, multo plus herus.  
 Specie obnitentem moribus cum vinceret  
 Hic Phocaensium civis in patrio solo,  
 Hunc Italorum ditis intra terminos,  
 Nomen tenebit Isis nati puer.

Ep. XXVIII. *Idem.*

Pallados inventum, medicinalemque laborem,  
 Quod feci studio proximus ipse meo;  
 Testor nunc Iuperos, non hoc meruisse videbar,  
 In vulnus generis quod subito occidimus.  
 I nunc & dubias fatorum negligite clades.  
 Conjux, quod potuit, tumulum mihi reddidit uni.

Ep. XXIX. *Idem.*

Desine jam frustra mater, mater mea, desine fletu  
 Te miseram totos exagitate dies.  
 Namque dolor talis non nunc tibi contigit uni,  
 Hac eadem & magnis regibus acciderunt.

Ep. XXX. *Idem.*

Maximus hic recubo dulcissimus infans,  
 Bimulus in tertium escendens. sit mihi terra levis.  
 Dulcis eram matri, carior usque Patri.



Ep. XXXI. *Idem.*

Sei qua renascentes optant certamina laudis,  
Ex nostra aspiciant facta priora fide.

Ep. XXXII. *Idem.*

Seu stupor huic studio est, sive est insania nomen,  
Omnis ab hac cura cura levata mea est.

Ep. XXXIII. *Idem.*

Quicumque es, puero lacrimas effunde, Viator:  
Bis tulit hic senos primævi germinis annos,  
Deliciumque fuit Domini, spes grata Parentum,  
Quos male deseruit longo post fata dolori.  
Noverat hic docta fabricare monilia dextra,  
Et molle in varias aurum disponere gemmas:  
Nomen erat puero, Pagus: at nunc funus acerbum,  
Et cinis in tumulo jacet, & sine nomine corpus.

Ep. XXXIV. *Idem.*

Hic situs est quondam Gelli pars maxima Phœbus;  
Adfectus omnes possidet ipse lapis.  
Vix consummavit septem quinquennia lustris,  
Oscula ferventem nec tenere animam.  
Quod si mutari potuissent fila sororum,  
Gauderet condi Maximus hoc tumulo.

Ep. XXXV. *Idem.*

Te, lapis, obtestor, leviter super ossa residas,  
Ne nostro doleas condita officio.

Ep. XXXVI. *Idem.*

Hi sancte coluere Deos, vixere probati,  
Pob obitum Elysios ut possent visere campos.

Ep. XXXVII. *Idem.*

Ereptam viro & matri mater me terra recepit,  
Cum ad mortem matris de gremio rapior.  
Omnibu' cara fui: vive carissima Matri,  
Adversis quæ me sustulit ominibus.  
Desine jam frustra, mater mea, desine fletu  
Te miseram totos sollicitare dies.

Ep. XXXVIII. *Idem.*

Hic sum Pestejus vitæ modo sine peractio  
Conditus, Histriacæ nobilis artis honos.  
Ter lenos annos Asclepiadorus ad æquam  
Matrem abeo terram, qua prius ortus eram.

Ep. XXXIX. *Idem.*

Hoc jacet in tumulo secunda Glyconis honesto,  
Dulcis nomine erat, anima quoque dulcior ipsa,  
Sic numquam tetricos egit sibi lucis honores,  
Sed magi' lascivos suavis Bacchoque madere,  
Simplicitate loqui: cantus mollesque choreas  
Lusibus ipsa suis generabat, sæpe & amores.  
Dulce sibi natisque suis, quos pube reliquit,  
Castorea fratres sub imagine quos generavit.

Digna quidem frui perpetua de luce benigna,  
Sed celerat, qua nos fata benigna vocant.

Ep. XL. *Idem.*

Docta lyra, grata & gestu, formosa puella,  
Hic jacet æterna Sabis amata domu.  
Cujus fatales pensare optaverat annos,  
Ponticus huic conjux ultima dona dedit.  
Hunc tumulum socios manes commune sepulcrum,

Ep. XLI. *Idem.*

Laudatus populo, solitus mandata referre,  
Adlectus scenæ Parasitus Apollinis idem  
Multarum in mimis saltantibus utilis auctor.

Ep. XLII. *Idem.*

Tu qui tendis iter properatim, siste parumper,  
Si grave non animo est, fataque acerba lege.

Ep. XLIII. *Idem.*

Servilia Irene reverens, pia, casta, pudica,  
Bis quinos denos & sex provecta per annos.  
Sit tibi terra levis, cineres quoque flore tegantur,

Ep. XLIV. *Idem.*

Hic jacet exiguis Dionysia flebilis annis,  
Extremum tenui quæ pede rupit iter.  
Cujus in octava lascivia surgere messe  
Ceperat, & dulces fingere nequitias.  
Quod si longa tuæ mansissent tempora vitæ,  
Doctior in tetrīs nulla puella foret.

Ep. XLV. *Idem.*

Quæ nondum septem vitæ compleverat annos,  
Quæ caruit luce, & tenebris se miscuit attis,  
Lascivia nimium fatis crudelibus orta est,  
Liquit & orbatos miseros, fidosque parentes,  
Uberibus pressis nutricem liquit amantem.  
Conjux nutricis infelix ille relictus  
Mæret, & ad cineres plangit sua pectora palmis.

Ep. XLVI. *Idem.*

Invide, quid gaudes? illa hic mihi mortua vivet,  
Illa meis oculis aurea semper erit.

Ep. XLVII. *Idem.*

Si fatum nostræ patiens vis scire viator  
Conjugis, & matris titulis quid noster arator  
Scripserit, ut discas, paulum consiste, docebo.  
Quam miser heu liqui, quondam carissima conjux  
Illa mihi fuerat Flavia Nicopolis.  
Quæ insiderit nunc cura mihi, cum vita manebit,  
Atque aderit jam nulla quies, nisi mortis imago.  
Flavia Nicopolis nomen dulce tuum,  
Et tumulo spargam sæpe meas lacrimas.  
O mihi si superi vellent præstare roganti  
Vel roseo, vel purpureo, violæque nitore,  
Ut aut præteriens gressu tardante viator



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Ep. LXIV. *Idem*.

Quærere cessavi numquam, nec perdere desii:  
Mors intervenit. nunc ab utroque vaco.

Ep. LXV. *Idem*.

Altorio meritam dicat hanc Octavius aram,  
Acri homini, atque alacri, forti, fido, atque venusto,  
Cui domus Assyriis, fuerat cui Quinctio nomen,  
Hic in flore cubar longum securus in ævum,  
Post ter vicanos ac tres bene consutus annos.

Ep. LXVI. *Idem*.

Si fortuna suos potuisset flectere manes,  
Hunc titulum Patri ponere debueram.

Ep. LXVII. *Idem*.

Hic miser Anteros posuit duo corpora fratrum.

Ep. LXVIII. *Idem*.

Corporis hic domus est, illic paulisper:  
Remoramur at hic, habitamus illud.

Ep. LXIX. *Idem*.

Prius hunc titulum Matri tu nata dicasses,  
Quem mater miseræ nunc tibi nata facit.  
Bis senos completam annos te filia matri  
Eripuit miseræ mortis iniqua dies.  
Obtestor manes meritæ sanctæque Patronæ,  
Et comprecor, ut levi Terra tegat tumulo.

Ep. LXX. *Idem*.

Firma satis felix cum me mea vita maneret,  
Conjugis obsequio cum pietate fui.  
Conjugis illius, quem vix æquare mariti  
Adfectu potuerunt, aut bonitate pari.  
Conlibertorum vultus, animosque meorum  
Placatos merui sedulitate mea.  
Placatos merui per te magis, omnis ut ætas  
Sanguine me junctam crederet esse sibi:  
Qui tecum pia castra sequi consuetus, & ille,  
Quem lex servitii distrahit a domino:  
Hos omnes tibi pro meritis, qui sidera torquent,  
Secum placatos semper habere velint.

Ep. LXXI. *Idem*.

Hic positus sum, qui semper sine crimine vixi,  
Et, quem mi dederat cursum fortuna, peregi,  
Cujus ossua & cineres hic lapis intus habet.

Ep. LXXII. *Idem*.

Parva sub hoc titulo Festi sunt ossa lapillo,  
Quem Africus fero condidit ipse Pater.  
Qui si vixisset, Domini jam nomina ferret.

Ep. LXXIII. *Idem*.

Nonum post decimum compleras nubilis annus  
Vibia crudeli funere rapta viro:  
Dum tibi progenies, animo dum fides in illa,  
Heu facinus victrix, me tua vota gravant.  
Molliter ad matrem placidi descendite manes,  
Elysiis campis floreat umbra tibi.

Ep. LXXIV. *Idem*.

Hic sita est infans patri per secula flenda,  
Quam raptam assidue mater mœrore requirit,  
Quales quisque sibi cupiat producere natos.  
Hanc annus decimus privavit munere lucis,  
Calum quisque legat, fato maledicat iniquo.

Ep. LXXV. *Idem*.

O quanta pietas fuerat in hac adolescentia,  
Fides, amor, sensus, pudor, & castitas.  
Noli dolere amica, eventum meum  
Properavit ætas, hoc dedit fatum mihi.

Ep. LXXVI. *Idem*.

Qui dolet interitum, mentem soletur amore.  
Tollere mors vitam potuit. post fata superstes  
Fama viget, periit corpus, sed nomen in ore est,  
Vivir, laudatur, legitur, celebratur, amatur.  
Nuncius Augusti velox pede cursor, ut aura,  
Cui Latæ gentis nomen patriæque Sabinus.  
O crudele nefas! tulit hic sine crimine mortem,  
Damnatus periit, deceptus fraude latronum.  
Nil scelus egisti, fama est quæ nescit obire.

Ep. LXXVII. *Idem*.

Hunc puerum . . . . Neni amisit lectissima Mater  
Ut vita insontem, sic pietate bonum.  
Amisit, luxit, lugebit & usque sepulcrum,  
Nec, nisi defuerit, desinet esse dolor.

Ep. LXXVIII. *Idem*.

Pro paupertate hic summo tibi tempore, conjux,  
Ut potui meritis parvula dona dedi.

Ep. LXXIX. *Idem*.

Hic foetibus caræ recubant mihi conjugis ossa,  
Expectantque suis ut mea contribuant.  
Tossius ista tibi permisit sæpe parenti.  
Præstabit, manes si modo tangit amor.

Ep. LXXX. *Idem*.

Nos tibi digna tuæ monumenta extrema favillæ  
Fecimus, at nobis tu gemitum assiduum.

Ep. LXXXI. *Idem*.

Debit hoc natus nobis præstare duobus,  
Ut cineres patrios dederet inferiis.




Ep. LXXXII. *Idem.*

Liber nunc curis, fuerim qui, respice, lector.  
 Notus in urbe sacra vendenda pelle caprina  
 Exhibui merces popularibus usibus aptas:  
 Rara fides cujus laudata est semper ubique,  
 Vita beata fuit. struxi mihi marmora, feci  
 Secure solus semper fiscalia maniceps,  
 In cunctis simplex, contractibus omnibus æquus,  
 Ut potui, nec non subveni sæpe petenti,  
 Semper honorificus, semper communis amicis.  
 Major adhuc stat landis honor, potior quoque cunctis,  
 Ipse meis quod constitui tumulamina membris,  
 Talia qui feci non tam mihi providus uni,  
 Heredum quoque cura fuit. tenet omnia secum  
 Re propria quicumque facit. me fama loquetur.

Exemplum laudis vixi, dum vita manebat:  
 Sollicitus multis, requiem feci quoque multis.

Ep. LXXXIII. *Ex Schedis docti viri Petri Antonii Serassi Bergomensis.*

Hic jacet exanimam dilectæ corpus alumnae,  
 Quam Parcæ insontem merferunt funere acerbo.  
 Nondum etenim vitæ decimum compleverat annum,  
 Et mihi crudelem tristem fecere senectam.  
 Namque ego te semper, mea alumna Asiatica, quæram,  
 Adsidueque tuos vultus fingam mihi mærens,  
 Et solamen erit, quod te jam jamque videbo,  
 Cum vita functus jungar tuis umbra figuris.



# CLASSIS SEPTIMA

CONTINENS EPIGRAMMATA ET FRAGMENTA AD LOCA,  
 ET AEDIFICIA PERTINENTIA CUM INDICIIS  
 AUCTORUM REFERENTIUM.

Ep. I. *Barmannus. In Græciæ ruinam.*

Ræcia bellorum longa succussa ruina  
 Concidit, immodice viribus usa suis.  
 Fama manet: fortuna perit. cinis ipse  
 jacentis  
 Visitur, & tumulo est nunc quoque sacra  
 suo.  
 Exigua ingentis retinet vestigia famæ;  
 Et magnum infelix nisi nomen, habet.

Ep. II. *Idem. In Athenas & alias urbes.*

Quisquis Cecropias hospes cognoscis Athenas,  
 Quæ veteris famæ vix tibi signa dabunt:  
 Hasne Dei, dices, cælo periire relicto,  
 Regnaque partitis hæc fuit una Deis?  
 Idem, Agamemnonias, dices, quum videris arces:  
 Heu victrix victa vastior urbe jaces!  
 Hæ sunt, quas merito quondam est mirata vetustas:  
 Magnatum rerum magna sepulcræ vides.

Ep. III. *Idem. Urbis Romæ ruinæ.*

Vix scio quæ fueram, vix Romæ Roma recordor,  
 Quæ populo, regnis, mœnibus alta fui.  
 Cesserunt arces, cecidere palatia divum,  
 Jam servit populus, degeneravit eques.  
 Quæ fueram totum quondam celebrata per orbem,  
 Vix sanæ occasus vel meminisse meæ.

Ep. IV. *Idem.*

Roma vetus, veteres dum te rexere Quirites,  
 Nec bonus immunis, nec malus ullus erat.

Defunctis patribus successit prava juvenus,  
 Quorum consiliis præcipitata ruis.

Ep. V. *Aliud ejusdem argumenti.*

Parti tibi, Roma, nihil, quum sis prope tota ruina,  
 Quam magni fueris integra, fracta doces.  
 Longa tuos fastus ætas destruxit, & arces:  
 Cæsaris & Superum templa palude jacent.  
 Ille labor, labor ille ruit, quem dirus Araxes  
 Et stantem tremuit, & cecidisse dolet.  
 Quem magis optavit cum crimine solus habere  
 Cæsar, quam socius & pius esse focer:  
 Qui crescens studiis tribus, hostes, crimen, amicos,  
 Vi domuit, secuit legibus, emit ope.  
 In quem, dum fieret, vigilavit cura priorum:  
 Juvit opus pietas hospitis, unda locum.  
 Materiem, fabros, expensas axis uterque  
 Misit, se muris obtulit ipse locus.  
 Expendere duces thesauros: fata favorem,  
 Artifices studium, totus & orbis opem.  
 Proh dolor! urbs cecidit, cujus dum specto ruinas,  
 Penso statum, solitus dicere, Roma fuit.  
 Urbs cecidit, de qua si dignum dicere quidquam  
 Moliar, hoc potero dicere, Roma fuit.  
 Non tamen annorum series, non fiamma, nec ensis,  
 Æternum potuere hoc abolere decus.  
 Cura hominum potuit tantam componere Romam,  
 Quantam non potuit solvere cura Deum.  
 Constat opes, marmorque novum, Superumque favorem,  
 Artificum vigilent in nova facta manus:  
 Non tamen aut fieri par flauti machina muro,  
 Aut instaurari sola ruina potest.  
 Tantum restat adhuc, tantum ruit, ut neque stans pars  
 Æquari possit, diruta nec refici.

Hic



Hic Superum formas Superi mirantur, & ipsi  
 Se cupiunt fictis vultibus esse pares.  
 Non potuit Natura Deos hoc ore creare,  
 Quo miranda Deum ligna creavit homo.  
 Vultus adest his numinibus, potiusque coluntur  
 Artificum studio, quam deitate sua.  
 Urbs felix, si vel dominis urbs illa careret,  
 Vel dominis esset turpe, carere fide.

Ep. VI. *Idem. De ruinis ville Luculli.*

Hic tibi surgebant celebres, Luculle, penates,  
 Pro quibus, heu, vasta mole ruina jacet.  
 Ipse tamen paries priscae vestigia formae  
 Servat, & eversum grande superbit opus.  
 Omnia quae diro confirmant dente, parabant  
 Exitium saxi tempora, fama negar.

Ep. VII. *Idem. De Gentibus Caucasais.*

Humanæ quamdam stirpis gentem concoquit  
 Frigus, calore, atque humore aritudinem  
 Miscens \* \* \*  
 Dum iis subernus cortex, aut cacumina  
 Morientum in quercu, & aritudine  
 Et exsanguis calore evirescat colos.  
 Mortalis nemo exaudit, sed late incolens  
 Scytharum inhospitalis campi vastitas.  
 Levissomna mens sonorinas imagines  
 Affatur. non umbrantur somno pupulæ.

Ep. VIII. *Idem. De Amphitheatro vicino mari.*

Amphitheatrales mirantur rura triumphos,  
 Et nemus insignes cernit adesse feras.  
 Spectat arando novos agrestis turba labores,  
 Nautaque de pelago gaudia mixta videt.  
 Fœcundus nil perdit ager, plus germina crescunt,  
 Dum metuunt omnes hic sua fata feræ.

Ep. IX. *Idem. De Circo.*

Circus imago poli, formam cui docta vetustas  
 Condidit, & numeros limitis ætherei.  
 Nam duodecennigenas ostendunt ostia menses,  
 Quæque meat cursim aureus astra jubar.  
 Tempora cornipedes, referant clementa colores,  
 Auriga ut Phœbus quatuor aptet equos.  
 Cardinibus propriis includunt septa quadrigis,  
 Janus vexillum qua juvat ire levans.  
 Ast ubi panduntur, funduntque repagula cursus,  
 Unus & ante omnes cogitur ire prior:  
 Metarum tendunt circumdare cursibus orbes.  
 Namque axes gemini orrum obitumque docent.  
 Namque his Euripus quasi magna intervenit æquor,  
 Et medius centri summa obeliscus adit.  
 Septem etiam gyris condunt certamina palmæ,  
 Quot cælum stringunt cingula sorte pari.  
 Lunæ biga datnr semper, Solique quadriga,  
 Castoribus simpli rite dicantur equi.  
 Divinis constant nostra hæc spectacula rebus.  
 Gratia magna quibus crevit honore Deum.

Ep. X. *Idem. Super muros Asulæ, Castellum ad Fluv. Clesium.*

Asula sum muris circumdata pulchra duobus,  
 Asula præstanti splendida facta manu.  
 Desine dux belli de me sperare triumphum,  
 Frange opus hoc: hominum pectora murus erunt.

Ep. XI. *Idem. De Treveris.*

Nini Semiramis, quæ tanto conjuge felix  
 Plurima possedit, sed plura prioribus addit,  
 Non contenta suis, nec totis finibus orbis,  
 Expulit a patrio privignum Trebeta regno,  
 Insignem profugus nostram qui condidit urbem.

Ep. XII. *Idem. Interamnæ, Umbriæ ad Natem.*

Tirenus fecit, Trajanus me reparavit,  
 Ergo mihi Tranum nomen uterque facit.

Ep. XIII. *Idem. De Urbe Albingauno a Constantio Comite instaurata.*

Constantii virtus, studium, victoria, nomen,  
 Dum recipit Gallos, restituit Ligures.  
 Mœnibus ipse locum dixit, duxitque recenti  
 Fundamenta solo, juraque parta dedit.  
 Cives, tecta, forum, portus, commercia, portas,  
 Conditor exstructis ædibus instituit.  
 Dumque refert orbem, me primam protulit urbem,  
 Nec tenuit titulos limina nostra loqui.  
 Et rabidos contra fluctus gentesque nefandas  
 Constantii murum nominis opposuit.

Ep. XIV. *Idem. De Ponte viæ Salutæ.*

Quam bene curvati directæ est semita pontis,  
 Atque interruptum continuatur iter!  
 Calcamus rapidas subjecti gurgitis undas,  
 Et libet iratæ cernere murmur aquæ.  
 Ite igitur faciles per gaudia vestra Quirites,  
 Et Nasin resonans plausus ubique canat.  
 Qui potuit rigidas Gothorum subdere mentes,  
 Hic docuit durum flumina ferre jugum.

Ep. XV. *Idem. De Puteo excavato in montis jugo.*

Hunc quis non credat ipsis dare Syrtibus annes,  
 Qui dedit ignotas viscere montis aquas?

Ep. XVI. *Idem. De Fonte.*

Quod blando facilem producit murmure somnum,  
 Quæ cadit, & tremulos efficit unda lacus:  
 Quod sumis pueros haustus, nitideque lavaris,  
 Instauratori gratia habenda Lupo.  
 Es animumque somni spectans dic, Romule, verum,  
 An minus hic pater est, quam Lupa mater erat?



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Ep. XXVI. *Idem. Aliter Eiusdem.*

Regia præclaras erexit iussio moles,  
Sentit & imperium calx, lapis, unda, focus.  
Inclusus Vulcanus aquis argentibus hic est,  
Et pacem liquidis fontibus ignis habet.  
Cum lymphis gelidis gestant concordia flammæ,  
Hac stupet ardentis frigida Nymphæ lacus.  
Uritur hic semper gaudens neque læditur hospes,  
Et vegetat tepidus pectora tota vapor.  
Maxima sed quisquis paritur fastidia Solis,  
Aut gravibus madido corpore torpet aquis.  
Hic Thrasamundiacis properet se tingere Thermis,  
Protinus effugiet tristes uterque labor.

Ep. XXVII. *Idem. Aliter Eiusdem.*

Publica qui celsis educit mœnia testis,  
Hic pia rex populis Thrasamundus vota dicavit:  
Per quem cuncta suis consurgunt pulchra ruinis,  
Et nova transcendunt prisca fastigia sedes.  
Hic quoque post sacram meritis altaribus ædem,  
Egregiasque aulas, quas grato erexit amore,  
Condidit ingentes proprio sub nomine Ihermas;  
Hic bonus irriguis decertat fontibus ignis.  
Hic etiam ardentis . . . . . timet ora camini,  
Plurimus hic imber gelidas adcommodat undas,  
Hic æstus levis est, hic nullum frigora terrent,  
Hic geminata dies per candida marmora fulget.

Ep. XXVIII. *Idem. De Thermis.*

Quis Deus has incendit aquas? quis fontibus ignes  
Miscuit, & madidas fecit discurrere flammæ?  
In regnis, Neptune, tuis Vulcanus anhelat.

Ep. XXIX. *Idem. De Thermis.*

Delectat variis infundere corpora lymphis,  
Ut mutare magis sæpe fluenta libet.  
Nam ne consuetæ pariant fastidia Thermæ,  
Hinc iuvat alterno tingere membra lacu.

Ep. XXX. *Idem.*

Tecta novem Phœbi nuper dicata Camenis  
Nunc retinet Bacchus, & sua tecta vocat.  
Namque ubi tot veterum manserunt scripta virorum,  
Hic potat læta dulcia vina Cypris.  
Cognato semper lustrantur numine sedes,  
Quas coluit Phœbus, has colit & Bromius.

Ep. XXXI. *Idem. Versus Balneorum.*

In parvo magnas fecit manus ardua Bajas,  
Culmina distendit uiveis suspensa columnis,  
Curvavit cameris vario pro schemate conchas,  
Marmora resplendent solida compage decora  
Unirum mentita decus sarcophagi magistri  
Murmure raucifono fornacibus æstuat ardor  
In flammis dominantur aquæ, furit ignis amœnus.

Statutus lautor multo circumdatus igne  
Innocuas inter flammæ, mirabile dictu,  
Ignibus ut possit fervores vincere solis,  
Inde petit latices glaciali fonte fluentes:  
Hinc calor, inde nives reparant per membra salutem,  
Discurrunt Nymphæ, piscinas flumina complent,  
Vitrea crispatur labris resluentibus umbra:  
Hæc tibi monumenta tibi natisque manebunt,  
Et decoratam ac claros per secula nepotes.  
Tu tamen excelsus per tempora longa fruaris.

Ep. XXXII. *Idem. De Balneis.*

Adspice fulgentes testis & gurgite Bajas,  
Dant quibus haud parvum pictor & unda decus.  
Namque gerunt pulchras splendentia culmina formas,  
Blandaque perspicuo fonte fluenta cadunt:  
Gaudia qui gemino gestit decerpere fructu,  
Et vita novit prætereunte frui.  
Hic laver, hic corpus reparans, mentemque relaxans,  
Lumina picturis, membra fovebit aquis.

Ep. XXXIII. *Idem.*

Fausta novum domini condens Fortuna lavacrum  
Invitar fessos huc properare viros.  
Laude operis fundi capiet sua gaudia præsul,  
Hospes dulcissima dum recreatur aqua.  
Condentis monstrant versus primordia nomen,  
Auctoremque facit litera prima legi.  
Lustrent pontivagi Cumani litoris antra,  
Indigenæ placeant plus mihi delicis.

Ep. XXXIV. *Idem.*

Quisquis Cumani lustravit litoris antra,  
Atque hospes calidis sæpe natavit aquis.  
Hic lavet, infani virans discrimina ponti,  
Bajarum superant balnea nostra decus.

Ep. XXXV. *Idem.*

Flammea perspicuis coeunt hic lumina lymphis,  
Dantque novum mixti Phœbus & unda diem.  
Denique succedit nostris lux tanta lavacris,  
Ut cernas nudus erubuisse sibi.

Ep. XXXVI. *Idem.*

Infundit nostris Titan sua lumina Bajas,  
Inclusumque tenet splendida cella jubar.  
Subjectis caleant aliorum Balnea flammis,  
Hæc reddi poterunt, Phœbe, vapore tuo.

Ep. XXXVII. *Idem. De Balneis cujusdam Pauperis.*

Vir opibus tenuis, sed parvo in cespere solletus:  
Fundavit gemino munere delicias.  
Nam nova in angusto erexit balnea campo,



Edulibusque virens sætibus hortus olet .  
 Quæ natura negat , confert industria paucis ,  
 Vix sunt divitibus , quæ bona pauper habet .

Ep. XXXVIII. *Idem* .

Parvula sejunctis ornavit jugera Bajis  
 Urbanus callens fundere vita locos .  
 Hic quoque pomiferum conjunxit sedulus hortum ,  
 Qui vario austorem gramine dives alat .  
 Rus gratum domino duplici jam munere constat ,  
 Hinc capitur victus , sumitur inde salus .

Ep. XXXIX. *Idem* .

Una salus homini est , calidum captare lavacrum ,  
 Ne tepidus reddat morbida membra vapor .

Ep. LX. *Idem* . *De Lavacro* .

Qui splendere cupis claro tenuique lavacro ,  
 Pontica succedas in balnea nobilis undæ ,  
 Quam nec Alexandri mater sub sole cadenti  
 Emeruit : non si varia se adspersine Caji  
 Effundat per aperta latex è sedibus imis ,  
 Cum Syrio unguento , cui semper roscidus humor  
 Hic femora & suras & brachia molliter ambit ,  
 Et rigat in pluviam , sensimque ad colla resultans  
 Tangit odore levi , & grato spiramine nares  
 Lenis , & externas admittere nescius artes .  
 Huc ades , o Florens , & festa luce relaxa  
 Mentis onus , nebulasque fuga , quæ frontis honorem .

Ep. XLI. *Idem* . *De Laudibus Hortuli* .

Adeste Musæ , maximi proles Jovis ,  
 Laudes feracis prædicemus hortuli .  
 Hortus salubres corpori præbet cibos :

Variosque fructus sæpe cultori refert ;  
 Olus suave , multiplex herbæ genus :  
 Uvas nitentes , atque sætus arborum .  
 Non desit hortis & voluptas maxima :  
 Multisque milla commodis jucunditas .  
 Aquæ strepentis vitreus lambit liquor :  
 Sulcoque ductus irrigat rivus sata :  
 Flores nitescunt discolorè gramine ,  
 Pinguntque terras gemmeis honoribus .  
 Apes susurro murmurant gratæ levi ,  
 Cum summa florum , vel novos rores legunt ,  
 Fœcunda vitis conjuges ulmos gravat ,  
 Textasve inumbrant pampinis arundines .  
 Opaca præbent arbores umbracula ,  
 Prohibentque densis fervidum solem comis .  
 Aves canoros garrulæ fundunt sonos :  
 Et semper aures cantibus mulcent suis .  
 Oblectat hortus , avocat , pascit , tenet ,  
 Animoque maesto demit angores graves .  
 Membris vigorem reddit , & visum capit .  
 Refert labori plenior gratiam ,  
 Tribuit colenti multiforme gaudium .

Ep. XLII. *Idem* . *De Luco Amæno* .


Hic , Cytherea , tuo poteras cum Marte jacere :  
 Vulcanus prohibetur aquis , Sol pellitur umbris .

Ep. XLIII. *Idem* .

Bellipotens Mavors , Veneri gratissime , furtum  
 Hic securus ama , locus hic amplexibus aptus .  
 Vulcanus prohibetur aquis , Sol pellitur umbra .

Ep. LXIV. *Idem* . *De villa Ruffina fonte* .

Rupe sub hac vaga lympha sui sine nomine , sed nunc  
 Ruffina e domini nomine lympha vocor .  
 Ille etenim sparfos latices collegit , & undas  
 Auxit , & extracto fornice clausit aquas .





# CLASSIS OCTAVA

## CONTINENS EPIGRAMMATA ET FRAGMENTA MORALIA, ET DIDASCALICA CUM INDICIIS AUCTORUM REFERENTIUM.

### Ep. I. *Burmannus. De Literarum Æternitate.*



**H**æc, urbem circa, stulti monumenta  
laboris,  
Quasque vides moles, Appia, mar-  
moreas;  
Pyramidasque aufas vicinum adtingere  
Cælum,  
Pyramidas, medio quas fugit umbra die;  
Et Mausoleum miseræ solatia mortis,  
Intulit externum quo Cleopatra virum;  
Concuriet, sternetque dies: quoque altius exstat  
Quodque opus, hoc illud carpet, edetque magis.  
Carmina sola carent fato, mortemque repellunt,  
Carminibus vives semper, Homere, tuis.

### Ep. II. *Idem. Item eodem Argumento.*

Nullum opus exurgit, quod non annosa vetustas  
Expugnet, quod non vertat iniqua dies:  
Tu licet extollas magnos ad sidera montes,  
Et calidas æques marmore Pyramidas.  
Ingenio mors nulla nocet. vacar undique tutum:  
Inlæsum semper carmina nomen habent.

### Ep. III. *Idem. De Musarum perennitate.*

Ut Venus in terris, in aquis dat jura Cupido,  
Sic Musæ memores servant per secula libros.  
Sic comes armorum crescit per carmina Fama,  
Nec finit æternis occumbere scripta coronis.  
Pallas amat Musas, atque armat laude Camenas,  
Bellorum vivit placatis gloria Musis,  
Et Veneris constant juncta cum Pallade Musæ  
Imperio, sic cuncta regit divina voluptas.

### Ep. IV. *Idem. De inventione Literarum.*

Moyse primus Hebræas exaravit literas,  
Abraham Syras, & idem reperit Chaldaicas.  
Isis arte non minore prorulit Ægyptias.  
Mente Phœnices sagaci condiderunt Atticas.  
Quas Latini scriptitamus, edidit Nicoltrata.  
Gulfila prompsit Getarum, quas videmus, ultimas.

### Ep. V. *Idem.*

Litera rem gestam loquitur: res ipsa medullam  
Verbi, quam vivax mens videt, intus habet.

### Ep. VI. *Idem. De Ludi Magistro.*

Indoctus teneram suscepit Calculo pubem,  
Quam cogat primas discere literulas.  
Sed quum discipulos nullo terrore coerces,  
Et serulis culpas tollere cessat iners:  
Projectis pueri tabulis Floraria ludunt.  
Jam nomen ludi rite magister habet.

### Ep. VII. *Idem. Rursus Festi Avieni.*

Qua venit Ausonias Austro duce Pænus ad oras;  
Si jam forte tuus, Libyca rate, misit agellus  
Punica mala tibi Tyrrenum vecta per æquor,  
Quæso aliquid nostris gustatibus inde relaxes.  
Sic tua cuncta raris plenis secet æquora velis,  
Spumanti dum longa trahit vestigia sulco,  
Romulæque Phati fauces illæsa relinquat.  
Sit licet illa tatis, quam miserit alta Corinthos,  
Adria consurgente notus qua prospicit æstus,  
Quamve suis opibus cumularit Hiberia dives,  
Solverit aut Libyco quam lætus navita portu.  
Sed forsitan, quæ sint, quæ poscam mala, requiras;  
Illa precor mittas, spisso quibus arta cohæret  
Granorum sætura situ, castrisque sedentes,  
Ut quædam turmæ, socio latus agmine quadrant,  
Multiplicemque trahunt per mutua vellera pallam:  
Unde ligant teneros ex agmine flammea calces.  
Tunc ne pressa gravi sub pondere grana liquescant,  
Dividere domos, & pondera partibus æquant.  
Hæc ut, amice, petam, cogunt fastidia longis  
Nata malis, & quod penitus fellitus amarans  
Ora sapor nil dulce meo sinit esse palato.  
Horum igitur succo forsitan fastidia solvens  
Ad solitas revocer mensis redeuntibus escas.  
Nec tantum miseri videar possessor agelli,  
Ut genus hoc arbor nullo mihi floreat horto:  
Nascitur; & multis onerat sua brachia pomis:  
Sed gravis austerum fert succus ad ora saporem.  
Illa autem Libycas quæ se sustollit ad auras,  
Mitescit meliore solo, cœlique repentis  
Nutrimenta trahens succo se nectaria implet.

### Ep. VIII. *Idem. Ad Amicos de Agro. Eiusdem.*

Rute morans quid agam, respondi pauca, rogatus.  
Mane Deum exoro, famulos post arvaque vilo,  
Partitusque meis justos indico labores.  
Inde lego, Phœbumque cio, Musamque laceſso.  
Iunc oleo corpus fingo, mollique palæstra  
Stringo libens, animo gaudens, ac sereno liber.  
Prandeo, potō, cano, ludo, lavo, cano, quiesco.  
Dum parvus lychnus modicum consumat olivi,  
Hæc dat nocturnis nox lucubrata Camenis.

Ep.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Imum crusta tegit quod pretiosa solum,  
Atria quod circa dives tegit omnia cultus:  
Hoc animos tollit nempe, beate, ruos.  
Aedibus in totis gemmæ licet omnia claudant,  
Turpe est, nil domino turpius esse suo.

Ep. XX. *Idem.*

Nil artes, nil pura fides, nil gloria linguæ,  
Nil fons ingenii, nil probitas sine re.  
Nullus inops sapiens; ubi res, ibi copia sensus.  
Res sapiunt, pauper nil, ubi pauper erit.  
Nec jam divitibus tollunt sua crimina nomen,  
Sed quos lex damnat, gratia solvit opum.  
Hinc est quod populus, aurum quasi numen adorans,  
Audet in ignotum sponte venire nefas:  
Speque lucri toties excedere jus & honestum  
Sustinet, ut gratis nunc juvet esse reum.  
Jus ruit, ordo perit, sceleri placet ora manusque  
Vendere; quamque inopem, tam puder esse probum.  
Non ergo mirum, si quisquam pravus & excors  
Divinos vates nullius esse putat.

Ep. XXI. *Idem. De Cupiditate.*

Heu misera in nimios hominum petulantia census,  
Cæcus inutilium quo ruit ardor opum?  
Auri dira fames & non expiera libido  
Ferali pretio vendar ut omne nefas.  
Sic latebras Eriphyla viri patefecit, ubi aurum  
Accepit turpis materiam sceleris.  
Sic quondam Acrisæ in gremium per claustra puellæ  
Corruptore auro fluxit adulterium.  
O quam mendose votum insaturabile habendi  
Imbuir infamæ pectora nostra malo:  
Quamlibet immenso dives vigil incubet auro:  
Aestuat augendæ dira cupido rei.  
Heu mala paupertas numquam locupletis avari!  
Dum struere immodice, quod tenet, optat; eget.  
Quis metus hic legum, quæve est reverentia veri,  
Crescenti nummo si mage cura subest?  
Cognatorum animas promptum est, patrumque cruorem  
Fundier. affectus vincit avara fames.  
Divitis est semper fragiles male quærere gazas.  
Nulla huic in lucro cura pudoris erit.  
Istud templorum damno exitioque requirit,  
Hoc cælo jubeas ut petat, inde petet.  
Mirum ni pulchras artes Romana juventus  
Discat, & egregio suder in eloquio:  
Ut post jurisonæ famola stipendia linguæ,  
Barbaricæ ingeniis anteterantur opes.  
Atqui sunt, quos propter honestum rumpere fœdus  
Audeat inlicite pallida avaritia.  
Romani sermonis egens, ridendaque verba  
Frangit ad horribiles turbida lingua sonos.  
Sed tamen ex vulnè adperitur spes grata nepotum.  
Saltem istud nostri forsitan honoris habent.  
Ambusti torris species, exesaque seculo  
Abduntur præcis corpora de tumulis.  
Perplexi crines, frons improba, tempora pressa,  
Extantes mala deficiente genæ.  
Simatæque jacent pando sinuamine nares.  
Territat os nudum, cæsaque labra tument.  
Defossam in ventrem. proculio pondere tergum  
Frangitur, & vacuo crure tument genua.

Discolor in manibus species, ac turpius illud,  
Quod cutis obscure pallet in invidiam.

Ep. XXII. *Idem. De Ratione Tabula. Versus senis  
verbis & literis.*

## XII. SCHOLASTICORUM POETARUM.

### PALLADIUS I.

Sperne lucrum: versat mentes vesana libido.

### ASCLEPIADIUS II.

Fraude carete graves: ignari cedite doctis.

### EUSTHENIUS III.

Lusuri nummos, animos quoque ponere debent.

### POMPEJANUS.

Irasci victos minime placet, optime frater.

### MAXIMIANUS V.

Ludite securi, quibus aes est semper in arca.

### VITALIS VI.

Si quis habens nummos venies, exhibis inanis.

### BASILIVS VII.

Lusori cupido semper gravis exitus instat.

### ASMENUS VIII.

Sancta probis pax est: irasce desine victus.

### VOMANUS IX.

Nullus ubique potest felici ludere dextra.

### EUPHORBUS X.

Irrito Furias, ego sum tribus addita quarta.

### JULIANUS XI.

Flecte truces animos, ut vere ludere possis.

### HILARIUS XII.

Ponite mature bellum, precor, iraque cesset.

Ep. XXIII. *Idem. De Tabula.*

Discolor ancipiti sub jactu calculus adstat,  
Decertantque simul candidus atque rubens.  
Qui quamvis parili scriptorum tramite currant,  
Is capiat palmam, quem bona fata juvant.



In parte alveoli pyrgus velut urna resedit,  
 Qui vomit internis tesserulas gradibus.  
 Sub quarum jactu discordans calculus exit,  
 Certantesque fovet fors variata duos.  
 Hic proprium faciunt ars & fortuna periculum,  
 Hæc cavet adversus calibus, illa favet.  
 Composita est tabulæ nunc talis formula belli,  
 Cujus missa facit tessera principium.  
 Ludentes vario tum exercent prælia fato,  
 Russeus an nitidus præmia sorte ferat.  
 Pascitur a multis avide damnosa voluptas,  
 Ne sædet gliscens otia segnities.  
 Hoc opus inventor nimium Palamedes amavit,  
 Et parili excellens Mucius ingenio.

Ep. XXV. Aliud. De Tabula.

Indica materies blandum certamen amicis  
 Otert se, belli fert simulacra ramen.  
 Namque acie æquali concurrir russeus albo;  
 Ur gravibus damnis se domet alteruter.  
 Contorquet varios alternans tessera missus,  
 Fataque ludentum collis & ima probant.  
 Pax & pugna simul ludo junguntur in unum,  
 Cum victi spoliis victor amicus ovat.

Ep. XXVI. Aliud. De Tabula.

Has acies bello similes cano, quas Palamedes  
 Constituit casu vario, paribusque periclis,  
 Inscius hac sollers sistentes namque superbis  
 Vana supervacue crescunt mendacia buxis,  
 Et se sollettes punctis labentibus instant.  
 En proceres Frida, sectæ laurusque magister  
 Hac \* fiduit similes mittuntur semper in imo.  
 Adque deus dedit se præfert inscius artis  
 Quid labor ingeniumque juvat; cur pallidus exstat?  
 Atque iners dubitat? securus ludar amator,  
 Nummos quisquis habet: discedat lividus hospes,  
 Sed doctum jactans, quod si reppertor adesset,  
 Princeps hac sollers victum se sæpe vocasset:  
 Adversus punctis doctum se nemo fateretur,  
 Vulnera plus crescunt punctis, quam bella sagittis.

Ep. XXVII. Idem. De Tabula Picta.

Hunc quem nigra gerens tabella vultu  
 Clarum linea quæ more \* vis notavit,  
 Mox pictor variis domans colores,  
 Callenti nimium peritus arte,  
 Formavit similem, probante vero,  
 Ludentem propriis fidem figuris.  
 Ut quoscumque manu repingat artus,  
 Credas corporeos habere sensus.

Ep. XXVIII. Idem. De Vino & Lætitia.

Vince mero curas, & quidquid forte remordet,  
 Comprime, deque animo nubila pelle tuo.  
 Nox, curam si prendit, alit. male creditur illi  
 Cura, nisi a multo marcida facta mero.

Ep. XXIX. Idem. De Venere & Vino.

Nec Veneris, nec tu vini capiaris amore.  
 Uno namque modo vina Venusque nocent.  
 Ut Venus enervat vires, sic copia vini  
 Et tentat gressus, debilitatque pedes.  
 Multos cæcus amor cogit secerera fateri:  
 Arcanum demens detegit ebrietas.  
 Bellum sæpe parit ferus exitiale Cupido:  
 Sæpe manus itidem Bacchus ad arma movet.  
 Perdidit horrendo Trojam Venus improba bello:  
 At Lapithas bello perdis, lacche, gravi.  
 Denique cum mentes hominum furia vit uterque:  
 Et pudor, & probitas, & metus omnis abest.  
 Compedibus Venerem, vinculis constringe Lyæum:  
 Ne te muneribus lædat uterque suis.  
 Vina sitim sedent; natis Venus alma creandis  
 Serviat. hos fines transiisse nocer.

Ep. XXX. Idem. De Venere, Vino, & Balneis.

Balnea, vina, Venus, corrumpunt corpora nostra.  
 Sed vitam faciunt balnea, vina, Venus.

Ep. XXXI. Idem. De Vino.

Vindicat ipsa suos, quos perculit, uva labores,  
 Quæ pede quod premitur, subtrahit ipsa pedem.

Ep. XXXII. Idem. De Amore Feminarum.

Crede ratem ventis, animum ne crede puellis.  
 Namque est feminea tutior unda fide.  
 Femina nulla bona est: vel, si bona contigit ulla,  
 Nelcto quo fato res mala facta bona est.

Ep. XXXIII. Idem. Versus Anaclysiæ, de Amore.

Blanditias fera mors Veneris persensit amando  
 Permittit solitæ nec striga tristitiæ.  
 Tristitiæ striga nec sol tæ permittit amando,  
 Persensit Veneris mors fera blanditias.  
 Omnipotens pater huic semper concessit amori,  
 Fecit nec requiem tot sibi fulminibus.  
 Fulminibus sibi tot requiem nec fecit amori,  
 Concessit semper huic parer omnipotens.  
 Purpureos sibi flos vultus non pingit iacchum,  
 Monstrat nec mitem frons nova lætitiæ.  
 Lætitiæ nova frons mitem nec monstrat iacchum,  
 Pingit non vultus flos sibi purpureos.  
 Occubuit minor hic fractis & virions, astu  
 Torpuit oppressus Amphitryoniades.  
 Amphitryoniades oppressus torpuit astu,  
 Viribus & fractis hic minor occubuit.  
 Incaluit jubar hoc externis ignibus ardens,  
 Fortius ardorem sol sibi congeminat.  
 Congeminat sibi sol ardorem fortius, ardens  
 Ignibus externis hoc jubar incaluit.  
 Deposita face nox quæ sivit lumina Phœbes,  
 Vulnere sed blandus hæc tener Endymion.  
 Endymion tener hæc blandus sed vulnere Phœbes,  
 Lumina quæ sivit nox face deposita.  
 Amphipotens deus hoc suspirat pondere vulnus,  
 Ferrea nec rabies aut furor exsuperat.



Exsuperat furor aut rabies nec ferrea vulnus,  
 Pondere suspirat hoc deus armipotens.  
 Impariens Venus est, silvas dum lustrat Adonis,  
 Carpit si marrem jam cui conveniat.  
 Conveniat cui jam, matrem si carpit Adonis,  
 Lustrat dum silvas, est Venus impatiens.

Ep. XXXIV. *Idem. De Temperantia.*

Ne te gulosæ Scylla voraginis  
 Mergat profunda nocte libidinum;  
 Præbe palato frena modellæ.  
 Libes modeste Bacchica pocula.  
 Frangat Lyæi lympa superbiam.  
 Vini furorem flumina temperent.  
 Plebeia, simplex, rara comestio,  
 Carnis superbæ murmura conterat.  
 Lentus Cupido sic ager oria.  
 Frenentur in te frena Cupidinis.  
 Largire visus pessula januis.  
 Frenans ocellos ne nimis improbos  
 Venenent extra luminis impetus.  
 Si quos habendi fervor inebriat,  
 Exire cogant mente pecuniam.  
 Custos honoris, divitis usibus  
 Si tempus adsit, si locus exigat,  
 Surgat sepultæ massa pecuniæ,  
 Nummos crumenæ funditus evomant.  
 Quævis honori munera militent.  
 Calcare si vis colla superbæ,  
 Pensa caducæ pondus originis.

Ep. XXXV. *Idem. De Ira.*

Iratus recolas, quod nobilis ira Leonis  
 In sibi prostratos se negat esse feram.

Ep. XXXVI. *Idem. De Livore.*

Livor, tabificum malis venenum,  
 Intactis votar ossibus medullas,  
 Et totum bibit artubus cruorem.  
 Quod quisquis furit, invidetque forti,  
 Ut debet, sibi pœna semper ipse est.  
 Testatur gemitu graves dolores:  
 Suspirat, fremit, incutitque dentes.  
 Sudat frigidus, intuens quod odit.  
 Effundit mala lingua virus arrum.  
 Pallor terribilis genas colorat.  
 Infelix macies renudat ossa.  
 Non lux, non cibus est suavis illi:  
 Nec potus juvat, aut sapor Lyæi.  
 Nec si pocula Jupiter propiner:  
 Aut hæc porrigat, & ministret Hebe,  
 Aut tradat Catamitus ipse nectar.  
 Non somnum capit, aut quiescit umquam.  
 Vesanos tacite mover furores,  
 Intentans animo faces Erinnyes  
 Letalis, Tityique vultur intus,  
 Qui semper lacerat, comestque mentem.  
 Vivit pectore sub dolente vulnus:  
 Quod Chironia nec manus levarit,  
 Nec Phœbus, sobolesve clara Phœbi.

Ep. XXXVII. *Idem. De Vita Beata:*

Non est, salieris, hæc beata, non est:  
 Quod vos creditis esse, vita non est:  
 Fulgentes manibus videre gemmas,  
 Aut testudineo jacere lecto,  
 Aut pluma latus abdidiisse molli,  
 Aut auro bibere, & cubare cocco,  
 Regales dapibus gravare mensas,  
 Et quidquid Libyco secatur arvo,  
 Non una positum tenere cella:  
 Sed nullos trepidum timere casus,  
 Nec vano populi favore tangi,  
 Et stricto nihil æstuare ferro.  
 Hoc quisquis poterit, licebit illi,  
 Fortunam moveat loco superbus.

Ep. XXXVIII. *Idem. De Aetate:*

Viram vivere si cupis beatam,  
 Et votis Lachesis dabit senectam;  
 Anuos ludere te decem decebit,  
 Viginti studiis dabis severis,  
 Triginta pete litium tribunal,  
 Quadraginta stylo polita dicas,  
 Quinquaginta velim dissetta scribas,  
 Sexaginta tuo satis fruaris,  
 Septuaginta velis venire mortem,  
 Octoginta senes caveto morbos,  
 Nonaginta time labente sensu,  
 Centum nec puer unus adloquatur.

Ep. XXXIX. *Idem. De qualitate temporis.*

Omnia tempus edax depascitur, omnia carpit:  
 Omnia sede mover, nil finit esse diu.  
 Flumina deficiunt, profugum mare litora siccant,  
 Subsident montes, & juga celsa ruunt.  
 Quid tam parva loquor? moles pulcherrima cœli  
 Ardebit flammis tota repente suis.  
 Omnia mors poscit. lex est, non pœna, perire.  
 Hic aliquo mundus tempore nullus erit.

Ep. XL. *Idem. Epicteti.*

Poma ut in arboribus pendentia, corpora nostra  
 Aut matura cadunt, aut cito acerba ruunt.

Ep. XLI. *Idem. De Vetustate. Sulpicii Servasti Junioris:*

Omne quod natura parens creavit,  
 Quamlibet firmum videas, labascit  
 Tempore, ac longo fragile ac caducum  
 Solvitur usu.  
 Amnis insueta solet ire valle,  
 Mutat & rectos via certa cursus,  
 Rupta cum cedit male pertinaci  
 Ripa fluente.  
 Decidens scabrum cavar unda tosum,  
 Ferreus vomis tenuatus agris  
 Splendet, ac trito digitos honoraos  
 Annulus auro.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Tam malum est foris amica, quam malum est uxor domi.  
Nemo non hæc vera dicit, nemo non contra facit.

Ep. L. *Idem.*

Qui mali sunt, non fuere matris ab alvo mali:  
Sed malos faciunt maiorum falsa contubernia.

Ep. LI. *Idem.*

Omnis mulier intra pectus celat virus pestilens,  
Dulce de labris loquantur, corde vivunt noxio.

Ep. LII. *Idem.*

Consules fiunt quotannis & novi Proconsules,  
Solutus aut Rex aut Poeta non quotannis nascitur.

Ep. LIII. *Idem. De Ratione vite instituenda.*

Formula vivendi præsto est tibi. pauca loquaris,  
Plurima fac, si utriusque comes modus, utile, pulchrum.  
Sobrius a mensis, a lecto surge pudicus.  
Obsequiis infles, ea pro te præmia poscant,  
Ur decet ac prodest, & amabis & oderis idem.  
Stans calum mernas, speres prostratus, & illum,  
Quem colis in titulis, miserum abjectumque tuere.

Ep. LIV. *Idem. De Universo.*

Quod cernunt oculi, Deus est; fons nempe Deorum est,  
Majestas cæli vertitur orbe suo.  
Terra gerit gremio sese cælique suoque,  
Et finem ingentis monstrat uterque globi.  
At quæ se pelago tradidit natura videndam,  
Luminibus dicit; non ego finem habeo.  
Omnia me circum, super omnia, fundit aquæ lex,  
Sic nusquam immens terminus Oceani est.  
Hic oculos igitur rerum in primordia mittis;  
Exspirant omnes hic numeri atque notæ.  
Nascitur hinc quidquid moritur, retroque recedit;  
Huc redit æterno quidquid in orbe perit.  
Hoc perimir flammæ elementum, alit, evocat, auget,  
Omnis abest sapiens atque Thalete procul.

Ep. LV. *Idem. De Deo.*

Auro quid melius? jaspis. quid jaspide? sensus.  
Quid sensu? ratio. quid ratione? Deus.

Ep. LVI. *Idem. Mensæ inscriptum.*

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam,  
Hanc mensam vetitam noverit esse sibi.

Ep. LVII. *Idem. In Garrulitatem.*

Lingua brevis, brevitate levis, levitate movetur,  
Mobbilitate loquax, garrulitate nocens.

Ep. LVIII. *Idem. Epicuri.*

Cum te mortalem noris, præsentibus exple  
Deliciis animum. post mortem nulla voluptas.

Ep. LIX. *Scaliger. Duodecim Scholasticorum descriptio  
quatuor tempestatum anni. Argumentum est ex his  
Ovidianis.*

Verque novum stabat cinctum fiorente corona.  
Stabat nuda Aestas, & spicea ferta gerebat.  
Stabat & Autumnus calcatis fordidus uvis.  
Et glacialis Hyems, canos hirsuta capillos.

BASILIVS I.

Vere sinum Tellus aperit, floresque ministrat.  
Tempore solis ager messes fert pinguis opimas.  
Fœcundos Autumnus lacus de vitibus implet.  
Vis Hiemis glacie currentes alligat undas.

ASMENVS II.

Frigoribus pulsus nitidum ver æthera mulcet.  
Scindit agros Aestas Phœbeis ignibus ardens.  
Autumno dat hiems mitum vicina reporem.  
\* Albentes hæc durat aquas, & flumina necit.

VOMANVS III.

Ver pingit vario gemmantia prata colore.  
Ignea vestit agros culmibus Cerealibus Aestas.  
Viribus Autumnus turgentes detrahit uvas.  
\* Frigore at hiberno est gravidus nive nubilus æther.

EUPHORBVS IV.

Vere Venus gaudet florentibus aurea ferris.  
Flava Ceres Aestatis habet sua tempore regna.  
Vinifero Autumnus summa est tibi, Bacche, porcellas.  
Imperium sævis hiberno tempore ventis.

JULIANVS V.

Vere gravis fundit Tellus cum floribus herbas.  
Frugiferas arvis fert Aestas torrida messes.  
Pomifer Autumnus tenero dat palmite fructum.  
Mox humus hibernis albescit operata pruina.

HILASIVS VI.

Vere novo lætis decorantur floribus arva.  
Ac riger æstivis hirsutus campus aristis.  
Labra per Autumnum musio spumantia servent.  
Deponunt frondes hiemali frigore silvæ.

PALLADIUS VII.

Ver placidum vario necit de flore corollas.  
Spicea ferta gerit caldissima solibus Aestas.  
Temporaque \* Autumnus cingunt tua, Bacche, racemi.  
Tristis hiems montes niveo velamine vestit.

ASCLEPIADIVS VIII.

\* Ver agrum gemmis nitidum stellantibus ornat.  
At fervens Aestas pinguis frugibus arva.  
Mox Autumnali redolet vindemia sætu.  
Fronde nemus male nudat hiems, amnesque rigescunt.



ANTHOLOGIA  
EUSTHENIUS IX.

Purpureos flores humus effert vere comanti.  
Ac Ceteris donis horrescunt arva per æstum.  
Bacche, tuo tempus finit autumnale liquore.  
Obtegitur tellus per frigora veste nivali.

POMPEIANUS X.

Vere tepet picto Zephyris spirantibus aer,  
Decrescunt celeres æstivis ignibus amnes.  
Temperies, Autumnus, finit tua nectaræ dulci.  
Perque hiemem lentus cælo nivis advolat imber.

MAXIMIANUS XI.

Veris honos tepidi floret, vere omnia rident.  
Arva sub æstivis undant horrentia flabris.  
Vite coronatas Autumnus degravat olmos.  
Decutit ipse rigor silvis hiemalis honorem.

VITALIS XII.

Flore solum vario depingit odoriferum ver.  
Falciferamque Deam falces remorantur in æstu.  
Dat multo gravidas Autumnus pomifer uvas.  
Sithonia glacialis hiems nive cana senescit.

Ep. LX. *Idem. Eorumdem de signis Cælestibus.*

JULIANUS I.

Primus adest Aries, Taurusque insignibus auro  
Cornibus, & Fratres, & Cancer aquatile signum.  
Tum Leo terribilis Nemees, atque innuba Virgo.  
Libra subit, caudaque animal quod dirigit ictum.  
Armatumque arcu Chiron, & corniger Hircus.  
Fufor aquæ simul, & fulgenti lumine Pisces.

HILASIVS II.

Proditor est Helles, & proditor Europæus.  
Et Gemini juvenes, & pressus ab Hercule Cancer.  
Horrendumque Leo sequitur cum Virgine sancta.  
Libraque lance pari, & violentus acumine caudæ.  
Inde Sagittiferi facies senis, & Capricornus,  
Et qui portat aquam puer urniger, & duo Pisces.

PALLADIUS III.

Signorum princeps Aries, & Taurus, & una  
Tyndaridæ Juvenes, & fervida brachia Cancræ.  
Herculeusque Leo Nemeæ pavor: almaque Virgo.  
Libra jugo æquali pendens, & Scorpius acer,  
Centaurusque senex Chiron, & cornua Capri.  
Et Juvenis gestator aquæ, Piscesque supremi.

ASCLEPIADIUS IV.

Corniger astrorum ductor, Taurusque secundus.  
Tum lidus Geminum, & Cancræ gemmantis imago.  
Truxque Leo, & Virgo, quæ spicæ munera gellat,  
Et Libram, quam Cæsar habet: Chelæque minaces,  
Arque arcu pollens, & falli gurgitis Hircus.  
Urnaque Nimbiferi, Piscesque novissima forma.

LATINA: 493

EUSTHENIUS V.

Dux Aries, & frons Tauri metuenda minacis,  
Et Lædæ soboles, & Cancræ torridus ignis.  
Terribilisque Leo, species quoque Virginis almæ,  
Momentumque sequens, caudaque timendus adunca:  
Hinc tendens arcum: liquidi Capræ æquoris inde.  
Trojanusque puer, geminique sub ærhete Pisces.

MAXIMILIANUS VI.

Nubigenæ juvenis vector, Taurique trucidis frons,  
Et proles duplex Jovis, & Nepa torrida flammis.  
Æstifer inde Leo iusta cum Virgine fulgens.  
Quam sequitur Libra, & violenta cuspide sævus.  
Semifer Arcipotens subit, & Capricornus aquosus,  
Et cui nomen aquæ faciunt, Piscesque gemelli.

VITALIS VII.

Corniger imprimis Aries, & Corniger alter  
Taurus, item Gemini, sequitur quos Cancer adustus,  
Terribilisque feræ species, & iusta puella.  
Libra simul, nigrumque gerens in acumine virus.  
Centaurusque biformis adest, pelagique procella.  
Atque amnem fundens, & Pisces sidus aquosum.

BASILIVS VIII.

Cornigeri ductor gregis, Europæ quoque vector,  
Et duo Tyndaridæ: tum Cancer sole perustus:  
Herculeaque manu pressus Leo, & optima Virgo.  
Hinc Tutina species venit, armatusque veneno  
Scorpius, atque Sagittifer, æquoreique Capri frons.  
Quique urnam gerit, & Pisces duo ligna sub uno.

ASMENUS IX.

Principium signis ovium fator. iude Juvencus,  
Progenies duplex, & aquarum Cancer alumnus,  
Pressa sub Herculeis manibus fera, iustaque Virgo.  
Libra subest, caudaque ferens lethale venenum.  
Tum geminus Chiron, & corniger æquoris alti,  
Dilectusque Jovi puer, & duo sidera Pisces.

VOMANUS X.

Dux gregis, & placidum pandens sobit æthera Taurus,  
Germanique pares, & Cancro jam comes æstus,  
Atque Leo primus labor Herculis, & pia Virgo.  
Libra comes sequitur, minitans & Scorpius ictu.  
Et qui tela gerit Centaurus, & æquoris Hircus.  
Deucalionis aquæ, & Pisces postrema figura.

EVPHORBUS XI.

Velleris aurati fulget pecus \* aurea cælo.  
Zethus & \* Amphion, Cancræque figura calentis.  
Insequitur Leo sævus, & almæ Virginis \* astrum.  
Hinc æquale jugum, caudaque venenifer unca.  
Centaurusque minax arcu, & Neptunia proles.  
Quique refundit aquas, & Pisces ultimus ordo.



## POMPEJANUS.

Deetant in exemplari.

## EORUMDEM IRIS.

## MAXIMIANUS I.

Thaumantis proles varianti veste \* figuras,  
Multicolor picto per nubia devolat arco:  
• Cum Sol ardentis radios per nubila jecit.

## VITALIS II.

\* Cum Sol horrifico nimbo fulgore replevit,  
Apparet \* varii radiis distincta coloris  
Iris, & insigni decorat curvamine cælum.

## BASILIUS III.

Clara sub ætheriis fulgens Thaumantia proles  
Nubibus, ut radiis pluvium Sol attigit imbrem,  
Et picturato cælum velamine cingit.

## ASMENUS IV.

Discolor ætheriis apparet nubibus Iris,  
Postquam flammiferi rubuerunt lumina Solis,  
Et cælum variis miranda coloribus ornat.

## VOMANUS V.

Imbriferas nubes radiis ubi contigerit Sol:  
Luce sub adversa varios jacit unda colores.  
Dicitur hæc Iris picto \* spectantibus areu.

## EUPHORBUS VI.

Cum tetigit nubes radiis fulgentibus atras  
Phœbus, & adverso lumen replenduit imbrī,  
Tunc Iris vario circumdat nubila cinctu.

## IULIANUS VII.

Mirifico nubes ambit \* Thaumante creata:  
Quas cum ex adverso tetigit rota fulgida Solis,  
Tum jacit insignes per nubila densa colores.

## HILASIVS VIII.

Nuncia Iunonis vario decorata colore,  
Æthera nubificum complectitur orbe decoro:  
Cum Phœbus radios in nubem jecit aquosam.

## PALLADIUS IX.

Nubila cum Phœbus persudit lumine claro:

Tum fit, ut humor aquæ suffulgeat, atque color  
Sub varia specie jaciatur mutabilis arcus.

## ASCLEPIADIUS X.

Cum radiis imbres, & aquarum pendulus humor  
Frangitur, \* apparet, quam Græcia nominat, Iris,  
Multorum insignis vario splendore colorum.

## EVSTENIVS XI.

Iris habet varios subjecta luce colores.  
Quam sol imbrifera fulgens de luce creavit,  
Cum pepulit radiis obstantia nubila claris.

## POMPEJANUS XII.

Luce repentina cum Sol implevit aquosam  
Adversus nubes: effulget protinus Iris  
Picta veste decens, & multicoloribus alis.

Ep. LXVIII. *Idem.*

## EORUMDEM, IMAGO IN UNDA:

## HILASIVS I.

Redditur effigies liquida spectantis in unda:  
Qualis in adverso speculorum cernitur orbe.

## POMPEIANUS II.

Formas pura refert oculis spectantibus unda,  
Obiecto quales speculi fulgore videntur.

## MAXIMIANUS III.

Fontis aquæ reddunt simulacra imitantia verum,  
Qualia læve refert speculi, cum cernimus, æquor.

## VITALIS IV.

Exprimit oppositas immobilis unda figuras:  
Lævati quales speculi nitor ipse remittit.

## BASILIUS V.

Apparet mendax illi fonte figura,  
Qualem reiectat speculi nitidissimus orbis.

## ASCLEPIADIUS VI.

Unda quieta refert alto de gurgite formas:  
Ac veluri speculum nitido splendore coruscat.

## EUPHORBUS VII.

Forma percussus liquidarum fingit aquarum,  
Quales purifico speculorum ex orbe reducit.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Aurea fulgebat roseis Aurora capillis,  
Et matutino rore madebat humus.  
Tethyos undivagæ cum profilit æquore Titan,  
Flammiferos vultus ore micante ferens.

## ASCLEPIADIUS VII.

Exoritur Phœbus perfundens luce nitenti  
Et maria & terras, stelliferumque polum.  
Astraque cesserunt fulgentia crinibus aureis.  
Et nox<sup>1</sup> sidereas occulit atra faces.

## EUSTHENIUS VIII.

Sol oriens, currusque suos e gurgite tollens  
Oceano, claro reddidit orbe diem.  
Flammiferumque jubar terræque poloque reduxit,  
Et pepulit radiis astra repente suis.

## POMPEJANUS IX.

Memnonis ut genitrix infecerat humida cælum,  
Et roseis manibus sidera dispulerat:  
Phœbus Atlanteis e fluctibus aureus orbem  
Sustulit igniferum: luxque repente rediit.

## MAXIMIANUS X.

Prævia flammiferi cursus Aurora sedebat:  
Extuleratque alto gurgite Phœbus equos.  
Noctivagosque simul radiis flagrantibus ignes  
Depulerat cælo, reddideratque diem.

## VITALIS XI.

Vix Aurora suo rubefecerat æthera curru,  
Summaque canebat roribus herba novis:  
Profilit e mediis candens rota Tethyos undis,  
Et vaga cesserunt sidera Solis equis.

## BASILIUS XII.

Surgit ab Oceano Tirhoni fulgida conjux,  
Et veste ab rosea subruit ipsa pedes.  
Tum Phœbus radiis rutilum fulgentibus orbem  
Depulit e tenebris: noxque peracta fuit.

## Ep. LXIII. De Die Natali Asmeni.

Clarus in offenso procedat lumine Titan,  
Lætificusque dies eat omnibus æthere puro.  
Vosque simul juvenes animis, & voce faventes  
Concelebrate diem voris felicibus alnum.  
Prosper ut is semper redeat, vatiq; quotannis  
Asmenidæ referant alacres sua munera nati.

## Ep. LXIV. Mors trium.

Sus, juvenis, serpens casum venere sub unum.  
Sus jacer ex ictu, pede serpens, ille veneno.

## Ep. LXV. Item.

Anguis, aper, juvenis pereunt vi, vulnere, morsu.  
Hic fremit, ille gemir, sibilat hic moriens.

## Ep. LXVI. Item.

Sus, serpens, juvenis pariter periere vicissim.  
Dente perit juvenis, pede serpens, porcus ab ictu.

## Ep. LXVII. Item.

Non bene cum parvis junguntur grandia rebus.  
Stantia namque premunt: præcipitata ruunt.

## Ep. LXVIII. Idem.

Tu forte in luco lentus vaga carmina gignis:  
Argutosque inter latices, & musica flabra  
Pierio liquidam perfundis nestare mentem.  
At nos congeries obnubit turbida rerum,  
Ferratæque premunt milleno milite curæ.  
Legicrepi tundunt. lattant fora, classica turbant.  
Et trans Occanum ferimur porro usque, nivofus  
Quum teneat Vasco, nec parcat Cantaber horrens.  
En quibus indicas, ut crinem frondea Phœbi  
Succingant, hederæve comas augustius ombrent.  
En quos flammantem jubeas volitare per æthram.  
Quin mage præveniens Aquilas vis pigra Elephantum  
Præcurret, volucremque pigens testudo Molossum:  
Quam nos rorifluam sectemur carmine Lunam.  
Sed tamen, incurvus per pondera terrea nitens,  
Dicam quur fesso livescat circulus orbe:  
Purpureumque jubar nivei quur tabear oris.  
Non illam, ut populi credunt, nigrantibus antris  
Infernas ululans mulier prædira sub umbras  
Detrahit altivago e speculo: nec carmine victa  
Vel rore Stygiæ  
Vincibilemque petit clamorem. quippe per æthram,  
Qua citinus limes dispescit turbida puris,  
Inviolata meat. sed vasto corpore Tellus,  
Quæ medium tenet ima polum, dum lumina Fratris  
Detinet umbriferis metis: tum sidere crasso  
Pallefcit teres umbra rotæ, dum transeat axem  
Aggeri velox tumuli, speculoque rosanti  
Fraternas reparer per cælum libera flammæ.  
Sed quia mira puras, quur, quum vis maxima Solis  
Bis novies major clueat, quam terreus orbis,  
Nunc circumcingat terrestres lumine metas:  
Sume tatum rationis opus. namque aspice Phœbum,  
Quam sublimis eat convexa per aurea Mundi,  
Quamque humilem terram collustret curribus altis:  
Hic ingens utcumque libet vel desuper ignes  
Sparferit, obliquo vel quum radiaverit axe,  
In terram radii franguntur. cætera Solis  
Lumina, qua major jaculis radiantibus exit,  
Nil obstantæ globo, tendunt per inania vasta:  
Donec Pyramidis peragat victa umbra cacumen.  
Per quam quum Phœbe validos agit uda jugales,  
Infima vicinis nonnumquam decolor umbris  
Fratre caret, vacuoque exanguis deficit ore.  
Quur autem sola spolietur lumine Luna,  
Nil verò mirum eli. quippe illam lucis egentem  
Lux aliena fovet: quam quum pars proxima meræ  
Invidet, expectat radios male cæcula Fratris.  
At chorus astrorum reliquus non tangitur umbris.



## J U N I U S .

Nudus membra dehinc solates respicit horas  
 Junius : ac rhœbum flectere monstrat iter .  
 Lampas maturas Cereris designat aristas .  
 Floralesque fugas lilia fusa docent .

## J U L I U S .

Ecce coloratos ostentat Julius artus ,  
 Crines cui rutilos spicea ferta ligar .  
 Morus sanguineos præbet gravidata racemos :  
 Quæ medio Cancri sidere læta viret .

## A U G U S T U S .

Fontanos latices , & lucida pocula vitro  
 Cerne ut demerso torridus ore bibat ,  
 Æterno Regni signatus nomine mensis ,  
 Latona genitam quo perhibent Hecaten .

## S E P T E M B E R .

Surgentes acinos , varias & præsecat uvas  
 September , sub quo mitia poma jacent :  
 Captivam filo gaudens religasse lacertam ,  
 Quæ suspensa manu mobile ludir opus .

## O C T O B E R .

Dat presum leporem , cumque ipso palmite foetus  
 October : pingues dat tibi ruris aves .  
 Jam Bromios spumare lacus , & multa sonare  
 Apparet . vino vas calet ecce novo .

## N O V E M B E R .

Carbaso post hunc artus inductus amictu  
 Memphidos antiquæ facta , Deamque colit .  
 A quo vix avidus sistro compescitur anser ,  
 Devotusque satis incola Memphidiis .

## D E C E M B E R .

Annua sulcatæ coniectaque semina terræ  
 Pascit hyems , pluvio de Jove cuncta madent .  
 Annua nunc revocet Saturno festa December .  
 Nunc tibi cum domino ludere , verna , licet .

Ep. LXXIX. *Eorundem Pictura .*

Fulget honorificos inductus Mensis amictus  
 Signans Romuleis tempora Consulibus .  
 Rustica Bacchigenis intentans arma novellis  
 Hic meruit Februi nomen habere Dei .  
 Martius in campis ludens simulacra duelli  
 Ducit Cinyphii lactea dona gregis .  
 Sacra Dioneæ referens solemnia matri  
 Lascivus crotalis plaudit Aprilis ovans .  
 Majus Atlantiados gnatæ dignatus honore  
 Expoliar puichris florea ferta rosis .  
 Sanguineis ornans æstiva prandia moris  
 Junius : huic nomen fausta inventa dedit .  
 Quintilis mensis Cereali germine gaudens  
 Julius a magno Cæsare nomen haber .  
 Augustum penitus tortet Phaetontius ardor .



Quem recreat fessum gillo, faula, melo.  
 Æquales Libræ September d'gerit horas:  
 Cum botruis captum rete terens leporem.  
 Contentit October lascivis calcibus uvas.  
 Et spumant pleno dulcia mulla lacu.  
 Arva November arans, \* sæcundo nomine bestiarum  
 Cum terit, & tenrir pinguis oliva molas.  
 Pigra tuum cunctis commendat Bruina Decembrem,  
 Cum solers famulis tessera jungit heros.

Ep. LXXX. *Quatuor Temporum Pictura.*

Carpit blanda suis Ver alnum dona rosetis.  
 Torrida collectis exultat frugibus Æstas.  
 Indicat Autumnum redimito palmitate vertex.  
 Frigore pallet Hyems designans alire tempus.

*Versus in laudem Solis. Pitheous.*

**D**um mundum natura potens terramque dicaret,  
 Sol dedit ipse diem, hac horrentia nubila cælo  
 Dispulit, & faciem roseo distudit in orbe:  
 Pulchra serenigero fulserunt sidera motu.  
 Nam chaos est sine Sole dies. tunc discere lucem  
 Cœpius, & croceum cæli sentire reporem.  
 Gurgite de croceo surgunt ex more jugales,  
 Navibus elaris estant e pectore lucem.  
 Sol rumpit tenebras rutilo qui fulget ab ortu,  
 Spargit in æthereos flammantia lumina campos:  
 Alitis hinc pecudes, vivit genus omne natantum,  
 Quod cælum, quod terra tener, quod sustinet æquor.  
 Hinc calor infusus totum qui continet orbem.  
 Cuncta patent quæcumque tamen nox clausit atra.  
 Mox silvæ, campique virent, & florea rura.  
 Tunc placidum jacet omne mare & vernantibus undis  
 lumina, per tremulos currit lux aurea fluctus.  
 Hic regit imperium mundi, hic tempora sancit,  
 Fluctibus hic nitidum tollit caput æthera in altum.  
 Mox tamen alipedum gemmantia lora rigescunt.  
 Aurens \* æquis inest currus, ardescit ab Euro  
 S \* prio fulgens imitatur lumine Phœbi  
 \* c solus vicit orbe Deus, quem cernere nobis  
 \* per florea tura  
 \* opus quod flamma gubernat  
 \* igne suo prostat cum lumine sensus  
 \* hinc vita redit, hinc cuncta reguntur.  
 \* q; docet phoenix, istis reparata favillis.  
 Omnia Phœbeo vivere e corpora tactu:  
 Hæc vitam de morte petit, post fata vigorem:  
 Nascitur, ut pereat, perit ut nascatur ab igni,  
 Una cadit torrens, surgitque, ac deficit una:  
 Rupe sedet, capitur radiis, & lumine Phœbi  
 Sulcipit immentum recidiva morte calorem.  
 Sol qui purpureo distundit lumine terras.  
 Sol cui \* vernantur tellus respirat odorem.  
 Sol cui picta virent sæcundo gramine prata.  
 Sol speculum Cali divini nominis instar.  
 Sol semper juvenis rapidum qui dividis axem.  
 Sol facies mundi, cælique volubile templum.  
 Sol Liber, sol alma Ceres, sol Juppiter ipse,  
 Sol labor & \* ribice, infunt cui nomina mille.  
 Sol qui quadrijugo distundit lumina cursu.  
 Sol & Hyperboreo fulger matutinus in ortu.  
 Sol reddit cum luce diem, cum pingit olympum.  
 Sol æstas, autumnus, hiems, sol ver quoque gratum.  
 Sol cui merenti \* servit maris unda teporem.

Sol sæclum, mensisque, dies, sol annus, & hora:  
 Sol globus æthereis hæc est lux aurea mundi.  
 Sol bonus agricolis, nantis quoque prosper in undis.  
 Sol repetit quæcumque potest transcendere semper.  
 Sol cui sereno pallefcunt sidera motu.  
 Sol cui tranquillo splendet lumine pontus.  
 Sol cui cuncta licet rapido lustrare calore.  
 Sol mundi, lucisque decus, sol omnibus unus.  
 Sol cui surgente resonat \* liba blanda canorem,  
 Sol noctis, lucisque decus, sol finis, & ortus.

VESPRICII SPURINNÆ

Poetæ Veteris Odæ Quatuor

*Ex Membranis in lucem editæ a Caspare Barbio.*

Ode I.

**D**ulceis Vesprii jocos  
 Sera Socraticæ reliquias domus,  
 Ne laudes nimium \* Marti.  
 Contemnit placitas \* bilibus Viris  
 Soli, qui Sapientiæ  
 Posti florem tepidum, nec stabilem gradum  
 Ætatis, senium dicat.  
 Mentis compositæ, qualis ab arduis  
 Ad se versa Laboribus  
 Quos non dat Pa \* \* ac seposuit sibi  
 Anuos, orba lucro gravi  
 \* \* \* Ambitio regimine candida  
 Illudat gravidæ spei.  
 Nos sero pelagus vicimus invium:  
 Quidquid viximus, interit;  
 Æstas, quam decies septima dividit,  
 An leveis memoret jocos?  
 Atque aptos citharæ conciliet modos  
 Surdis auriculis strepens?  
 Quisquis decrepiti corporis est reus  
 Sat se se Eloquit probat.  
 Si ser \* placidi jura silentii,  
 Et patrociniæ otii.  
 Hoc cani gravitas verticis abstulit,  
 Non ut sponte sua fugax,  
 Sed \* multi numeris carminis \* \*.

I I.

\*  
 Fave Sancta Deum fata  
 Nullis, Pauperies, Numinibus minor.  
 Tecum si sapias tibi.  
 Ultra magnificis hospes honoribus  
 Absolvens numerum tuæ  
 \* \*  
 In te lætitiæ; fordida cum quies  
 Lauris nuda tumultibus  
 Ambit se patria fertilis in domo.  
 \* \*  
 Nullis vendibilis plausibus,



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Ep. VI. *Idem. In Græculum a cane interfectum.*

Græculus Argolicis lætus veniebat ab oris  
Italiam canis hunc forte momordit, obit.  
A cane non mirum est subito periisse Pelasgum:  
Nam rabies Hecubæ durat in Argolicos.

Ep. VII. *Idem. Tullii Marci.*

Callidus Afereris semper, Romane disertus,  
Semper Galle piger, semper Ibere celer.

Ep. VIII. *Idem. De Arzugitano Poeta.*

Præcissæ filicis cautibus edite,  
Silvestri juvenis durior arbuto,  
Trunco cum stupeas horridius, cupis  
Formare e propriis carmina versibus,  
Et metri variis ludere legibus.  
Sed quis te docilem iudicer artium,  
Quas natura dedit cordis auctior?  
Solis ligna dolans fortibus ascis,  
Et duri resicans robora pectoris,  
Vatem te poterat reddere ligneum,  
Qui vaccam trabibus lusit adulteris,  
Vel qui struxit equum fraudis Achaicæ.

Ep. IX. *Idem. De Lenone uxoris suæ.*

Græcule, consueta lenandi callidus arte,  
Cœpisti adductor conjugis esse tuæ.  
Et quem forte procax penitus consererat uxor,  
Consueras propria præcipitare domo.  
Sed prætenfa catus derisit retia quidam,  
Teque tuis miserum depulit e laribus.  
Soluta vera probas jucundi verba poetæ,  
Cum jugulas hircum, factus es ipse caper.

Ep. X. *Idem. Ad Lenonem Comitiacum.*

Militiæ cultus & nigri tegmina panni  
Cur magis exoptes, differe, leno, mihi.  
Exiguone tibi crescebat cellula quæstu,  
Quum gravis adducta virgine faccus erat?  
An nescis populi partum sibi tollere paucos,  
Unde miser fisco paupere miles eget.  
Effuge virandos, si qua potes arte, labores,  
Ut valeas tenso vivere, leno, pede.  
Nam si formosas redeas lenare puellas,  
Et dederit quæstus quotidiana Venus;  
Non jam miles eris humilis, sed divite nummo  
Fies militiæ mox utriusque comes.

Ep. XI. *Idem. In Martium Cinædum.*

Quid prodest Martis te vel de nomine dictum,  
Pruriat infami cum tibi clune Venus.  
For fuerat potius, Cypridos ut nomen haberes,  
Et natura daret Martia membra tibi.  
Nunc utroque carens, ignoti fabula sexus;  
Femina cum non sis, vir tamen esse nequis.

Ep. XII. *Idem. In Caballinam Meretricem.*

Caballina furens, amanda nulli,  
Excussis modo calcibus fremebat:  
Quæ quamvis facie micet rubenti,  
Et vibrer Parium nitens colorem,  
Hirsutis tamen est perenda nullis,  
Qui possint pariles citare junctas.

Ep. XIII. *Idem. De duabus Sororibus, meretriculis  
ex Illyrico, Gentia & Chloe, quæ Romana  
castra cum matre Iena sequebantur.*

\* \* \* \* \*  
\* \* Matris amor delictumque meum.  
Ne vero inter vos odio cœrate sorores,  
Utrius alba magis vel minus atra cutis:  
Hoc unum cœrate, suos magis urat amores,  
Altera nonne oculis, altera nonne comis.  
Anne coma ex auro fiava est tibi, Gentia? an auri  
Ex ipsa magis est bractea flava coma?  
E Beroicæo detonsam vertice crinem  
Rettulit esuriens Græcus in astra Conon:  
Centia rapta tibi fiat coma protinus astrum.  
Et regat illyricas certior Urfa rates.  
Cum quatit, & candam Junonius explicat ales,  
Mille oculos, gemmas mille decenter habet:  
. . . . huc illuc flectat ocellos,  
Hinc illinc videas currere mille faces.

Ep. XIV. *De Virgo, quem mulier cadebat.*

Cum te Barbati referas de sanguine cœtum,  
Ut tibi cognatus sit Varitina ferox;  
Cur tua fæmineo cæduntur pectora focco,  
Infamique manu barbula vulsa cadit?  
Desine jam tibimet auctores fingere fortes,  
Vimque tuis membris stirpis inesse feræ.  
Illa Salautensis magis est de stirpe creata,  
Audet quæ proprium sternere calce virum.

Ep. XV. *Idem. De Eunuchis.*

Quem natura marem dederat, sit femina ferro,  
Nam tener impubes viribus exuitur.  
Hinc juvenem cernis tanto sub robore mollem,  
Et dubii pulcher corporis errat homo.  
Conjugibus cauris placita est monstrosa voluptas.  
Fidus enim est custos, qui sine teste darur.

Ep. XVI. *Idem. Aliter. De Eodem.*

Incertum ex certo sexum fert pube recisa,  
Quem tenerum secuit mercis avara manus.  
Namque ita femineo Eunuchus crure movetur,  
Ut dubites quid sit, vir magis, an mulier.  
Omnem Grammaticam castrator iustulit artem,  
Qui docuit neutri esse hominem generis.

Ep. XVII. *Idem. De Hermaphrodito.*

Quum mea me genetrix gravida gestaret in alvo,  
Quid pareret, fertur consuluisse Deos.  
Mas est, Phæbus ait: Mars, femina: Junoque, neutrum.  
Quumque forem natus, Hermaphroditus eram.  
Quærenti lerum? Dea sic ait; Occidet ærmis:

Mars,



Mars, cruce : Phoebus, aquis . fors rata quæque fuit .  
 Arbor obumbrat aquas : adscendo, decidit enlis,  
 Quem ruleram, casu labor & ipse super ;  
 Pes hæsit ramis, caput incidit amue : tulique  
 femina, vir, neutrum, flumina, tela, crucem .

Ep. XVIII. *Idem . De Pantomimo .*

Mascula femineo derivans pectora flexu,  
 Atque aptans lentum sexum ad utrumque latus,  
 Ingressus scenam populum saltator adorat,  
 Sollerti pender prodere verba manu .  
 Nam cum grata chorus diffundit cantica dulcis,  
 Quæ resonat cantor, motibus ipse probat .  
 Pugnat, ludit, amat, bacchatur, vertitur, adstat,  
 Inlustrat verum, cuncta decore replet .  
 Tot linguæ, quot membra viro . mirabilis ars est,  
 Quæ facit articulos ore silente loqui .

Ep. XIX. *Idem . De Funambulo .*

Stuppea suppositis renduntur vincula lignis,  
 Quæ fido adscendit docta inventa gradu :  
 Quæ super aerius prætendit crura viator,  
 Vixque avibus facili tramite currir homo .  
 Brachia distendens gressum per inane gubernat :  
 Ne lapsa e gracili planta rudente cadar .  
 Dædalus adstruitur terras mutasse voiatu,  
 Et medium pennis prosecuisse diem :  
 Præsentis exemplo firmatur fabula mendax .  
 Ecce hominis cursus funis & aura ferunt .

Ep. XX. *Idem . De Funambulo .*

• Vidi hominem pendere cum via, cui lator erat  
 Planta quam semita .

Ep. XXI. *Idem . De Citharædo .*

Musica contingens subtili stamina pulsu  
 Ingreditur, vulgi auribus ut placeat .  
 Stat tactu cantuque potens, cui brachia linguæ  
 Concordant sensu conciliata pari .  
 Nam jura æquali amborum moderamine iibrar,  
 Atque oris locias temperar arte manus :  
 Ut dubium tibi sit gemina dulcedine capto,  
 Vox utrumne canat, an lyta sola sonet .

Ep. XXII. *Idem . De Eodem .*

Doctus Apollineo disponere carmina plectro,  
 Gaudet multifidam pectore ferre chelyn .  
 Quam mox linguato decurrens pollice cogit,  
 Humanum ut posset chorda canora loqui .  
 Amphion cithara Thebarum mœnia sepsit,  
 Aurita ad muros currere saxa docens .  
 Nec minus hac valuit reparator conjugis Orpheus,  
 Impia cum flexit Tattara dulcis amor .  
 Ars laudanda nimis, cujus moderamine sacro  
 Unum ex diversis vox digitique canunt .

Ep. XXIII. *Idem . De Basterna .*

Aurea matronas claudit Basterna pudicas,  
 Quæ radians patulum gestat utrimque latus .

Hanc geminus portat duplici sub robore burdo,  
 Provehit & modico pendula septa gradu .  
 Provisum est caute, ne per ioca publica pergens  
 Fuscetur visis casta matrona viris .

Ep. XXIV. *Idem . De Pyrricha .*

In spatio Veneris simulantur prælia Martis,  
 Cum sese adversum sexus uterque venit .  
 Femineam maribus nam confert Pyrricha classem,  
 Et velut in morem militis arma movet .  
 Quæ tamen haud ullo chalybis sunt testæ rigore,  
 Sed solum reddunt buxea tela sonum .  
 Sic alterna petunt jaculis, clypeisque teguntur ;  
 Nec sibi congressu vir nocet aut mulier .  
 Lusus habet pugnam, sed habent certamina pacem :  
 Nam remeare jubetur organa blanda pares .

Ep. XXV. *Idem . De Eo qui molat .*

Cum possis parvo sumtu conducere asellum,  
 Qui soleat teretes volvere rite molas .  
 Cur nummi cupidus sic te contemnis, amice,  
 Ut cupias duro subdere colla jugo ?  
 Linque precor gyros, poteris, pistore ministro,  
 Candentis quadræ munus habere sedens .  
 Per te namque terens, Cereris pariere labores,  
 Quos quærens natam pertulit ipsa Ceres .

Ep. XXVI. *Idem . De equa Philagri Advocati, insul.  
 ratio pro Concubitu .*

Causidicus pauper media sub nocte lucubrans  
 Cornipedis voluit terga fricare suæ .  
 Sed cum corpus equæ dextra famulante titiller,  
 Invasit juvenem prodigiosa Venus .  
 Nam qua longa solet \* quadrupia carpere sessor,  
 Subducens duræ pendula crura viæ :  
 Hanc fover amplexu molitor, caudamque caballæ  
 Aderit adsiduo pene fututor hebes .  
 Concubitus Cressa legitur quæsisse juveni,  
 Quam gravis ira Deæ iussit amare pecus .  
 Par crimen flammis nostris fors intulit annis,  
 Pasiphae tauro, Philager arsit equa .

Ep. XXVII. *Idem . Aliter . De eodem .*

Defensor probe trillium reorum,  
 Cujus voce factum tonat tribunal,  
 Et palmas capiunt lares nitentes .  
 Cur post atla fori, togæque pompam,  
 Gaudens monstrifero calere luxu,  
 Vectricis propriæ furens in usus,  
 Fessæ cornipedis fricas meatum,  
 Verso & munere dignitatis, optas  
 Admissarius esse, quam patronus ?  
 Expellas animo nimis, rogamus,  
 Mores inlicite libidinantes .  
 Horrendum vitium est in advocato,  
 Orando folirum movere caulas,  
 Subantis pecudis tenere gambas .



Ep. XXVIII. *Idem. De Discipulo Medici.*

Discipulum medicus quidam suscepit adultum,  
 Traderet ut juveni dogma salutiferum:  
 Qui primo ut jussum nosset tolerare magistri,  
 Publica selliferum per loca duxit equum.  
 Artis prolixæ breviavit tempora doctor,  
 Incepto puerum reddidit Hippocratem.

Ep. XXIX. *Idem. De Electione Conjugii. Imitatio Scholastica.*

Moribus & vultu mulier quæratu habenda.  
 Horrida nam facies multo celatur ab auro.  
 Si quis erit sponsus, talem qui ducat avarus,  
 Ipse suam horrebit; feriras dissolvit amorem.  
 Illa calens venier, dorsum dabit iste caletri,  
 Cogeturque suo furas submittere asello,  
 Concubitu turpi monstrum paritura biforme,  
 Quemque suum mulier timeat pertingere natum.  
 Discite, formosas aurum superare puellas.

Ep. XXX. *Idem. Votum. de Amore.*

Sic tua sit, quamcumque tuam vis esse puellam,  
 Sic, quamcumque voles, mutuus ignis edat:  
 Sic numquam dulci careant tua pectora flamma:  
 Et sic læsuro semper amore vacent.

Ep. XXXI. *Idem. Quod non severa carmina scribat.*

Jam libet ad lusus, lascivaque furta reverti.  
 Ludere, Musa, juvat. Musa severa vale.  
 Nunc mihi narretur timidis Arethusa capillis,  
 Nunc adstricta comas, nunc resoluta comas:  
 Et modo nocturno pulsans mea limina signo,  
 Intrepidus tenebris ponere docta pedes.  
 Nunc collo molles circum diffusa lacertos,  
 Et hæctar niveum semisupina latus.  
 Iuque modos omnes dulces imitata tabellas  
 Transeat, & lecto pendeat illa meo.  
 Nec possit quidquam, sed me quoque nequior ipso,  
 Exulet toto non requieta toto.  
 Non deerit, Priamum qui desinat, Hæctora narret.  
 Ludere, Musa, juvat. Musa severa vale.

Ep. XXXII. *Idem. Excusatio severioris materie.*

Esse tibi videor demens, quod carmina nolim  
 Scribere, patricio digna supercilio:  
 Quod Telamoniaden non æquo iudice victum  
 Præteream, & pugnas, Penthesilea, tuas.  
 Quod non aut magni scribam primordia mundi,  
 Aut Pelopis currus, aut Diomidis equos.  
 Aut ut Achilleis infelix Troja lacertis  
 Quassata, Hæstoreo vulnere conciderit.  
 Vos mare tentetis, vos deris lintea ventis.  
 Me vehat in tutos parva carina lacus.

Ep. XXXIII. *Idem.*

Insanus vobis videor, nec deprecor ipse,  
 Quo minus hoc videat, cur tamen hoc videor,  
 Dicite nunc: quod semper amas, quod semper amasti:

Hic furor, hic, Superi, sit mihi perpetuus!

Ep. XXXIV. *Idem. de Ea, quam amat.*

Quædam me, si credis, amat. sed diffilit, ardet,  
 Non sic, non leviter: sed perit, & moritur.  
 Dum fugiet, gratis quædam simul atque rogabit.  
 Ostendam, quam non semper amatus amem.

Ep. XXXV. *Idem. Ad Gallam.*

Juratum tibi me cogis promittere, Galla,  
 Ne narrem. jura rursus & ipsa mihi.  
 Ne cui tu dicas, (nimium est lex dura) remittam,  
 Præterquam, si vis dicere, Galla, viro.

Ep. XXXVI. *Idem. De Diffidio, ad Deliam.*

Nescio quo stimulante malo pia sædera rupi:  
 Non capiunt vires crimina tanta meæ.  
 Instat, & stimulis ardentibus impulit actum,  
 Sive fuit Fatum, seu fuit ille Deus.  
 Arguimus quid vana Deos? vis, Delia, verum?  
 Qui tibi me dederat, idem & ademit Amor.

Ep. XXXVII. *Idem. Lusus Amatorius.*

Sic me custodi, Cosconia: neve ligata  
 Vincula sint nimium, neve soluta nimis.  
 Effugiam laxata nimis: nimis aspera rumpam.  
 Sed neutrum faciam, commoda si fueris.

Ep. XXXVIII. *Idem in Munditias.*

Semper munditias, semper, Basilissa, decores,  
 Semper compositas arte decente comas;  
 Et comtos semper cultus, unguentaque semper,  
 Omnia sollicita comta videre manu,  
 Non amo. neglectum mihi se quæ comit amica,  
 Hæc & inornata simplicitate valet.  
 Vincula nec cures capitis discussa soluti:  
 Et coram faciem mel habet illa suum.  
 Fingere se semper, non est confidere amori.  
 Quid, quod sæpe decor, cum prohibetur, adest?

Ep. XXXIX. *Idem. In Recusantem.*

Ante dies multos, nisi te, Basilissa, rogavi:  
 Et nisi præmonui, te dare posse negas.  
 Ut subito crevere, soleut ex tempore multæ,  
 Quam scriptæ, melius cedere deliciæ.

Ep. XL. *Idem.*

Cur differs, mea lux, rogata, semper?  
 Cur longam petis advocationem?  
 Primum hoc artificis scelus puellæ est.  
 Dein' est difficile & laboriosum  
 In tentigine tam diu morari.  
 Nil est præterea puella, nil est.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Ep. LII. *Idem. Ad Deliam.*

Si Phœbi soror es, mando tibi, Delia, caussam,  
 Scilicet ut fratti, quæ peto, verba feras:  
 Marmore sicano struxi tibi, Delphice, templum.  
 Et levibus calamis candida verba dedi.  
 Nunc si nos audis, atque es divinus Apollo,  
 Dic mihi, qui nummos non habet, unde petat?

Ep. LIII. *Idem. De Hesperie Fascia.*

Hoc sibi lusit opus de stamine floricolore  
 Hesperie renetas officiosa manus.  
 Et pulchro pulchras strophio producta papillas,  
 Gaudet utrumque sui pectoris esse decus.

Ep. LIV. *Idem.*

Hesperie lateri redimicula nectit eburno,  
 Facta suis manibus, pectore digna suo.  
 Jam veteres iras Venus & Tritonia ponit:  
 Pectora nam Veneris Palladis ambit opus.

Ep. LV. *Idem.*

Intertexta rosa Tyrîi subtemine fuci  
 Involver quoties mobile zona latus:  
 Ambrosium gemino porabit ab ubere rorem,  
 Et vere toseo fiet odore tosa.

Ep. LVI. *Idem. Ad Laidem.*

Formosissima, Lai, feminarum,  
 Dum noctis pretium tuæ requiro,  
 Magnum continuo petis talentum:  
 Tanti non emo, Lai, pœnitere.

Ep. LVII. *Idem. Ad Juliam.*

Me nive candenti petiit modo Julia: rebar  
 Igne carere nivem, nix tamen ignis erat.  
 Quid nive frigidius? nostrum tamen utete pectus  
 Nix potuit manibus, Julia, missa tuis.  
 Quis locus insidiis dabitur mihi tutus amoris,  
 Frigote concreta si later ignis aqua?  
 Julia, sola potes nostras extinguere flammæ,  
 Non nive, non glacie; sed potes igne pari.

Ep. LVIII. *Idem. Ad Lydiam.*

Lydia, bella puella, candida,  
 Quæ bene superas lac & lilium,  
 Albamque simul rosam rubidam,  
 Aut expolitum ebur Indicum.  
 Pande, puella, pande capillulos  
 Flavos, lucentes ut aurum nitidum.  
 Pande puella collum candidum,  
 Productum bene candidis humeris.  
 Pande puella stellatos oculos,  
 Flexaque super nigra cilia.  
 Pande puella genas roseas,  
 Perfusas rubro purpuræ Tyriæ.  
 Porriges labra, labra corallina,

Da columbatim mitia basia.  
 Quid mihi fugis vivum sanguinem?  
 Conde papillas, conde gemipomas,  
 Compresso lacte que modo pullulant.  
 Sinus expansa profert cinnama:  
 Undique surgunt ex te deliciæ.  
 Conde papillas, quæ me fauciant  
 Candore, & luxu nivei pectoris.  
 Sæva, non cernis, quod ego languo?  
 Sic me destituis jam semimortuum?

Ep. LIX. *Idem. Ad quamdam virifugam.*

Pulchrior & nivei quum sit tibi forma coloris,  
 Cuncta pudiciæ jura tenere cupis.  
 Mirandum est, quali naturam lege gubernes:  
 Moribus ut Pallas, corpore Cypris eas.  
 Te neque conjugii libet excepisse levamen,  
 Sæpius exoptans nolle videre mares.  
 Hæc tamen est animo quamvis odiosa voluptas,  
 Numquid non mulier, quam paris, esse potes?

Ep. LX. *Idem. De cretata Sertoriae facie.*

Dum sumit cretam in faciem Sertoria, cretam  
 Perdidit illa simul, perdidit & faciem.

Ep. LXI. *Idem. De Pueri Amore.*

Quid sævis, Sybari? domiti modo terga juvenci  
 Quid premis, & tenerum currere cogis equum?  
 Dum stupet, ac novus est, & adhuc non novit amorem,  
 Parce: premendus erit, cum veteranus erit.

Ep. LXII. *Idem. De Pueri amato.*

O factos vultus, Baccho vel Apolline dignos!  
 Quos vir, quos tuto femina nulla videt.  
 O digitos, quales pueri vel virginis esse,  
 Vel potius credas virginis esse Deæ.  
 Felix, si qua tuum corrodit femina collum.  
 Felix, quæ labris livida labra facit.  
 Quæque puella tuo cum pectore pectora ponit:  
 Et linguam tenero lassat in ore suam.

Ep. LXIII. *Idem. Pasiphae Fabula ex omnibus  
 metris Horatianis.*

Filia Solis  
 Æstuat igne novo,  
 Et per prata juvencum,  
 Mentem perdita, quæritat.  
 Non lilam thalami pudor arcet,  
 Non regalis honos, non magni cura mariti.  
 Optat in formam bovis  
 Convertier vultus suos:  
 Et Prætides dicit beatas;  
 Ioque laudat; non quod Isis alta est,  
 Sed quod juvenca cornua in frontem levar.  
 Si quando miseræ copia suppetit,  
 Brachiis ambit fera colla tauri,  
 Floresque vernos floribus illigat,  
 Oraque iungere quærit ori.  
 Audaces animos efficiunt tela Cupidinis:  
 Inlicitisque gaudet



Corpus includi stabulis, se faciens juvencam.  
Et amoris pudibundi malefuadis  
Obsequitur votis, & procreat (heu nefas!) bimembrem,  
Cecropidæ juvenis quem perculit fractum manus,  
Filo resolvens Gnosæ tristia recta domus.

Ep. LXIV. *Idem. De Marco filium amante.*

Marcus amans puetum, natum mentitur amare,  
Vultque pater dici, nescius esse pater.  
Et pietate nefas, & amorem velat amore;  
Se pietas umbram criminis esse dolet.  
Nate, dies audit: nox & torus audit, Amice;  
Et pro temporibus nomina mutat amor.  
Stolte, quid ignaro non dicit Cintia fratti?  
Ne credas noctis digna latere diem.  
Qui pater est, huic filius est. a lumine primo  
Filius, a thalamis incipit esse puer.

Ep. LXV. *De Venere Praxitelis.*

Praxitelis Venerem lapidosa per oscula multi  
Stuprarunt: quin sub marmore viva fuit.  
At mirum hos gelido e saxo prodisse calores?  
Mitare exultos lampade Solis agros.

Ep. LXVI. *Idem. Ad Aquilam.*

Mitte aquila, hunc puerum: mitte, inquam, si sapias; inquam,  
Aut tibi per medium missile corpus agam.  
Non mittis? sed non moveor stridoribus ullis.  
Quid gemis? at culpæ est, ingemis? auctor Amor.  
Mirus Amor si credibilis volucrisque hominisque;  
Sed quantum, oro, homini convenit & volucris?  
Et si remigio alarum rostroque superba es,  
O, aquila, ast omni est alite major homo.  
Naturam accusa, quæ corpus pectore dispar;  
At qui dat dispar corpore pectus Amor.  
Quidquid formosum est, penetrat, trahit, adripit ad se.  
Nempe est de Veneris sanguine natus Amor.

Ep. LXVII. *Idem. De Columbarum nido in galea.*

Militis in galea nidum fecere columbæ,  
Adparet, Marti quam fit amica Venus.

Ep. LXVIII. *Idem. In Imaginem puellæ formosæ.*

Cernitur hic, quidquid potuit Natura, Deusque,  
Delicias cæli parva puella gerit.

Ep. LXIX. *Idem. In Imaginem puellæ.*

Subrides si Virgo, faces jacularis ocellis,  
Et tua nescio quo murmure labra sonant:  
Cur non ora mihi jamdudum in verba resolvis?  
\* \* \*

Ep. LXX. *Gellius Lib. XIX. Cap. XI. Ex Platone.*

Dum semihulco favio  
Meum puellum favior:  
Dulcemque florem spiritus  
Duco ex aperto tramite:

Anima tunc ægra, & faucia,  
Orisque rictum pervium,  
Et labra pueri mollia,  
Rimata itineri transitus,  
Ut transiliret, nititur.  
Tum si moræ quid plusculæ  
Fuisset in coitu osculi:  
Amoris igni percita  
Transisset, & me linqueret.  
Et mira prorsum res foret,  
Ut ad me fierem mortuus:  
Ad puerum ut intus viverem.

Ep. LXXI. *Burmannus. In Eumdem.*

Cascom Cascam duxisse, non mirabile est.  
Quoniam Charon eas faciebat nuptias.

Ep. LXXII. *Idem. Sulpiciæ.*

\* \* \*  
Ne me cadurcis destitutam fasciis,  
Nudam Caleno concubantem proferat.  
\* \* \*

Ep. LXXIII. *Idem. Epithalamium.*

Ite, verecundo conjungite fœdera lecto,  
Atque Cupidineos discite ferre jocos.  
Concordesque tegat cum majestate benigna,  
Quæ regit Idalium, quæ Cnidon alma regit.  
Adliger amplexus tenerorum mater amorum,  
Constituatur patres, & cito reddat avos.

Ep. LXXIV. *Idem. De Ursidio.*

Cogitat Ursidius sibi dote jugare puellam,  
Ut placeat domino, cogitar Ursidius.  
Cogitar Ursidius heredem tollere parvum,  
Ut placeat domino, cogitar Ursidius.  
Cogitat Ursidius domino quacumque placere,  
Virgine vel puero, quam sapit Ursidius!

Ep. LXXV. *Idem. In Flaviam Rufillam, puellam formosam.*

Quid natum cædit Venus? arcum perdidit. Arcum  
Quis rapuit? Thusco Flavia nata solo.  
Qui factum? Petit hæc, dedit hic. nam lumine formæ  
Deceptus, Matri se dare crediderat.

Ep. LXXVI. *Idem. Ad Sabellum.*

Hortis Hesperidum, Sabelle, cultis  
Nostræ cultior hortus est puellæ:  
Mirari, o bone, desinas, Sabelle,  
Hortorum Deus ipse nam Priapus  
Cunctis hunc fodit & rigat diebus.

Ep. LXXVII. *Idem. Floridi.*

Quando ponebam novellas arbores mali & piri,  
Cortici summæ notavi nomen ardoris mei.  
Nulli fit exinde finis vel quies cupidinis.



Crescit arbor, gliscit ardor, ramus implet literas.

Ep. LXXVIII. *Idem. De Theide & Melas.*

Me mihi subripuit contraria flamma sororum,  
Pulchra Theis oculis, ore nigella Melas.  
Ore Melas, oculisque Theis, placuere subinde:  
Pulchra Theis oculis, ore nigella Melas.  
Sed dum nigra Melas, ridet sine voce sotorem,  
Despectam Theidis forma facitque Melam.  
Me mihi restituit contraria flamma sororum,  
Pulchra Theis oculis, ore nigella Melas.

Ep. LXXIX. *Idem. In Statuam Satyri & Pueri.*

Blanditur puero Satyrus vultuque manuque,  
Nolenti similis retrahit ora puer.  
Quem non commoveant quamvis de marmore ? fundit  
Pæne preces Satyrus, pæne puer lacrimas.

Ep. LXXX. *Idem. In puerum formosum, ad-  
tribuitur Virgilio, item Alfonso.*

Dum dubitat Natura, marem faceretne puellam,  
Factus es, o pulcher pæne puella puer.

Ep. LXXXI. *Idem. Eiusdem Argumenti.*

Seu puerum vidi formosum, sive puellam  
Formosam, sit uter sexus enim dubito.  
Inter utrumque decus formæ dubitare coactus,  
Contra Grammaticos ne faciam, vereor.  
Sin pulcher, seu pulchra mihi dicatur, & errem,  
Musa soloecismi nostra futura rea est.

Ep. LXXXII. *Idem. In Nisum.*

Pars tibi, Nise, datur Bacchi, pars deinde negatur,  
Esse potes liber, non potes esse pater.

Ep. LXXXIII. *Idem. In Julianum castratum.*

Virginis infano Julianus captus amore  
Femina fit cultu, dissimulatque virum:  
Et sic indutus muliebriter, intrat ad illam.  
Res patet: abscindit membra pudenda pater.  
Femina virque prius, nec vir nec femina nunc est:  
Fit neutrum, credi femina dum voluit.

Ep. LXXXIII. *Idem. Senis Poete ad Puellam.*

Candida jam nostris aptentur crura lacertis,  
Suspendo maneat poplite noster amor.  
Lusibus optatis noctis luctemur in umbris,  
Pervigiles lauder jam rubicunda dies.  
Fulgidus ardenti jungatur saphyrus auro,  
Floribus in thalamos cincta cupressus eat.  
Exsultent nostro magnæ certamine Nymphæ,  
Tactibus exsultes tuque puella meis.

Ep. LXXXIV. *Idem. Puellæ responsio.*

Conspicuam primum speciem quam fata beatu nt,  
Desine pompifero tu violare thoro:  
Ah si ut albiplumbeum valeat calcare columbam  
Inter tot niveas rustica milvus aves:

Nec rubeis cardus succrescat jure rosetis,  
Lilia nec campis vana cicuta premat:  
Nec miser eximæ cervæ jungatur asellus,  
Quem stimulis crebris sarcina sæva domat.

Ep. LXXXV. *Idem. In Senectutem Amori inertem.*

Utilis es nulli, cunctis ingrata, senectus,  
Te Stygio peperit cana Megæra Deo.  
Nil adeo firmum est, quod non tua robora frangant,  
Arma, stilos, chartas, saxa, metalla, deos.  
Carmina vivaci membranis illita succo  
Armorum serie debilitata cadunt.  
Ipsa, mihi pugnas quæ necere mille solebat,  
Æquales inter maxima dicta suas;  
Numquam suera nisi jugulato cedere ah hoste,  
Inque imis mortes quærere visceribus;  
Virgineis ambita choris, adamata puellis,  
Quamque hostes etiam caram habuere sui;  
Illa caput roseum florenti laudice cincta,  
Languida cæruleo mentula victa situ est.

Ep. LXXXVI. *Idem. De Cythere.*

Forte erat Auroræ tempus, Solisque quadriga  
Fecerat & ventum & sonitum per nobile marmor  
Adstantis putei; cum te, mea bella Cythere,  
Agnosco venientem, & tu mea limina grato  
Introitu dignara, rosas & lenis amomi  
Delicias miras tecum adlicis, unde secutæ  
Palladis & frondes, nulliusque inscia laurus.  
Atria nostra virent, & agunt in limine primo  
Radice platani, ad portam venir arbutus ipsam:  
Felix multa arbor, imitans miracula Pindi,  
Quam non delebit livor, nec læra vetustas.  
O jucunda nimis, tenui quæ visa poetæ,  
Dum credis vitium non auscultare Camænis.

Ep. LXXXVII. *Idem. De Die frigida.*

Sint tibi deliciae, sint vilis prandia mensæ,  
Munera post Bacchi sit tibi pulchra Venus.  
Vincere nec libeat villosa veste rigorem,  
Sed jungat calidum servida virgo latus.

Ep. LXXXVIII. *Idem. Verba Amatoris ad  
Pictorem.*

Pinge, precor, pictor, tali candore puellam,  
Qualem pinxit amor, qualem meus ignis anhelat.  
Nil pingendo neget, tegat omnia serica vestis,  
Quæ totum prodat tenui velamine corpus.  
Te quoque pulsat amor, cruciant pigmenta medullas,  
Si bonus es pictor, miseri suspiria pinge.

Ep. LXXXIX. *Idem. Amans Amanti.*

Dic, quid agis, formosa Venus, si nescis amanti  
Ferre vicem, perit omne decus, dum deperit æras.  
Marcent post rorem violæ, rosa perdit odorem,  
Lilia post vernum posito candore liquecunt.  
Hæc metnas exempla, precor, tu semper amanti  
Redde vicem, quia semper amat, qui semper amatur.

Ep.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Ep. CIV. *Idem.*

Agnovi. verè venit mihi voeis imago.  
Blandior arguta tinnit in aure sonus.

Ne cessate, precor, longos gestare susurros.  
Dum loquor, hæc jam vos obticuisse \* si curas.

Ep. CV. *Idem. Postulatio muneris.*

Sic tibi florentes æquævo germine nati  
Indolis æternæ sidere, celsa petant:  
Sic priscos vincant atavos, clarosque parentes  
Exsuperent meritis, seclaque longa gerant:  
Sic sobolis numerum transcendat turba nepotum,  
Nobilibusque riges gaudia tanta roris:  
Ne sterilem præstes indigno munere mulam,  
Utque soles, largus carmina nostra fove:  
Imperiis ut nostra tuis servire Thalia  
Possit, & in melius personet icæta chelys.

Ep. CVI. *Burmannus. De Ludi Magistro.*

Indoctus teneram suscepit Calculo pubem,  
Quam cogat primas discere litterulas.  
Sed quum discipulos nullo terrore coercet,  
Et serulis culpas tollere cessat iners:  
Projectis pueti tabulis Floralia ludunt.  
Jam nomen ludi rite magister habet.

Ep. CVII. *Idem.*

Uni Crassitio se credere Smyrna probavit.  
Desinare indocti conjugio hanc petere.  
Soli Crassitio se dixit nubere velle,  
Intima cui soli nota sua extiterint.

Ep. CVIII. *Scaliger.*

Tarpeio quondam sedit quæ vertice cornix,  
Est bene, non potuit dicere: dixit, erit.

Ep. CIX. *Bonada.*

Tibur mihi patria, Agricola sum vocitatus,  
Flavius idem ego sum discumbens, ut me videtis,  
Sic & apud superos annis quibus fata dedere  
Animulam colui, nec desuit umquam Lyæus,  
Præcessitque prior primitiva gratissima conjux  
Flavia, & ipsa cultrix Dææ Phariæ, casta,  
Sedulaque, & forma decote repleta,  
Cum qua ter denos dulcissimos egerim annos.  
Solatiumque sui generis Aurelium primitivum  
Tradidit, qui pietate sua coleret fastigia nostra,  
Hospitiumque mihi secure servavit in ævum.  
Amici, qui legitis, moneo, miscete Lyæum,  
Et porate procul redimiti tempora flore.  
Cetera post obitum terra consumit & ignis.

Ep. CX. *Idem.*


Doctibus jacet hic is, qui, dum vita manebat,  
Non meruit dici Vivulus, at Bibulus.  
Namque videns rumidos per tot vineta racemos,  
Omnia potipotens vina verusta bibit.  
Grandine plus solito grandi vindemia siccis  
Exhaustisque cadis tota & ubique cadit.  
Vivulus exclamans: Misero spes ergo bibendi  
Omnis adempta mihi? sit mea vita mori.  
Et vere moriens hæc verba novissima dixit,  
Malo mori nunc, quam vivere, nec bibere.

Ep. CXI. *Idem.*

Vixi, edi, atque bibis lurco merus atque popino.  
Hæc mihi quot curis vita peracta fuit!  
Qui legis hæc. divæ bona verba precare Vacunæ,  
Nunc saltem vacuo donet ut esse mihi.

Ep. CXII. *Idem.*

Hospes, ad hunc tumulum ne meas, ossa precantur,  
Tecta hominis. sed si gratus humo es,  
Misce, bibe, da mi.





# CLASSIS DECIMA

CONTINENS EPIGRAMMATA ET FRAGMENTA MISCELLANEA  
CUM INDICIIS AUCTORUM REFERENTIUM.

Ep. I. *Bonade.*



Arva quidem monumenta tibi pro munere vitæ

Fecimus, & tumulo teximus ossa levi.  
Sed quoniam tacitis adsunt sua præmia votis,

Testatur titulus pignus amicitiae.  
Si datur extinctis mentem retinere priorem.

Respice, Birroni, munus amicitiae.

Ep. II. *Idem.*

Monumentum absolvi sumptu & impensa mea,  
Amica tellus ut det hospitium ossibus:  
Quod omnes optant, sed felices impetrant.  
Namque quid egregium, quidve cupiendum est magis,  
Quam, libertatis ubi tu lucem acceperis,  
Fesse senectæ spiritum ibi deponere.  
Quod innocentis argumentum est maximum.

Ep. III. *Idem.*

Sic tibi præterito redeat felicior annus,  
Longæva & facili vita regatur ope:  
Nec duræ mortis sacraros lauere manes,  
Ecce monent leges & levis umbra rogi.

Ep. IV. *Idem.*

Cæsius Æquidicus jam centum clauserat annos,  
Felicis annos tot tulit hora brevis.

Ep. V. *Idem.*

Siste gradum, fugiat quamvis brevis hora, viator:  
Sic sati nullus te dolor exanimet.  
Lesbia, quam tulerat tellus pulcherrima Tarsis,  
Indicio sit amor totius Hesperiae.  
Quam ereptam terris pia numina subtraxerunt,  
Hanc sibi sola domum corpore constituit.

Ep. VI. *Idem.*

Sint licet exiguae fugientia tempora vitæ,  
Parvaque raptorum cito transeat hora dierum;  
Mergat & Elysiis mortalia corpora terris  
Assidue rapto Lachæus male conscia penso.

Ep. VII. *Idem.*

Ut perferantur, si qua sunt, ad inferos,  
Date terræ fructum, ut terra possit reddere.  
Ab alio speres, alteri quod feceris.

Ep. VIII. *Idem.*

Manlius hic situs est Montanus raptus iniqua,  
Femineaque manu. insperans incidit ætas.  
Fas erat, ut potius natus pia sonera nobis  
Penderet, & dignos coleret manesque patresque;  
Si fortuna pie servasset vota parentum.

Ep. IX. *Idem.*

Hoc, qui scire cupis, jaceant quæ membra sepulcro,  
Dilces, dum relegas hos modo versiculos.

Ep. X. *Idem.*

Sponte fui pauper, tam re quam nomine Felix:  
Quæsi nomen, quærat avarus opes.

Ep. XI. *Idem.*

Molliter ossa cubent, dicat, rogo, quisque viator:  
Sic tibi defuncto dicere Dii jubeant.

Ep. XII. *Idem.*

De Genitore mihi domus Umbria, de Genitrice  
Ostia: Tybris ibi vitreus, Nar hic cluit albus.  
Ille ego, qui vixi bis deno Circile Solis  
Flore genas tenero vernans, & robore pollens,  
Miles eram, sum deinde cinis de milite factus.  
Nec solum hoc, quia me tapuit, Fatum male fecit,  
Quod pater & mater planguant, hoc plus male fecit,  
Hac luce si excessi, spes & fortuna valete,  
Nil amplius in me vobis per secula licebit.  
Quod fuerat vestrum, amisi: quod erat meum, hic est.

Ep. XIII. *Idem.*

O tu, qui multas hospes iustraveris urbes,  
Dic, quo vidisti steminata plura loco.

Ep. XIV. *Idem.*

Infelix annosa viro natæque superstes.



Ep. XV. *Idem.*

Selustus olim latices Parrizque negatos  
Restituit populis Tiro Flaviolus amore.

Ep. XVI. *Idem.*

Hic Lapis est unus, dic nunc, qua est arte locatus,  
Si nunc sunt bini, dic, ubi contigui?

Ep. XVII. *Idem.*

Stallius Gajus has sedes Hauranus tuetur  
Ex Epicurejo gaudivigente Choro.

Ep. XVIII. *Idem. Canis.*

Gailia me genuit. nomen mihi divitis undæ  
Concha dedit, formæ nominis aprus honos.  
Dæsti per incertas audax discurrere silvas,  
Collibus hirsuras atque agitare feras.  
Non gravibus v. n. n. n. unquam consueta teneri,  
Verbera nec niveo corpore seva pari.  
Molli namque sine Domini Dominæque jacebam,  
Et noram in strato lassa cubate toro.  
Et plus quam licuit in isto canis ore loquebar,  
Nulli latrans perimuerere meos.  
Sed jam fara subii partu jactata sinistro,  
Quam nunc sub parvo marmore terra tegit.

Ep. XIX. *Idem. Canis.*

Quod potui, posui tibi, fida catella, sepulcrum,  
Digna magis cæli munere quam tumuli.  
Candenri e lapide hæc tibi convenit urna, fuisti  
Candida tota pilo, candida tota fide.  
Si Cæla. n. ut quondam, canibus patet, haud tua terras  
Incendet, sed ver stella perenne dabit.

Ep. XX. *Idem. Avis.*

Hic sita sum varios avium perfingere cantus,  
Docta avis e Siculo præda petita sinu.  
Nuper herum studiis fessum curisque lavabam,  
Nunc manes blandis mulceo rapta sonis.

Ep. XXI. *Idem. Dis avibus. Lusina Philumene  
ex Aviatio Domitiorum.*

Selestæ versicolori pulcerimæ eantrici,  
Suavissime omnibus grâtiis ad digitum pipillanti,  
In poculo murrhino caput abluenti,  
Infeliciter submersæ. Heu misella,  
Avicula. Hinc inde volitabas tota  
Garua. tota festiva. Latitas modo  
Inter pulla Leprynis loculamenta  
Implumis, frigidula, clausi. ocellis.  
Licinia Filumena deliciæ suæ,  
Quam in sinu pastillis alebar  
In proprio cubiculo, alumna carissimæ.

Ep. XXII. *Idem.*

Ave avis jucundissima, quæ mihi volans  
Obvia personans rostellis Salve  
Toties cecinisti, cave avis avia averna.

Ep. XXIII. *Idem.*

In cavea picta saltans quæ dulce canebat,  
Muta tenebrosa nunc jacet in cavea.

Ep. XXIV. *Idem.*

Papilio volitans texto religatus aranæ est.  
Ille præda repens, huic data mors subita est.

Ep. XXV. *Laedita apud Franciscum Xaverium Zb  
ladam, Patrium Murcesem, Præfulem Roma-  
num, XII. Virum stitibus judicandis.*

Quamdiu vixi, quæsi, nec cessavi perdere semper,  
Mors supervenit, quæ facie, ut ao utroque vacem.

Ep. XXV. *In Diff. Epist. Paschalis Caryophili de  
Thermis Herculanis nuper in Dicia detectis.*

Hanc. Sedem. Longo. Placuit Sacrare. Labori.  
Hanc. Requiem. Fe. Is. G. n. 21a. Conderet. Artus  
Ulpus. Emeritis. Longævi. Meritis. Annis.  
Ipse. Suo. Curam. Titulo. Dedit. Ipse. Sepulcro.  
Arbiter. Hospitium. Membris. Fatoque. Patavit.

Ep. XXVI. *Ex Syntagmate III. Cap. IV. pag. 84  
Pauli Ernesti Jablonski, de Memnone Græco-  
rum & Ægyptiorum.*

Horam cum primam, cumque  
Horam Solis secundam  
Plorato Oceano lumnat,  
Alma dies,  
Vox audita mihi est  
Bene Memnonia.

Ep. XXVII. *Ex Gabrielis Matie Guastatii Camo-  
dulensis Monachi Opere: Conferma e Difesa del  
Parere sopra il Rubicone degli Antichi,  
T. I. della nuova Raccolta Calogeriana.*

Si meritis possem dare munera tantum,  
Quantum tibi debentur præmia laudis,  
Aureus hic titulus & littera nominis auro  
Condecorara legi debet tam simolice vitæ,  
Quæ Superis semper tam grata fuisti,  
Inter securas sine crimine vitæ  
Sit pro . . . . .  
Et super H. C. sit tibi terra levis.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



ANTHOLOGIA  
CORNIFICII EX GLAUCO.

*Macrob. Sat. Lib. VI. Cap. V.*

Centauros fœdare bibembres,  
Caprigenunisque pecus nullo custode per herbas.

EX LOCO INCERTO.

*Macrob. Sat. Lib. VI. Cap. IV.*

Deducta mihi voce garrienti.

*Servius ad Virgil. Georgic. Lib. I. V. v. LV.*

Ut folia quæ frugibus arhoreis tegmina gignuntur.

CORNUTI EX SATYRA.

*Fulgensius de Prisco Sermone, in Titivillitium.*

Titivillitii sat cedo tibi.

HOSTII DE BELLO HISTRICO LIB. I.

*Servius ad Virg. Æneid. XII. V. CXXII.*

Percutir, atque hastam pilans præ pondere frangit.

Sententia præsto pecore pilata.

LÆVII, seu LÆLII.

*Apul. Apolog.*

Philtera omnia undique eruunt,  
Antipathes illud quæritur,  
Trochiscili, ungues, teniæ,  
Radiculæ, herbæ, furculi,  
Aureæ ilices, bichordilæ,  
Hinnientium dulcedines.

I L I I.

*Theutrante.*

Flammeam per æthram alte fervidam ferri facem.

L A T I N A

C. G R A N I I.

*Peliadibus.*

Sonat impulsâ regia cardo.

MEMORIS, al. MEMMII.

*Hercule.*

Ferte suppetias optimi comites.

C. JULII CÆSARIS STRABONIS.

*Adrasto.*

Cum capita viridi lauro velare imperant  
Prophetæ, sancta calle qui purant facta.

SEMPRONII GRACCHI.

*Thyeste.*

Mersit sequentis humidam plantis humum.

*Atalanta.*

O grata cardo regium egressum indicans.

RUTILII GEMINI.

*Astyanactæ.*

Melius fuggundarium misero quæteres, quam sepulchrum.

INCERTORUM TRAGICORUM  
FRAGMENTA.

*Cicer. de Offic. Lib. III.*

Cuju' ipse princeps juris jurandi fuit,  
Quod omnes scitis, solus neglexi: ndem.  
Furere assimulavit: ne coiret, intlitit.  
Quod ni Palamedis perspicax p ia  
Illi' percepset malitiosam audacident,  
Fide lacratum jus perpetuo falleret.

*Idem*



Quia mater gravida parere se ardentem facem  
Visa est in somnis Hecuba: quo facto pater  
Rex ipse Priamus, somnio mentis metu  
Percussus, cutis sumptus suspirantibus,  
Exsuscipiebat hostiis balantibus.

*Idem ibidem.*

Tum conjectorem postulat, pacem petens,  
Ut se edoceret obsecrans Apollinem,  
Quo sese vortant tantæ sortes somnium.  
Ibi ex oraculo voce divina edidit  
Apollo: puerum, primus qui Priamo foret  
Post-illa natus, temperaret tollere:  
Eum esse exitium Trojæ, pestem Pergamo.

*Idem ibidem.*

Prælagibat animus frustra me ire, cum exirem domo.

*Idem ibidem.*

Sed quid oculis rabere visa es derepente ardentibus?  
Ubi paulo ante sapiens illa & virginali modestia?  
Mater optima, tum multo mulier melior mulierum,  
Missa sum superstitiosis hariolantibus;  
Neque me Apollo fatis sandis dementem invitam ciet.  
Virgines vero æquales patris mei meum factum pu-  
det.  
Opprimi viri, mea mater, tui me miseret, mei piget:  
Optimam progeniem Priamo peperisti extra me: hoc  
dolet,  
Me obesse, illos prodesse: me obstare, illos obsequi.

*Idem ibidem.*

Adest, adest fax obvoluta sanguine atque incendio:  
Multos annos latuit: vos cives ferte opem, & tellin-  
guite.

*Idem ibidem Lib. II.*

Jamque mari magno classis cita  
Texitur: exitium examen rapit;  
Advenit, & fera velivolantibus  
Navibu' complevit manu' littora.

*Idem ibidem.*

Eheu, videte: indicavit inclutum  
Judicium inter deas tres aliquis, quo judicio  
Lacedæmonia mulier, Furiarum una, adveniet.

Nam sapiens virtuti honorem, præmium, haud prædam  
petit.

Ecquid video? ferro septus possidet sedes sacras.

Quo nunc me vertam? quod iter incipiam ingredi?  
Domum paternamne? ane ad Peliaæ filias?

Video, video te: vive, Ulysses, dum licet,  
Oculis postremum lumen radiatum rape.

*Cicero Tusc. Quæst. Lib. III.*

. . . Nolite hospites adire ad me  
illico isthic, ne contagio mea bonis umbrave obsit.  
Tanta vis sceletis in corpore hæret.  
N. Quidnam est, obsecro, quid te adire abnutas?

*Idem ibidem Lib. I.*

Heu reliquias semiaffi regis, denudatis ossibus,  
Per terram sanie delibutam sœde divexarier.

Nemo pius est, qui pietatem cavet.  
Probæ etsi in segetem sunt deteriorem data  
Fruges, tamen ipsæ suapte natura eulent.

*Cicero de Divinat. Lib. II.*

O Patrocle, ad vos adveniens auxilium & vestras ma-  
nus Peto,  
Priusquam oppeto malam pestem, mandatam hostili manu.  
Neque sanguis ullo potis est pacto profluens consu-  
fiere.  
Si qua sapientia magis vestra devitari mors potest:  
Namque tæculari liberorum faucii opplent porticus:  
Non potest accedi. . . .

*Idem ibidem.*

. . . . Qui alteri exitium parat,  
Eum scire oportet, sibi pararam pestem, ut participet,  
param.

*Idem ibidem.*

Eloquere, res Argivum prælio ut se sustinet?

. . . Quiesce igitur, & vulnus alliga.

*Idem ibidem.*

. . . . Ubi fortuna Hectoris  
Nostram acrem aciem inclinatam. . . .

*Idem ibidem.*

Ob scelera, animique impotentiam & superbiloquen-  
tiam.

*Idem ibidem.*

Iterum Thyestes Atreum attractum advenit,  
Iterum jam aggreditur me, & quietum exsuscitat.  
Major mihi moles, majus miscendum est malum,  
Qui illius acerbum cor contundam & comprimam.

*Idem*



ANTHOLOGIA

*Idem ibidem.*

parent se, in vita ut vinci nesciant.

*Cic. de Nat. Deor. Lib. III.*

Nequaquam istuc istac ibit. magna inest certatio,  
Nam ut illis supplicarem tanta blandiloquentia.

*Idem ibidem.*

Qui volt, quod volt; ita dat se res, ut operam dahit.

Ille transversa mente mihi hodie tradidit repagula,  
Quibus ego iram omnem recludam, atque illi perniciem  
dabo:

Mihi mœtores, illi luctum: exitium illi, exilium mihi.

*Idem ibidem.*

. . . . Postquam pater  
Appropinquat, jamque pene ut comprehendatur parat,  
Puerum interea obtruncat, membraque articulatim di-  
vidit,  
Perque agros passim dispargit corpus. id ea gratia,  
Ut dum nati dissipatos artus captaret parens;  
Ipsa interea effugeret: illum ut mœror tardaret sequi:  
Sibi salutem ut familiari pareret parricidio.

*Idem ibidem.*

Addo huc, quod mihi portento cœlestum pater  
Prodigium misit, regni stabilimen mei,  
Agnum inter pecudes aurea clatum coma,  
Quondam Thyesten clepere ausum esse e regia:  
Qua in re adjutricem conjugem cepit sibi.

Ipse summis faxis fixus asperis,  
Evisceratus, latere pendens, saxa spargens tabo,  
Sanie & sanguine atro. . . . .

*Cic. de Oratore Lib. III.*

. . . . Neque me patiar iterum  
Ad unum scopulum & telum classem Achivum offen-  
dere.

*Idem ibidem.*

Erras, erras: nam exultantem te & præidentem tibi  
Reprimunt validæ legum habenæ, atque imperii insistent  
jugo.

Segregare abs te ausus.

Ecquis hoc animadvertit? vincite.

*Cicero Tusc. Quæst. Lib. III.*

Refugere oculi, corpus macie extabuit,  
Lacrumæ peredere humore exsanguis genas,  
Situ nidoris, barba pœdore horrida,  
Atque intonsa, insulcat pectus inluvie scabrum.

L A T I N A

*Cicero ibidem Lib. I.*

Cælum mirefcere, arbores frondescere,  
Vites lætescere, pampinis pubescere,  
Rami baccatum ubertate incurvescere,  
Segetes largiri fruges, florere omnia,  
Fontes scatere, herbis prata convestier.

*Idem ibidem Lib. II.*

Audisne hæc, Amphiaræ, sub terram abdite?

*Idem de Divinat. Lib. I.*

Inter se strepere, aperteque artem obterere extispicum,  
Solvere imperat secundo rumore, adversaque avi.

Quod est ante pedes, nemo spectat: cœli scrutantur plagas.

Nihil horum simile apud Lacænas virgines;  
Queis magi' palæstra, Eurota, Sol, polvis, labos,  
Militia in studio est, quam fertilitas barbara.

. . . . Si telum manû fugit.

*Cic. de Divinat. Lib. I.*

O Apollo, qui umbelicum certum terrarum obsides,  
Unde superstitioni primum sæva evasit vox fera.

*Idem ibidem.*

Anguens ingentes alites, juncti jugo.

*Cicero de Juvent.*

Cum te expetebant omnes florentissimo  
Regno, reliqui: nunc desertum ab omnibus,  
Summo periclo, lola ut restituum, paro.

Qua pontus Helles. . . .

Auratus aries Colchorum.

Frugifera & ferta arva Asiæ tenet.

*Cic. de Oratore Lib. III.*

Qua tempestate Paris Helenam inuuptis sibi junxit  
nuptiis,  
Ego tum gravida fui, expletis jam fere ad pariendum  
mensibus,  
Per idem prope tempus Polydorum Hecuba pattu po-  
stremo parit.

Habeo ego istam perterricrepam. . . .

Nam non vis hujus me versutiloquas malitias.

*Seneca Epist. LXXXI. Lib. XI.*

Impero Argis, regna mihi liquit Pelops,

Qua



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**  
Purchase full membership to immediately unlock this page

# DELVE INTO FANTASY, MAGIC, MYTHOLOGY & FOLKLORE

Forgotten Books'  
Full Membership gives  
access to 797,885 ancient  
and modern, fiction and  
non-fiction books.

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Liber, qui augusta hæc loca Cithæronis colis.

*Festus in Erebum.*

Erebo creata, fuscis crinibus, Nox, te invoco.

*Festus in Obstinet.*

Peruasit animo vinum, deus qui multo est maximus.  
Sed jam de cælo candens aurora oblinet suum patrem.

*Charisius de Transmutatione Personarum.*

Thesprote, si quis sanguine exortum tuo  
Prolem inter aras sacras sacram immolet:  
Quid meritis hic sit, dubium an quovisquam fiat?

*Idem in Sarcasmo.*

Rite Thesprotum pudeat rei, quod ipse a Tantalò ducat genus.

Non memero, quod draconis sævi sopivi impetum;  
Non, quod viros domavi & fegetis armatæ manus.

Matrem fatigat prodigus vitæ furor.

Struunt sorores Atticæ dirum nefas.

Tela, famuli, tela propere, sequitur me Thoas.

Axena Ponti per freta Colchos denique delatus adhæsi.

Ore beato lumine volitans, qui cælum candidus æquitas.

Quædam terribilis tua pectora turbat, terrifico sonitu intulit.

Proinde & abs te regimen Argos, dum est potestas consulendi.

Qui repens semipulsus onere gravi fores strepitu terret.

Hæc bellicosus cui mater paterve Minerva.

Quis meum nominans nomen exciet,  
Quamvis tumulto invocans incolarum fidem?

Nunc ego te ab summo jam detexam exordio.

Unde hæc flamma oritur?

*Cic. Tusc. Quest. Lib. V.*

Patria est, ubicumque est bene.

*Cic. de Nat. Deor. Lib. I.*

Ubi initiantur gentes orarum ultimæ.

*Cic. Tusc. Quest. Lib. I.*

Saxum sudans nitendo, neque proficit hilum.

*Idem ibidem Lib. IV.*

Si quidem sit quisquam deus, cui ego sum curæ.

*Idem de Orat. Lib. III.*

Num non vis hujus me versutiloquas malitias?

*Idem ibidem.*

Quemnam te esse dicam, qui tarda in senectute?

*Charisius Lib. I.*

Tunc Clytemnestræ sædasti viscera ferro?  
Cyclops Ætnæus cultor, Neptunia proles.

*Idem Lib. IV.*

Tiphyn aurigam celeres fecere carinæ.

*Idem de Aporia Schemate.*

Luna, deum quæ sola vides perjuria vulgi,  
Seu Cretæa magis, seu tu Dictynna vocaris,  
Huc descende . . .

*Festus in Camillio.*

Hyberno pulvere, verno luto, grandia farra Camille metes.

*Idem in Zeuxide.*

Nam quid modi facturum risu denique?  
Nili pictor fieri vult, qui risu mortuus est.

*Non. in Cernuus.*

Sibi pastores ludos faciunt cernui Consualia.

F I N I S .













**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page



# HISTORY

---

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



